UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Novissima Polyanthea, In Libros XX. Dispertita

Dominicus

Francofurti, 1613

Polyantheæ Novæ Liber XVII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-97211

Visual Library

POLYANTHEA
NOVÆ LIBER XVII.

§

Sabbathum.

¶ Loci Biblici.

SABBATHVM à Deo benedicitur, *Gen.*2.3. propter hominem institutum est, *Marc.*2.27. Sabbathum perpetuum, *Esa.*66.23. *Hebræor.*4.9. Sabbathum terræ septimo quoque anno, *Exod.*32.11. *Leu.*25.4. Sabbathum alterum primum, pro, festi plurium dierum vltimo, *Luc.*6.1. Sabbathi obseruatio præcipitur, *Exod.*16.29. & 20.v.8.9. & 22.12. & 31.v.14.16. & 34.21. & 35.3. *Leu.*19.v.30. & 23.3. & 26.2 *Deut.*5.12. *Esa.*56.2. & 58.13. *Ierem.*17.21. *Ezech.*20.3.

Causæ præcipue sanctificationis Sabbathi sunt quatuor: *Prima*, vt dies ille impendatur cultui diuino quo die præsertim solebant agi conuentus publici, *Luc.*4.16. quæ consuetudo agendi conuentus in diem Dominicum translata est, *vt colligitur ex Act.* 20.7.1. *Cor.*16.2. *Secunda*, vt ne contentis laboribus teaut tuos fatiges & conficias, *Exod.*23.12. *Deut.*5.14. *Tertia*, vt perpetuo recorderis operum Dei in creatione, *Gen.*2.v.1.2. *Exod.*20.v.10.11. *Vltima* causa est, perpetua memoria liberationis à seruitute Ægyptiaca, *Deut.*5.15. Addi hos potest & liberalitas Dei in sexto, & cessatio manuum in septimo die, quam caligam attingit Moses, *Exod.*16.29.

Sabbathi obseruatæ *Exempla*: Israelitæ *Exod.*16.30. Iudas Machabæus & Iudæi, 2. *Mach.*8.v.24.25.26.27. Christus etiam studiose coluit sabbathum, ita vt plerunque sabbatho in synagogis doceret, & miraculis se patefaceret, *Luc.*4.v.16.17. *&c.* Paulus & Barnabas, *Act.*13.v.14.15.42. & 16.13. Paulus & Silas, 20.7.

Sabbathi violationis, siue profanationis, eiusque pœnæ *exempla*, Homo colligens ligna, *Num.*15.30. Israelitæ, *Nehem.*13.15. *Ierem.*17.27. Sabbathi Dominus Christus, *Marc.*2.28. hoc est, in sua potestate habet sabbathum, vt possit pro suo imperio moderari. Sabbathum magnum vocabatur Iudæis, *Ioan.*19.31. cum in sabbathum dies Paschæ incideret: hoc est, valde solenne & celebre: concurrente videlicet duplici celebritate. Sabbathum profanare dicuntur Sacerdotes, *Matth.*12.5. Sabbathi sacrificia, *Ezech.*46.4.

Sabbatha, non pro septimo, vt alias sæpe, nec pro singulis hebdomadis diebus quos vulgo Ferias vocant, sed potius pro ipsis septimanis, *Luc.*25.8. & pro septimana ipsa, *Matth.*18.1. per synecdochen.

Sabbathum, i. quies, Seu quietis dies, à verbo Hebr. *Sabat.* quieuit. Hinc illa dies ἀνάπαυσις dicitur Græcis, & σαββατισμὸς, cessatio à labore corporis. Vide Etymologic. trilingue Lugdun. *pag.* 626.687.

¶ Sententiae Biblicae.

Sabbathum à Deo sanctificatur.

Et benedixit diei septimo, & sanctificauit illum: quia in ipso cessauerat ab omni opere suo. *Gen.*2.

Requies sabbathi sanctificata est Domino. *Exod.*16.

Videte vt sabbathum meum custodiatis, quia signum est inter me & vos.31.

Insuper & sabbatha mea dedi eis, vt essent signum inter me & eos: & scirent quia ego Dominus sanctificans eos. *Ezech.*20.

A bono bene obseruatur.

Memento vt diem Sabbathi sanctifices: Sex diebus operaberis? Septimo autem die Sabbathum Domini Dei tui est: non facies in eo omne opus, tu & filius tuus, & filia tua, seruus tuus ancilla tua, iumentum tuum & aduena qui est intra portas tuas. *Exod.*20.

Sex diebus operaberis, septimo die cessabis arare & meto.

Sex diebus facieris opus, dies septimus, quia sabbathi, quæ vocabitur sanctus. Omne opus non facietis in eo. *Leu.*23.

A vespere vsq; ad vesperam celebrabitis sabbatha vestra. *Ibid.*

Obserua diem Sabbathi, vt sanctifices eum, Non facies in quicquam operis. *Deut.*5.

Si auerteris à sabbatho pedem tuum, facere voluntatem tuam die sancto meo, & vocaueris sabbathum delicatum, & sanctum Domini gloriosum, & glorificaueris eum dum non facis vias & non inuenitur voluntas tua, vt loquaris sermonem: tunc delectaberis super Domino & sustulam te super altitudines terræ. *Esa.*

Custodite animas vestras, & nolite portare pondera in die sabbathi. Sanctificate diem sabbathi. *Ierem.*17.

Si audieritis me, dicit Dominus, vt non inferatis onera per portas ciuitatis in die sabbathi, & si sanctificaueritis diem sabbathi, non faciatis in eo omne opus, ingredientur per portas ciuitatis huius reges & principes, sedentes super solium Dauid, & habitabitur ciuitas hæc in sempiternum. *ibid.*

Itaque licet sabbathis benefacere. *Matth.*12.

Sabbathum propter hominem factum est, & non homo propter sabbathum. Itaque Dominus est filius hominis etiam sabbathi. *Marc.*2.

Interrogo vos, si licet sabbathis benefacere an male, animam saluam facere, an perdere. *Luc.*16.

Hypocritæ, vnusquisque vestrum Sabbatho non soluit bouem suum aut asinum à præsepio, & ducit adaquare. 13.

A malo male violatur.

Sex diebus facietis opus: septimus dies erit vobis sanctus, requiescerit opus in eo, occidetur. *Exod.*35.

Colligens ligna sabbatho, præcepto Domini lapidauit eum. *Num.*15.

Dies vestri conuertentur in lamentationem & luctum vobis.

Neomeniam & sabbathum & festiuitates alias non fert anima mea qui sunt cœtus vestri: Calendas vestras & solennitates vestras odiuit anima mea. *Esa.*1.

Si non audieritis me, vt sanctificetis diem sabbathi, & ne portetis onus, & ne inferatis per portas Ierusalem in die sabbathi, succendam ignem in portis eius, & deuorabit domos Ierusalem. *Ierem.*7.

Odi & proieci festiuitates vestras, & non capiam odorem cœtuum vestrorum. *Amos.*5.

Et conuertam festiuitates vestras in luctum, & omnia cantica vestra in planctum.8.

¶ Similitvdo.

Procopii. Quemadmodum festos dies appellamus sanctos, quod contineant memoriam beneficii alicuius singularis à Deo collati, & sicuti illud. Sanctificate ieiunium: id est, separata & ordinate ieiunandi tempus: Ita Iudæis imperauit supremum Numen, vt gregarent à cæteris diebus diem septimum, eumque dedicarent cultui diuino: vt si obliuio Dei forte obrepserit, tamen inuentum idem ex ipso die, quo quietem capiunt, in memoriam reuocarent, redigatur, qui omnia fecit, & die septimo requieuit. *ex Gen.*2.

Sacerdos.

¶ Definitiones et Etymolog.

SAcerdos, Græce ἱερεὺς, ἕως, ὁ, ἱερωσύνη, ης, ἡ, sacerdotium dicitur. Est autem sacerdos is, qui Deo dicatus est ad sacrificia facienda. A quo sacerdotium ipsum, sacerdotis munus officiumque.

¶ Loci Biblici.

Sacerdos pro se & populo orat, *Leuit.*9.7. & 16. *vers.* 6. 11. mortuorum exequiis abstinet, barbam non radit, *vers.* 5.

…rum ducit, 6. 13. *Ezech.* 44. 21. Sacerdos noster Christus.

…&c.
…dens ad populum præliaturum exhortatio, *Deut.* 20. *v.* 2 3.
…ius filia formicans, comburenda, *Leu.* 21. 9. Sacerdotis pec-
…commodo expiandum, 4 3. Sacerdoti rebellis: morte ple-
…*Deut.* 17. 12. Sacerdoti antequam Sanctuarium ingredia-
…randa, *Leu.* 16. *v.* 2. 3. Sacerdotes oblationis reliquias co-
…*Leu.* 10. 12. Sacerdotes quando à vino abstineant. 6. 8. 9. *Eze.*
…Sacerdotes male arguuntur, 22. 26. *Oseæ* 5. 1. *Sophon.* 3. 4. *Malach.*
…2. Sacerdotes mali, & eorum punitio, *Num.* 16. 1. & *c.* 1. *Sam.*
…*Reg.* 2. 26. *Esa.* 3. 11. *Ierem.* 2. 5. & 8. 7. *Ose.* 4. 6. *Malach.* 2.
…*Malach.* 7. *v.* 5. 9. Sacerdotes multi Christo credunt, *Act.* 6. 7.
…veritatis hostes, 4. 1. Sacerdotes Baal occiduntur, 1. *Reg.*
…*Reg.* 10. 18. & 23. 5. Sacerdotum auaritia, *Malach.* 1. 10. autho-
…*Deut.* 17. 9. in populum benedictio, *Num.* 6. 24. eius efficacia,
…*Num.* 6. 25. Sacerdotum consecratio, *Exod.* 28. 41. & 29. 1.
…*Ezech.* 45. 20. Hæreditas Deus ipse, *Deut.* 18. 2. Ignoran-
…*Matth.* 27. 17. multitudo & numerus in ve-
…*Par.* 24. 3. *Vbi numerantur* 38000. Officium, *Exo.*
…*Lev.* 10. *v.* 1. 6. 9. 19. & 21. 1. & *c.* 22. 1. & *c.* 24. 3. *Num.* 3. 10.
…& 18. 8. 19. 1. 7. *Deut.* 20. 2. & 21. 5. 1. *Sam.* 2. *vers.* 28. 35. 1.
…*Par.* 26. 17. *Ezech.* 44. *v.* 20. 23. *Malach.* 2. *v.* 4. 7. *Heb.* 5. 7.
…20. 22. *Leu.* 8. *v.* 1. 8. terra fame grassante, minime vendita,
…*Ezech.* 44. 22.
…dotum Leuiticorum & Christi discrimen, *Hebr.* 9. 25. & 10
…ordinibus dabantur decimæ & primitiæ, *Num.* 5. *v.* 9. 10. & 18.
…*Deut.* 8. 3. vt liberi à solicitudine comparandi victum, pos-
…vacare Legi Dei, 2. *Par.* 13. *v.* 4. & *c.* Necessaria vitæ sustentatio
…datur, *Exod.* 29. 26. *Leu.* 2. *v.* 3. 10. & 5. 13. & 6. *v.* 9. 19. & 7. *v.*
…13. & 14. 9. *Num.* 3. 48. & 5. 9. & 18. *v.* 8. 11. 28. *Deut.* 18. 1. 1. *Sam.*
…*Reg.* 12. 16. 1. *Par.* 6. 54. 2 *Par.* 36. 4. 2. *Esdr.* 10. 36 *Eccl.* 45. 25. à Sa-
…modo Lege accipiat Rex. *Deut.* 17. 18.
…sacerdotium Leuiticum abrogatum, *Heb.* 7. *vers.* 11. 12. Christia-
…qui spirituales hostiæ offerantur per Christum, *Esaia.* 66. 11.
…*Pet.* 2. 5.
…sacerdotale Dei regnum, Israelitæ, *Exod.* 19. 6.

¶ Sententiae Biblicae.

Sacerdos bonus Deum pie honorat.

Sacerdotes qui accedunt ad Dominum sanctificentur, ne percu-
…tem. *Exod.* 19. 28 30.
…scende ad altare, & immola pro peccato tuo. Offer holocau-
…(ut Moses Aaroni) & deprecare pro te & pro populo. *Leu.*
…9. 22.
…Suscitabo mihi sacerdotem fidelem, qui iuxta cor meum & a-
…eum meum faciat. 1. *Reg.* 2.
…Omnis pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus con-
…tuitur in his quæ sunt ad Deum, vt offerat dona & sacrificia pro
…ccatis. *Heb.* 5.

Seipsum congrue ordinat in victu.

…Vinum siceram & omne quod inebriare potest, non bibetis tu &
…tui, quando intrabitis in tabernaculum testimonii, ne moria-
…mini. *Leu.* 10.
…Oportet episcopum, sine crimine esse, sicut Dei dispensatorem
…ulentum, non iracundum, non violentum. *Tit.* 1.

Vestitu.

…Sacerdotes tui induantur iustitia. *Psalm.* 131.
…Mundamini, qui fertis vasa Domini. *Esa.* 52.
…Viduam & repudiatam, non accipient vxores; sed virgines de
…semine domus Israel. *Ezech.* 44.
…Te ipsum castum custodi. 1 *Tim.* 5.
…Iuuenilia desideria fuge, sectare vero iustitiam, fidem, spem &
…dilectionem, & pacem cum his qui inuocant Dominum de corde
…puro. 2 *Tim.* 2.

Proximum bene adificat verbo.

…Et nunc fratres quoniam vos estis presbyteri in populo Dei, & ex
…vobis pendet anima illorum, ad eloquium vestrum corda illorum
…erudite. *Iudith.* 8.
…Populum meum docebunt quid sit inter sanctum & pol-
…lutum, mundum & immundum ostendit eis: Et quum fue-
…rit controuersia, & stabunt in iudiciis meis, & iudicabunt. *E-*
…*zech.* 44.
…Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirent ex ore
…eius, quia angelus Domini exercituum est. *Malach.* 2.

Exemplo.

…Sic nos existimet homo vt ministros Christi, & dispensatores my-
…steriorum Dei. 1. *Cor.* 4.
…Nemini dantes vllam offensionem, vt non vituperetur ministe-
…rium nostrum, sed in omnibus exhibeamus nos sicut Dei ministros,
…in multa patientia. 2. *Cor.* 6.
…Nemo adolescentiam tuam contemnat, sed exemplum esto fi-
…delium. 1. *Tim.* 4.

In omnibus te ipsum præbe exemplum bonorum operum. *Tit.* 2

Sacerdos verus ad officium rite vocatur.

Applica ad te Aaronem fratrem tuum cum filiis suis de medio filiorum Israel, vt sacerdotio fungantur mihi. *Exod.* 27.

Aaronem & filios eius vnges, sanctificabisque eos mihi: vt sacerdotio fungantur mihi. 30.

Applicabis Aaronem & filios eius ad fores tabernaculi testimonii, & lotos aqua indues sanctis vestibus. vt mihi ministrent, & vnctio eorum in sacerdotium sempiternum proficiat. 40.

Quum sanctificans aspersisset altare septem vicibus, unxit illud, & omnia vasa eius, labrumque cum basi sua sanctificauit oleo. Quod fundens super caput Aaronis, vnxit eum, & consecrauit. *Leuit.* 8.

Quem cum immolasset Moyses, sumens de sanguine eius (arietis immolati) tetigit extremum auriculæ dextre Aaron, & pollicem manus eius dextræ, similiter & pedis. *ibid.*

De ostio tabernaculi non exibitis septem diebus. Septem enim diebus finitur consecratio. *ibid.*

Homo de semine tuo, per familias (suas) qui habuerit maculam, non offeret panes Deo suo, nec accedet ad ministerium eius, si cæcus fuerit, aut claudus aut gibbosus, aut vitiato oculo. Ego Dominus, qui sanctifico eos. 21.

Elegit sacerdotes sine macula, voluntatem habentes in lege Dei & mundauerunt templum, & tulerunt lapides contaminationis in locum immundum. 1 *Macchab.* 5

Huius rei gratia reliqui te Cretæ, vt ea, quæ desunt corrigas & constituas per ciuitates presbyteros, sicut & ego disposui tibi, *Tit.* 1.

Nec quisquam sibi sumit honorem, sed qui vocatur à Deo *Hebr.* 5

Quum constituissent illis per singulas Ecclesias presbyteros. commendauerunt eos Domino. *Act.* 14

A bonis debite honoratur.

Emit Ioseph omnem terram Ægypti, vendentibus singulis possessiones suas præ magnitudine famis. Subiecitque eam Pharaoni, & cunctos populos eius præter terram sacerdotum, quæ à rege tradita fuerat eis, quibus & statuta cibaria ex horreis publicis præbebantur. *Gen.* 47

Qui superbierit nolens obedire sacerdotis imperio, morietur. *Deut.* 17

Presbytero humilia animam tuam. *Eccl.* 4

In tota anima tua time Deum, & sacerdotes illius sanctifica. In omni virtute tua dilige eum qui te fecit, & ministros eius ne derelinquas. 7

Honorifica sacerdotes. Da illi partem, sicut mandatum est tibi. Primitiarum & purgationis. *ibid.*

Qui bene præsunt presbyteri, duplici honore digni habeantur. 1 *Tim.* 5

Plene à Deo remuneratur.

Omnes primitiæ, quas offerunt filii Israel ad sacerdotem pertinent, & quicquid in sanctuarium offertur à singulis, & traditur manibus sacerdotis ipsius erit. *Num.*

Ecce dedi tibi custodiam primitiarum mearum. Omnia quæ sanctificantur à filiis Israel, tibi tradidi, & filiis tuis, pro officio sacerdotali, legitima sempiterna. 18

In terra eorum nihil possidebitis, nec habebitis partem inter eos. Ego pars & hæreditas tua, in medio filiorum Israel. *Ibidem.*

Quamobrem non habuit Leui partem neque possessionem cum fratribus suis, quia ipse Dominus possessio eius est, *Deuteron.* 10

Cæterum inter gentes non hæreditabit. Ipse enim est pars eius. *Eccl.* 45

Non erit eis hæreditas: ego hæreditas eorum. Victimam & pro peccato & pro delicto ipsi comedent, & omne votum Israel, ipsorum erit. Et primitiua omnium primogenitorum, & omnia libamenta ex omnibus quæ offeruntur, sacerdotum erunt. *Ezech.* 44

Impii Sacerdotes descripti.

Sacerdotes eius contaminauerunt legem meam, & polluerunt sanctuaria mea. Inter sanctum & prophanum non habuerunt distantiam, & inter pollutum, & mundum non intellexerunt. *Ezech.* 32

Semetipsos in probrum dant.

Coronas aureas habent super capita sua dii illorum: vnde subtrahunt sacerdotes ab eis aurum & argentum, & erogant illud in semetipsis. Dant autem & ex ipso prostitutis, & meretrices ornant, & iterum quum receperunt illud à meretricibus ornant deos suos. *Bar.* 6.

Quia tu scientiam repulisti, repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi. Et erit sicut populus, sic sacerdos. *Ose.* 4.

Audite hæc sacerdotes, & attendite domus Israel, & domus regis auscultate iudicium: quoniam laqueus facti estis speculationi, & sicut rete expansum subter Thabor, & victimas declinastis in profundum. 5

Accipite vos & plangite sacerdotes, vlulate ministri altaris

ris. Ingredimini, cubate in sacco ministri Dei mei, quoniam interijt de domo Dei vestri sacrificium & libatio. *Joel.1.*

Sacerdotes eius pro mercede docebant. *Mich.3.*

Sacerdotes eius polluerunt sanctum, iniuste egerunt contra legem. *Soph.3.*

Ad vos, sacerdotes, qui despicitis nomen meum, & dixistis, in quo despeximus? Offertis super altare meum panem pollutum. Non est mihi voluntas in vobis, dicit Dominus exercituum : & munus non suscipiam de manu vestra. *ibid.*

Vos autem recessistis de via, & scandalizastis plurimos in lege, irritum fecistis pactum Leui. Propter quod & ego dedi vos contemptibiles, & humiles omnibus populis, sicut non seruastis vias meas, & accepistis faciem in lege. 2.

Sacerdotium Spirituale.

Vos Sacerdotes Domini vocabimini: ministri Dei nostri, dicetur vobis. *Isa.61.*

Vos Genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, vt virtutes annuncietis eius, qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen suum. *1. Pet.29.*

Qui dilexit nos & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo, & fecit nos reges & sacerdotes Deo patri suo. *Apoc.16.*

Et fecisti nos Deo nostro regnum, & sacerdotes, & regnabimus super terram. 5.

¶ Patrvm Sententiae.

Nemo in Ecclesia amplius nocet quàm qui peruerse agens nomen vel ordinem sanctitatis vel sacerdotis habet. Delinquentem namque hunc redarguere nullus præsumit, & in exemplum culpa vehementer extenditur, quando pro reuerentia ordinis peccator honoratur. *Greg. in pastorali.*

Contemplamini, qui sit populo sancto præesse, & considerate quale sit diuinis sacramentis insistere. Altari vacare debent, qui de altari viuunt, & talis conuenit cura syncerita tis sacramentis, qualia sunt sacramenta ipsa, quibus exhibent officia seruitutis, ne contra Deum offendant ipsa quæ tractant, aut contra populum incipiant impedire quod prædicant. *Aug. lib. de singularitate clericorum.*

Presbyteri, qui bene præsunt vita de doctrina, digni habeantur à subditis duplici honore, scilicet vt spiritualiter eis obediant, & exteriora bona ministrent. Boni enim dispensatores & fideles non solum honore sublimi præmiari debent, sed & terreno, vt non contristentur indigentia sumptuum, & gaudent obedientia spiritualium. Instantior enim fit, si non humilietur inopia, & crescit in illo authoritas, quum videt se etiam in præsenti laboris fructum percipere, non vt abundet, sed vt non deficiat. *Gloss. Aug. super 1. Tim.*

Qui animarum curam pro Domino suscipit, vt errantes doceat, vel consoletur mœstos, vel temporalibus sustentet, vel renitentes ad remedia salutis protrahat, vel pastore destituros gubernet, vt secum plures ad Dominum perducat : sapiens est, quia sibi, vt ita dixerim cum domino regnet, procurat. *Gloss. super Prouerb. 11.*

Pastori Ecclesiæ dicitur : diligenter adhibe curam eis, quibus te præesse contigerit, agnosce animos & actus singulorum, si quid vitii in eis inueneris, citius castigare memento. *Gloss. sup. Prou. 17.*

Non enim tu semper pascendi dominicas oues potestatem habebis, sed æternam percipies coronam, si suo tempore bene paueris. *ibidem.*

Sobriam à turbis grauitatem, seueram vitam, singulare pondus dignitas sibi vendicat sacerdotali. *Am. Ep. 25.*

Nihil in sacerdote tam periculosum apud Deum, tam turpe apud homines, quam quod sentiat veritatem non libere pronuntiat. *in epist. ad Theod. imperat.*

Ex inordinata & indiscipl nata multitudine sacerdotum hodie datur contemptui redemptoris nostri venerabile sacramentum, nam qui debuerant esse vicarii Apostolorum & filii Petri, facti sunt socii Iudæ & præambuli Antichristi. *in quod serm.*

Grandis dignitas sacerdotum, sed grandis ruina, si peccant : lætamur ad ascensum, sed timeamus ad lapsum. Non est tanti gaudii excelsa tenuisse, quanti mœroris de sublimioribus corruisse : nec enim solum pro nostris delictis reddemus rationem, sed pro omnium quorum abutimur donis, & nequaquam sumus de eorum salute iociti. *Hier. in Ezech. l. 2.*

Considera, sacerdotum esse officium, de lege interrogatos respondere, si sacerdos est, sciat legem Domini : si ignorat legem Domini, ipse se arguit non esse sacerdotem Domini : sacerdotis enim est scire legem, & ad interrogationem respondere de lege. *in Agg. proph.*

Conuiuia tibi vitanda sunt secularium, & maxime eorum, qui honoribus tument. Turpe est enim ante fores sacerdotis Domini & pauperis crucifixi, qui cibo quoque vescebatur alieno, lictores conuiuium iudicumque prouinciæ, & milites excubare. Melius est apud te prandere, quam in paulatio. *in Epist. ad Nepot.*

Infirmorum corda de mali presbyteri vita perentur... riores existentes, prolabuntur licentius in peccatum. *in quadam Epist.*

Pensetergo sacerdos, qui ad satisfaciendum districtio iudici sua tantummodo anima fortasse vix sufficit, & quot regendis ditis præest reddendæ apud Deum rationis tempore, vtis discrete tot solus animas habet. *in moral.*

Nihil tam onerosum ordini sacerdotum video, quam regendi mentis compatiendo flectere, & cum personis superuenientibus animum mutare. *Hom. 6. sup. Ezech.*

Nos, qui ex oblationibus fidelium viuimus, quas illi profecto caris obtulerunt, si comedimus & tacemus, eorum procul dubio peccata manducamus. *In Hom.*

Pensate fratres, quantæ damnationis est, sine labore percipere mercedem laboris : quanti criminis pretia peccatorum accepisse, nihil contra peccatum prædicando dicere. *ibid.*

Semper in sacerdotali pectore cum terrore seueritatis cuncta debet virtus mansuetudinis, vt & iram mansuetudo cuncta mansuetudinem (ne forte dissoluta sit) zelus discretionis accendat. *ibidem.*

Multi dum plus vitam sacerdotum, quam suam discutiunt, in roris foueam delabuntur, minus considerantes, quod non est sacerdotum læderet, si ipsi humiliter bonis sacerdotum adhæ... onibus autem accommodarent : sed hypocritarum more trabe vulneratos habentes oculos, eamque negligentes festucam nuem in aliorum oculis conspiciunt. *ibid.*

Causa sunt ruinæ populi, sacerdotes mali. Quis enim se propul peccatis intercessor obiciat, si sacerdos, qui orare debuerit, grauiora committat. *in regestro.*

Nullum ab aliis præiudicium, quam à sacerdotibus toleret Deus, quando eos, quos ad aliorum correctionem posuit, dare de exempla prauitatis cernit, plerunque quod est grauius, tacentes qui propria dare debuerant, etiam aliena diripiunt plerumque si quos humiliter, si quos continenter conspiciunt, irridet. *homil.*

Nos qui sacerdotes vocamur, qui supra ea mala, quæ propria habemus, alienas quoque mortes addimus, qui tot occumbunt quot ad mortem ire quotidie repide & tacentes vid mus : tacetur, tunc subiectus moritur sine te, quando in causa mortis tradictorem pertulerit : nam morti cui non contradicis, ad... rit. *Hom. 11. sup. Ezech.*

Quicquid præter necessarium victum ac simplicem vestitum de altari retines, tuum non est, rapina est, sacrilegium est. *Hier. in Epist. 2.*

Timeant clerici, timeant ministri Ecclesiæ, qui in tem... lectorum, quas possident, tam iniqua gerunt, vt ipsi nisi, qui sufficere debeant, minime contenti, superflua quibus ... stentandi forent, impie sacrilegeque sibi retinent, & ... superbiæ luxuriæque victum pauperum consumere non ... duplici profecto iniquitate peccant, quod si alienis ... & sacris in suis vanitatibus & turpitudinibus abuuntur. *... sup. Cant.*

Heu : heu : Domine Deus : quia ipsi sunt in percussione ... mi, qui vocantur in Ecclesia tua primatum diligere, gerere principatum, arcem Simonis occupauerunt, apprehenderunt ... nes, & vniuersam deinceps libere & poreitatiue tradunt ... crucifratem. Non est iam dicere, vt populus, sic sacerdos : quia populus, vt sacerdos. *ibid.*

Multi sacerdotes, & pauci sacerdotes : multi nomine, pauci in opere. Videte ergo quomodo sedeatis super cathedram, quia cathedra non facit sacerdotem, sed sacerdos cathedram : non ... cus sanctificat hominem, sed homo locum. Qui bene sedet super cathedram, honorem accipit ab illa : qui malesedet, ... tam facit cathedræ. In iudicio enim sedes, si bene viuens & ... docueris, omnium iudex eris : Si autem bene docueris & male ... xeris, tu solus. Nam bene viuendo & bene docendo ... instruis quomodo viuere debeat : bene autem docendo & ... viuendo Deum instruis quomodo debeat te condemnare. *Greg. in Matth. 23.*

E. qui vult alteram ad officium sacerdotale pertrahere, instruat non iudico testimonium quod opinione collegerit, sed cum ... re illius bonæ opinionis etiam ipsum animum eius qui eligendus est diligenter. *De Dignitate sacerdotali lib 2.*

Sacerdotis aspicere dignitatem : agitur in terra, sed officium celestibus negotiis continetur. Non enim homo, non angelus, non archangelus, non aliqua alia creatura, non virtus, sed ipse Dominus sanctus hoc munus instituit, adque adhuc manentes in carne mysterio fungi præstitit angelorum. *ibid.*

Sapientissimum esse oportet & perspicacem in omnibus ... tem, & mille, vt dicitur, ex omni parte oculos habentem : quique non solum sibi, sed etiam populo viuit. *ibid.*

Qui ordinant indignos, eisdem subiacent pœnis, quibus illi, qui indigni sunt ordinati, etsi dicant se eorum vitas ... rasse, vnde Apostolus ad Timotheum : Manus cito nemini ... imposueris, nec communicaueris peccatis alienis. Imo ex hoc ... grauius crimen efficitur, quoniam absoluerunt vel promo...

rem ignorabant: atq; id quod putabatur esse excusatio, ...ilio. *ibid.*

...gente populo, vnusquisq; pro suo merito remuneratur, ...autem pro bonis omnium habebit eum pro propriis lau- ...quitione a iorum aureolam. *Chrys. in Matth. 25.*

...magna confusio sacerdotum, & omnium clericorum, quan ...nuntur eis fideliores & iustiores. Quomodo non sit ...esse inferiores laicis, quos æquales esse confusio est. *idem in*

...est propter bonos etiam malos fouere: quapropter ma- ...bonos contemnere, propter bonos ergo sacerdotes etiam ...honora, ne propter malos etiam bonos contemnas. Melius ...malis iniusta præstare, quam bonis subtrahere. *ibid.*

...dotes pro populorum iniquitate damnantur, si eos aut i- ...non eruiunt, aut peccantes non arguunt. Sicut enim ...non conuenit argui, ita iustum non exulcerari. *Isid. lib. 3. de*

...Considera diligenter vultum pecoris tui. Vultum pecoris consi- ...quid linguli subiectorum possint, non ignorat: cui per ...cordis, per circumspectionem operis, per experimen- ...possint, per affectus quid velint, ratio manifestat, & vocem, ...audiunt. Tres sunt pastoris voces, scilicet suauis, dul- ...suauis ad infirmum, ad morientem dulcis, ad surdum per- ...*Hug. de claust. anim. l. 2.*

¶ Poetarvm Dicta.

Ouid. 1. Pont. 1.

Vaticinor, maneoque, locum date sacra ferenti:
Non mihi sed magno poscitur ille Deo, &c.
Talia cælestes fieri præconia gaudent,
Vt sua quid valeant numina, teste probent.

Plaut. Rud.

Quis homo est tanta confidentia,
Qui sacerdotem audeat violare?
At malo cum magno suo bercle fecit.

Tibul. 2. 1.

Procul, o, abesse procul iubeo, discedite ab aris,
Quem tulit hesterna gaudia nocte Venus.
Casta placent Superis, pura cum veste venite,
Et manibus puris sumite fontis aquam.

Stat. 3. Sil. 3.

Procul hinc, procul ite nocentes:
Sicut corde nefas tacitum, fessique senectus
Lingua patru, si quis pulsat a conscius vnquam
Matris, & infernæ rigidum timet Æacon vrnæ,
Insontes, casso que voco.

¶ Similitvdines.

D. Chrysostomi. Sacerdotes prælati sunt in populo, sicut stoma- ...corpore hominis. Si stomachus dolet, corpus ægrotat, &c. ...*in Matth.*

...lus in validus fit obscuritas, die declinante ad occasum. ...ergo colles videtis obscurari, quis dubitat, quin iam nox ...primum in sæcularibus & laicis Christianis incipit prævalere ...tas peccatorum. Nunc autem quando iam vides, quod sacer- ...pontos in summo vertice spiritualium dignitatum, qui mon- ...colles dicuntur, apprehenderit iniquitas tenebrosa, quomodo ...tur quia finis est mundi. *inca. 20. Matth.*

Sicut qui sutoriam, aut quamcunq; aliam profitetur artem, etsi ...rem non spondeat, tamen per hoc ipsum quod sutoriam pro- ...fitetur artem, & opificium vel magisterium artis eius aperuit, vi- ...tacite omnibus spopondisse, vt sine reprehensione implcat, ...professus est artem: Sic sacerdos, & omnis clericus, etsi specia- ...tim non promittat, tamen per hoc ipsum, quod doctor constituit ...dorum, statim promittere Deo videtur in omnibus obauditu- ...rum Deo. *inca. 21. Matth. 40.*

Sicut caput dignius est quam membra, quum nec membra sine ...nec caput sine membris esse potest: Sic digniores sacerdotes ...populus, non tamen viliores: quia nec populus sine sacer- ...dotibus, nec sacerdotes sine populis esse possunt. *In 22. Matt.* ...*40.*

Si pars aliqua domus fuerit decisa, cum labore tamen possibile ...et, vt reparetur: si autem ipsum fundamentum fuerit conquassa- ...um, quid faciat paterfamilias, nisi in aliquo loco noua faciat fun- ...damenta, & lapides de priori domo transuectans aliam sibi ædifi- ...domum? Sic & in spiritualibus, siquidem populares peccauerint, ...per pœnitentiam corriguntur: si autem dissipatum fuerit ipsum fa- ...ctorum, quod est populi fundamentum, quid faciat Deus? *in 24.* ...*mat. 47.*

Si paterfamilias super possessionem suam villicum ponit, vt non ...singulis colonis habeat causam sed de solo villico omnium ...rationem: si ergo inter colonos aliqua indisciplinatio fuerit ...quisq; pro suo delicto reus efficitur, villicus autem pro o- ...mnium delictis, & si bene reddit suum reddiderint, vnusquisque ...quidem pro sua fide laudatur, villicus autem pro fide omnium re- ...muneratur. Sic & Deus in populo sico ordinat sacerdotes, vt actuũ ...eorum ipsi discutiant rationem. Ideoq; peccante populo, vnusquisq; ...quidem pro suo malo punitur, sacerdotes autem pro peccatis omni- ...um & bene agente populo, vnusquisq; quidem pro suo bono remu- ...neratur, sacerdos autem pro bonis omnium. *In Matth. 27. hom.* ...*50.*

Alterum mandatum Dei sine altero non potest, vt puta si interro- ...get quis inædificationem domorum, quæ pars melior, dicis fundamentum. Sed sicut ædificatio non potest esse, nisi fuerit fundamentum: Ita nec fundamentum esse potest nisi ædificatio fuerit subsecuta. Sic ergo fundamentum dignius est ædificatione, non vtilius. Sicut caput dignius quam membra, tamen nec membra sine capite, nec caput sine membris: Sic digniores sacerdotes quam populus. *Hom. 37. epist. ad Hebr.*

Procli: Quemadmodum amatores ab ipsa pulchritudine, quæ circa sensum apparet, ad diuinam paulatim pulchritudinem ratione progrediuntur: Sic & Sacerdotes antiqui, cum considerarent in rebus naturalibus cognationem quandam compassionemq; aliorũ ad alia, & manifestorum ad vires occultas, & omnia in omnibus inuenirent, sacram eorum scientiam condiderunt, agnouerunt enim & in infimis suprema, & in supremis infima: in cœlo quidem terrena secundum causam, modoq; cœlesti: in terra vero cœlestia, sed modo terreno. *De sacri & magia.*

Iamblici: Sicut natura ex occultis rationibus manifesta facit: Ita sacerdos adhibet manifesta, vt occulta significet: Sacerdos operatur sæpe multa quibus aliquid simile proprium que diuinis efficiat, qua quidem cognatione aliquid diuinitus attrahat. Interea operatur & multa per quæ purificet animam, & mala nobis auertat. *De mysteriis.*

Ignatii: Nemo potior est Deo, neq; similis ei: neq; Episcopo honorabilior in Ecclesia sacerdotium Deo gerenti pro mundi salute: neque regi similis qui est in exercitu, pacem, & beneuolentiam omnibus principibus cogitanti. Qui enim honorat Episcopum, honorabitur a Deo: & qui inhonorauerit eum, à Deo inhonorabitur. Si enim quis cõtra regẽ insurges, dãnatione dignus est: quomodo vltionẽ euadere poterit, qui præter Episcopũ aliquid egerit? Sacerdotium enim est summa omnium bonorum, quæ in hominibus consistunt, quod si quis in honorauerit, Deum inhonorat, & Dominum Iesum Christum, primogenitum totius creaturæ, & solum naturã principem sacerdotem Dei. *in ep. ad Smyrnenses.*

D. Augustini. Si superbus fuerit minister, cum diabolo computatur: sed non contaminatur donum Christi, quod per illum fluit, parum est: quod per illum transit, liquidum est, venit ad fertilem terram puta quia ipse lapideus est, quia ex aqua fructum ferre non potest: per lapideum canalem transit aqua ad arcolas: in canali lapideo nihil gerans, sed tamen hortis plurimum fructum affert. Spiritualis enim virtus sacramenti ita est, vt lux & ab illuminandis pura excipitur, si per immundos transeat, non inquinatur. *In Ioan. tract. 5.*

¶ Exempla Biblica.

Sacerdotum benedictionis *Exempla*. Heli, 1. *Sam* 2. *v.* 10. Sacerdotum Regis Ezechiæ, 2. *Paral.* 30. *v.* 27.

¶ Hieroglyphicvm.

Erat amiculi siue redimiculi species, cui nomen *Tutulo* prius mox *Titulo* fecerunt: ornamentum quippe capitis in sublime surgens purpurea vitta redimitum, instar *Coni* galeriue rosarum *eo Sacerdotem* hieroglyphice significabant. Quin & vxores & ministræ Flaminis, eo erant ritamine insignes. *Pier. Val. lib. 41. p. 938. F.*

Vide Clericus, Minister, Pastor.

Sacramentum.

¶ Definitiones et Etymolog.

Sacramentum à sacrum venit, quod Græce ἱερὸν, ὃ, τὸ, dicitur. Est inuisibilis gratiæ visibilis forma. *Sec. Aug.*

Sacramentum est materiale elementum, extrinsecus oculis suppositum, ex institutione figurans, & similitudinem repræsentans, ex sanctificatione aliquam gratiam inuisibilem conferens. *Secund. Hug. de sacram. l. 6. par. 9. c. 2.*

Sacramentum est sacræ rei signum, in quo sub tegmento visibilium, diuina virtus salutem secretius operatur.

Sacramentum etiam est, quod iusiurandi sacratione interposita geritur, vnde sacramentum militare dicitur.

¶ Loci Biblici.

Sacramentum Græcis μυστήριον, dicta, à solis Ecclesiæ pastoribus & seruis administranda, *Matth.*28.19.1.*Cor.*4.1. à Christo separata, quid valeant, *Hebr.*9.*v.*10. Sacramenta & alia externa in Ecclesia piis & impiis communia, 1.*Cor.*11.*v.*27.29. *Exempla*: Abraham & domestici, *Gen.*17.23. Sichem & Hemor, 34.24. Absalom: Achitophel, & populus, 2.*Sam.*15.12. Iudas. *Luc.* 22.*v.*21. Simon, *Act.* 8.13. Sacramenta vetera typi fuerunt nouorum, 1.*Cor.*10.6.

¶ Sententiæ Patrvm.

Ab ipsa Dei sapientia homine assumpto, à quo in libertatẽ vocati sumus, pauca sacramenta saluberrima constituta sunt, quæ societatem Christiani populi, hoc est sub vno Deo liberæ multitudinis continerent, sed quidam ipsam religionem nostram, quamq; manifestissimis celebrationum sacramentis Dei misericordia nolunt esse liberam, seruilibus premunt oneribus. *Aug.in l.de vera relig.*

Accedit verbum ad elementum & fit sacramentum etiam ipsum tanquam visibile verbum. *idem tract.*80.*in Ioan.*

Neque in homine bono aliquis Dei sacramenta fugiat, neque in homine malo, *Augustin.contra Petil. & hab.*1.*qu.*1.*c. Neque in homine*,

Omnia sacramenta obsunt indigne tractantibus: prosunt tamen per eos digne sumentibus, sicut & verbum Dei. Vnde dictum est: Quæ dicunt, facite: quæ autem faciunt, facere nolite. *idem contra epist. Parmeniani & hab.*ibidem*cap. Omnia sacramenta.*

Multi sæcularium hominum cum plus sacerdotis vitam quam suam discutiunt in magnum contemptionis diuinorum sacramentorum crimen incurrunt. Magna enim trabe habentes vulneratos oculos, eamque negligentes, festucam tenuem in aliorum conspiciunt oculis: quam dum incaute festinant euellere, erroris in foueam delabuntur: minus quidem considerantes, quod non eos sacerdotum vita læderet, si ipsi humiliter bonis sacerdotum admonitionibus aures accommodarent. Sed dum hypocritarum more, plus illorum famam, quam propriam vitam, vel vitæ negligentiam diiudicant, speruunt sancta mœnita & spiritualia dona. Vnde fit, vt non solum ab eis dicta respuant sed (quod est deterius) diuina etiam mysteria contemnant, vt, nec corporis communionem, nec sanguinis Domini nostri Iesu Christi eorum ministerio confectam assumant putantes hanc minus esse sanctificatam, si illorum fiat officio, quorum vita eorum oculis videtur ignobilis. Heu! in quam magnum laqueum incidunt, vt diuina & occulta mysteria plus ab aliis sanctificata posse fieri credant: cum vnus idemq; spiritus sanctus in Ecclesia diffusa per totum orbem terrarum incomprehensibiliter ea mysteria occulte atque inuisibiliter & operando sanctificet, & benedicendo benedicat Mysterium itaq; fratres ob hoc dicitur, quod secretam & reconditam habet dispensationem. Sacrificium autem, quasi sacrum factum, quia prece mystica consecratur pro nobis, in memoriam dominicæ passionis. Sacramentum vero est in memoriam dominicæ passionis. Sacramentum vero est in aliqua celebratione, cum res gesta ita sit, vt aliquid sanctificate acipiamus, quod sancte accipiendum est. Sunt autem sacramenta baptisma, corpus & sanguis Christi: quæ ob id sacramenta dicuntur, quia sub tegmento corporalium rerum diuina virtus secretius salutem eorundem sacramentorum operatur, vnde à secretis virtutibus vel sacris, sacramenta dicuntur, quæ ideo fructuose penes ecclesiam fiunt, quia sanctus in ea manens spiritus, sacramentorum latenter operatur effectum *Greg.& hab.*1.*q.*1. *Multi seculares.*

Non nocet malitia episcopi neque ad baptismum infantis neque ad eccl esiæ consecrationem: quia baptisma à Deo datur, non ab homine venit. Sic & eucharistia, & omnia quæ in altari ponuntur, nõ ab homine, sed à Deo sanctificationem accipiunt. *idem & hab.*1. *q.*1. *Non nocet.*

¶ Similitvdines.

Diui Chrysostomi. Sicut si canibus dederis sanctum, aut porcis margaritas, nec sanctum canes sanctificat, nec margaritha nutriunt porcos: sed è contra canes coinquinant sanctum & porci margaritas sordidant, vel confringunt: Sic si hominibus caninos vel porcinos mores habentibus, sanctum illos sanctificat, nec mysteria veritatis illos illuminant: sed econtra ipsi sanctum coinquinant, & mysteria veritatis blasphemant. *In capit.* 7. *Matth. Homil.* 17.

Sicut cibus naturaliter nutritorius est extans, si in eum qui prauis cibis corruptus est, incidat, omnia perdit, & corrumpit, efficitur occasio morbi. Sic etiam ista quæ ad hæc terribilia pertinent sacramenta. *Hom.*17.*ad Hebr.*

Sicut cibus corporalis cum ventrem inuerit aduersis humoribus occupatum, & amplius lædit, magis nocet & nullum præstat auxilium: Ita & iste spiritualis cibus, si aliquem repererit malignitate pollutum, magis eum perdat, non sua natura, sed accipientis vitio. *Homil.*31.*in epist.ad Hebr.*

Quemadmodum vox illa qua dictum est, Crescite & multiplicamini, & replete terram, semel quidem dicta est, semper autem in operi naturæ nostræ vim præbens ad generandum: Ita hoc quoque (Hoc est corpus meum) semel dicta in singulis aris ex eo tempore vsq; in præsentem diem, & vsque ad Christi aduentum, hoc sacramentum integre perficit. *Homil. de prodit.tradit.*

Cyrilli. Sicut si quis liquefactæ ceræ aliam ceram infuderit, miscetur cum altera per totum commisceat necesse est. Ita & qui comedit carnem & sanguinem Domini recepit, cum ipso ita commiscetur, vt Christus in ipso & ipse in Christo inueniatur. *Libr.*3.*cap.*39. *Ioan.*

Si mel quum naturaliter dulce sit, ea dulcia facit quibus immiscetur: Nonne stultum erit, viuificam verbi naturam putare non posse dissidere homini in quo habitat, viuificandi virtutem? *In Ioan. lib.*3.*c.*39.

Ambrosii. Singuli accipiunt Christum Dominum, & in singulis portionibus totus est: nec per singulas minuitur, sed integrum se præbet in singulis. Sed quomodo impossibile videatur, vt corpus Dei, quæ multo spiritualior & potentior est verbo nostro, sit integra in ore omnium sumentium, cum verbum nostrum in quoque totum & integrum, sit in auribus omnium audientium? Quid enim euidentius Christus in seipso manifestans, in cum corpus sanguinem suum discipulis suis distribuit, & cum ipse sumptus comederetur & biberetur in sacramento, ipse tamen totus & integer manst in seipso. Sed quid mirum, si Christus totus & integer manet: cum Sarepthana vidua non minus olei ministraderit, quia testante sacra historia, lechythus oleo non minuitur cum eadem scriptura dicat: Abiit, & fecit iuxta verbum Heliæ, & comedit ipsa & domus eius. *Dominic.*3.*post.Epiph.*

Augustini. Qui ea quæ non intelligunt, reprehendunt, quasi prauum, vel scabiem, vel verrucas legis esse dicunt, promissionum sacramentorum, similes sunt hominibus, quibus displicent membrorum non capiunt vultitatem: velut si surdus, videns motum labiorum, quientium, tanquam superfluos oris motus, deformiter mouere henderet: vel si quisquam cæcus, laudata sibi aliqua domo, eam palpando probare quod dicitur, & parietum leuitatem non pertractans, in fenestras corrueret, calque velut inconuenienti æqualitati redargueret, cauernasque ruinosas putaret. *Lib.*33. *Faust.*c.6.

Non polluunt mali bonos, in eodem agro, in eadem area, in eadem patcuis, in eisdem retibus constituti: quia non eis consentiunt boni, sed altari sacramentis Dei. Communicant enim malis, qui consentiunt factis malorum. Scriptum est enim. Socius eum qui faciunt, sed qui consentiunt facientibus *con.Iouin.* c.5.

Cum eadem luce & sani oculi perfunduntur & sanci fit medicamentum est, illis tormentum. Idem cibus alias valetudinem confirmat, lædit. Idem medicamentum hos curat, illos debilitat. Eadem vestis alios muniunt, alios impediunt. Eadem vellis alios tegunt, alios implicamento. Sic & baptismus aliis va et ad regnum, aliis ad iudicium. *cont, Cresc.*l.4.c.23.

D. Cyprianus. Sicut panis communis, quem quotidie sumimus, cibata est corporis: Ita panis iste super substantialis, vita etiam & sanitas mentis. *Serm.de Eucharistia.*

Quomodo ad potandum vinum veniri non potest, nisi macerentur ante & premetur. Sic nec nos sanguinem Christi potemus habere, nisi Christus calcatus prius fuisset, & pressus, & calcatorium haberet, quem credentibus propinaret. *Lib.*1. *Epist.ad Calum.*

Quemadmodum grana multa in vnum collecta, & commixta, vnum panem faciunt: Sic in Christo, qui est panis iste, sciamus vnum esse corpus, cui coniunctus sit noster numerus adunatus. *Lib.*1 *Epist.*

Mercator dum quicquam emit, & iam aliquod pignus accepit, metsi merces suas nondum habeat, eas tamen habere creditur. Sic Deus suam gloriam nobis promisit in pignus, interim & illius unitatem eucharistia dedit. *De sing cleric.*

Non sic in sacramento salutari delictorum contagia, vt in lauacro carnali & seculari, sordes cutis & corporis abluuntur, vt & ipsius nitris & cæteris quoq; adiumentis, & dolio & pelsima opus est, vt ablui & mundari corpusculum possit. Aliter pectus credentis ablui, aliter mens hominis per fidei merita mundatur. In illo enim salutaribus necessitate, & Deo indulgentiam suam largiente, non credentibus conferunt diuina compendia. *Libr.*4. *Epist.ad Magnum.*

Bertrami. Consideremus fontem sacri baptismatis, quia fons vitæ nonimmerito nuncupatur, quia descendentes in eum ad melioris vitæ nouitate reformat, & de peccato mortis vitæ immortalitatis donat. Num secundum quod aqua conspicitur esse corporeum, istam potentiam obtinet? attamen nisi sanctificationem Spiritus sancti tutem obtineret, labem vitiorum nequaquam diluere posset.

...um vitæ contineret, nullo modo mortuis vitam præstare mortuis autem non carne, sed anima. In eo tamen fonte ...ceretur solummodo quod corporeus aspicit sensus. elemen... ...tum consp̃icitur corruptioni subiectum, nec nisi corpora ...ntiam obtinere: Sed accessit. S. Spiritus per sacerdotis ...nomen virtus, & efficax facta est non solum corpora, verũ ...mas diluere, & spirituales sordes spirituali potentia dimo... ...ut eodemq; elemento duo videmus inesse sibi resi... ...corruptioni subiacens incorruptionem præstare, & vi... ...habens vitam contribuere. Cognoscitur ergo in isto fon... ...quod corporis sensus attingat, & idcirco mutabile atq; ...corruptile: & rursus inesse quod fides sola conspiciat, ...corrumpi posse, nec vitæ discrimen accipere. Si requi... ...superficie tenus lauat, elementum est: si vero perpendas ...purgat virtus vitalis est, virtus sanctificationis, virtus ...Igitur in proprietate humor corruptibilis, in my... ...virtus sanabilis.

Iustiniani patriarchæ. Consueuerunt laborantes in a... ...nitis post fudores operis, meridiani æstus ardorem decli... ...petere, atq; virentia prata eligere: quatenus in ipso... ...& amœnitate residentes fesso corpori iucundius ciba... ...sent. Habent etiam naturæ hoc proprium, vt post seda... ...tes, post sulcata per tempus prolixum æquora quærant ...licire perlustrent littora, in quibus descendant, nauem ...resarciant, atque quicquid venustate corruptum, aut ...parum est, restaurent, quatenus iterum flante prospe... ...marinis se fluctibus tradant. Campi quoq;, & exercitu... ...aduersus hostes visibiles dimicare, disponunt tento... ...specialia deputant loca: in quibus pro resumendis ...pro supplendis necessitatibus, seu medendi causa accedere ...latores. Sic quippe dux noster, sic spiritualium militum ...rex Christus, certantibus in hoc spirituali & inuisibili ...tantis Ecclesiæ, spiritualia quædam ordinauit munita ...quæ pugnantes confugiant: vt in illis resumptis viribus, ...vulneribus, iterum in campum redeant acrius bellaturi, ...tissima & inexpugnabilia loca, à Domino Iesu eius ...animibus, ad refocillanda, & corda ad deterrenda animæ vul... ...alia sunt sacramenta. Per hæc namq; datur. lapsis requi... ...robur, formidolosis audacia, & semel prostratis fidu...

Cassiodorus. De disciplina & perfect. monast. cap. 19.

Sacramentum hoc tanquam cellarium quoddam omnium ...in se continens preciositatem & virtutem. In ipsum qui ...refocillantur ab omni fatigatione: nec deficiunt, do... ...vitæ terminus finiatur. Est etiam mysterium hoc ...ardor virentibus referta foliis, sub quam quicunque ...rantes & peregrinantes, proteguntur in ipsius vmbra... ...æstu: à turbine quoq; & pluuia. *De disciplina & perfect. monast. cap. 19.*

Ambrosius. Vt optima remedia maxime perniciem adferunt, ...sumantur: Ita Christi sacramenta salutaria recte sumenti... ...indigne accipientibus. *in simil.*

Sacrificium.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

...ficium, Græce Θυσία, ας, ἡ, & Θύω, macto, sacrifico dicitur. ...victima *Zibchab*, à verbo *Zabach*, Sacrificauit, iugulauit, ...ctauit ad sacrificandum, victimam immolauit. Cognationem ...cum *Tabach*, mactauit pecudes *Nizbbach*, ara, altare. Sex ge... ...sacrificiorum legalium describit luculenter Etymologicon tri... ...Lugdunense, *pag.* 690. 691. 692. 693. 694. 695.

Est autem sacrificium proprie aliquid factum in honorem debi... ...soli Deo ad eum placandum. *B. Thom. secund. Secundæ qu. ...art.* 4.

Sacrificium & oblatio differunt. Quia oblatio est omne quod ex... ...datur in cultu Dei Sacrificium, si inde fiet aliquod sacrum consu... ...mendum. *Ex* 2. *Thom. sec. Sec. q.* 85.

Sacrificio ex sacrificio venit, quod ita differt à lito, vt sacrificare ...veniam petere: litare vero propitiare & votum impetrare. Plaut. *...herclè istuc nunquam factum est, tum me Iupiter faciat vt sem... ...sacrificem, nunquam litem.* Ista tamen sæpe confunduntur, & v... ...simitur pro sacrum facere. A sacrificio venit sacrificulus, ...sacrorum.

¶ LOCI BIBLICI.

Sacrificandi ritus, *Leuit.* 1. 2. Deo non vbique sacrificandum, *Deut.* 12. 5.

Sacrificium quale esse debet, *Exod.* 29. 38. *Le Sit.* 1. 3. & 3. 1. & 22. 9. 20. *Num.* 28. 3. *Deut.* 15. 21. & 17. 1. *Ecclesiast.* 35. 14. *Ezech.* 43. 23. *Malach.* 1. 9. 8. 14. Sacrificium matutinum & vespertinum. *Exod.* 29. v. 38 39. *Num.* 28. 4. 1. *Esdr.* 3. 3. sacrificium pacificum, *Leu.* 5. 1. & 7. v. 11. 12. 13. sacrificium pro peccato. *Exod.* 28. 35. *Leu.* 7. 2. *Num.* 28. 22. sacrificium quando spernat Deus, *Psalm.* 51. 18. sacrificium laudis. Deo gratissimum, 50. 14. & 69. v. 31. 32. & 107. 22. *Ose.* 14. 3. *Hebr.* 13. 15. sacrificium verum & Deo acceptissimum, *Prou.* 21. 3, *Mich.* 6. v. 6. 7. sacrificium fidelium, *Rom.* 12. 1. *Phil.* 2. 12. *Heb.* 13. v. 15. 16. 1. *Pet.* 1. 5.

Sacrificii lex, *Leu.* 6. 14. *Deut.* 18. 3.

Sacrificio manus imponenda, *Leu.* 1. 4. sacrificio misericordia potior, *Ose.* 6. 6. *Matth.* 9. 13, & 12. 7. sacrificio dilectio maior, *Marc.* 2. 39.

Sacrificia ad quid instituta, *Heb.* 10. v. 3. sacrificia cum sale, *Leuit* 2. 13. *Marc.* 9. 49. sacrificia priuata à Deo prohibita, 17. 9. 3, 4. sacrificia igni cœlesti consumpta, *Gen.* 4. 4. & 8. 20. & 15. 17. *Leuit.* 9. 24, *Iudic.* 6. 21. & 13. 19. 1. *Regum* 18. 38. 1. *Paralipp.* 21. 9. 26. 2. *Paralipp.* 7. 1. 1. *Maccab.* 1. 22. & 2. 10. sacrificia quomodo à Deo respuantur, *Psalm.* 40. 7. & 50. v. 9. *Esai.* 1. 11. *Ierem.* 7. 21. *Malach.* 2. 12. *Matth.* 9. 13. & 11. 7. *Hebræor.* 10. v. 56. sacrificia carnalium sub sannantur, *Ose.* 5. 6. sacrificia fidelium, *Psalm.* 51 18 *Malach.* 3. 16. Iudæorum polluta, *Agg.* 2. 13 sacrificia quæ requirat Dominus, *Mich.* 6. 6. Sacrificia veteris Legis reiicit Deus, *Psal.* 50. 8. *Ier.* 6. 20. *Mala ch.* Sacrificia expiatoria non habuerunt vim purificandi, alioquin desiissent offerri *Hebr.* 10. 9. 1. 2. Dicuntur tamen expiare, *Leu.* 16. 30. non ipsorum symbolorum, sed vnicæ illius futuræ Christi oblationis respectu, quæ per illa quotannis, atque adeo singulis diebus per omnes cæremonias adumbratur.

Sacrificiorum & oblationum vocabula metaphorice à Paulo vsurpata, significant ipsos fideles, Deo deuotos, quicquid est infidelibus, vel proficiscitur à fidelibus, Deo gratum, & eorum fides ac bona opera, vt *Rom.* 12. 1 & 13. 16. *Phil.* 2. 17. & 4. 18. 1. *Pet.* 2. 5.

¶ PHILOSOPHORVM DICTA.

Ouid. Epist. 19.

Non bouc mactato cœlestia numina gaudent,
Sed quæ præstanda est, sine teste fides.

Persius 2. Satyra,

O curuæ in terris animæ, & cœlestium inanes:
Quid iuuat hoc templis nostros immittere mores,
Et bona Dis ex hac sceleratæ ducere pulpa:

Plaut. Rud. prolog.

Atque hoc scelesti illis in animum inducunt suum,
Iouem se placare donis hostiis.
Et operam & sumptum perdunt: ideo sit, quia
Nihil ei acceptum est à perjuris supplicis.

Ouid. 2. Trist.

Sed tamen vt fuse taurorum sanguine centum,
Sic capitur minimo thuris honore Deus.

Hor. Oda. 23. lib. 3.

Te nihil attinet
Tentare multa cæde bidentium,
Parcos coronantem marino
Rore Deos fragilique myrto:
Immunis aram si tetigit manus,
Non sumptuosa blandior hostia
Mollibus auersos Penates,
Farre pio, & salient è mica.

Silius Italicus lib. 4.

Iusta ita precari
Thure pio, cædumque feros auertite ritus,

Stat. lib. 1. Sil. 4.

Quæ nunc tibi pauper acerra
Digna litem? nec si vacuet Meuania valles,
Aut præstant niueos Clitumna noualia tauros,
Sufficiam, sed sæpe Deis hos inter honores
Cespes, & exiguo placuerunt farra salino.

Ouid. 5. Fast.

Nos quoque tangit honos: festis gaudemus, & aris,
Turbaque cælestes ambitiosa suos.
Sæpe Deos reliquis peccando fecit iniquos,
Et pro delictis hostia blanda fuit.
Sæpe Iouem vidi cum iam sua mittere vellet
Fulmina, thure dato sustinuisse manum.
At si nigligitur, magnis iniuria pœnis
Soluitur & iustum præterit ira modum,
Respice Testiadem, flammis absentibus arsit.
Causa est, quod Phœbes ara sine igne fuit,
Respice Tantalidem, eadem Dea tela tenebat,
Virgo est, & sprotes bis tamen vlta soces,
Hippolyte miselix vellet coluisse Dionem
Cum consternatis dripereris equis.

Silius 12. Bell pũn

Dii vota, precesque
Ferte modo, & tepidos aris libato crurores.

Neu data terga malis, &c.
Sed enim ante omnes altaria fument.

¶ APOPHTHEGMATA.

Sanguinis boni causa efficiens est calor naturalis digestiuus secundum proportionem, materialis causa est id, quod de cibis & potibus nutrientibus est temperatum: formalis est digestio conueniens: finalis nutrire corpus. *Alb. Magn. de anim. l.* 3. *tract.* 2. *c.* 4.

Sanguis est calidus per se, sed forte per accidens efficitur magni & intensi caloris. *Idem de anim. l.* 12. *tract.* 1. *c.* 3.

Sanguis fœminæ est spissior & nigrior, propter frigiditatem maiorem, quam sit sanguis maris, ambobus in bona dispositione constitutis. *Alb. Mag. de anim. l.* 3. *tract.* 1. *c.* 6.

uus vniuersi: sed ex istis & illis saluantur & pereunt, *Chrys.* ad 24.

¶ Sententiae Philosophicae.

Nihil est alicui tantam ignauiam esse insitam, vt salutem suam neglegat. *Demosth. 1. Olynth.*

Nec ad Deos nulla re proprius accedunt, quam salutem hominibus dando. *Gic. pro Manil.*

¶ Poeticae Sententiae.

Doctrina salutis pertinet ad omnes.
Anthol. Sac.

Lustret Deus vt terra caligine mundum,
Doctrina accendit lumen Apostolicae:
Quod nullo animo, nullis non congruit annis,
Lacte rigans paruos, pane cibans validos.
Non tempus, non sexus, huic non causa resistit,
Omnes curat, alit, iustificat, vegetat,
Nimirum quae magna apposuit sapientia mensa,
Et variis pasci discite delitiis?
Quarum pars totum est epulum, quo quisque iuuatur,
Inde capit vitam, quam parit vna fides.

Salutem velle, magnam salutis partem esse.

Vere mihi semper erit, seruare velle salutis,
Maxima, si capias, tam prope salueris eris.
Si modo velle tuum vehemens, & forte, vatumque
Molle etenim lucri nil tibi velle feret.
Non vult, cui nimium leuis est, molliique voluntas:
Imaque si superis pluris habenda putat.
Qui bene vult, volet hic caelum, caelumque volendo
Fortiter, huic facilis mox labor omnis erit.

¶ Adagia.

Omnes salubrius. Κρέσσονες ὑγιείας.

Nolle dare nequaquam noxia, sed vndiquaque salutari. *Crocylus* ait *genium, a quo animante natum adagium existimat Zenodotus.*

Cucurbita sanior. κολοκύθης ὑγιέστερος.

Eadem fere de re innoxia & salutifera: quod Cucurbita vel quod celatur aeris vitio, crusto quo tegitur, munita: vel vaporibus efficax esse perhibeatur.

Pisce firmior, hominis valetudine dicitur. Sumptum à piscibus quibus firmissima sit, hac animantis genus non sentire morbos. Germanica fere verbis: So gesund als ein Fisch.

Valere Pancratice.

Pancratium dixit pro eo, quod est firma esse valetudine. In Pancratio enim valetudo & robur corporis potissimum spectabatur. Huc pertinet et illa: Valere athletice: Valere basilice.

¶ Emblema.

Ære quandoque salutem redimendam.
Emblema CLII. An Alciati.

Et pedibus segnis, tumida & propendulus alua
Hactenus insidias effugit arte fiber.
Mordicus ipse sibi medicata virilia vellit,
Atque abiecit, segnarus ob illa petis.
Huius ab exemplo discite non parcere rebus,
Et, vitam vt redimas, hostibus aera dare.

Salus publica.

Emblema LXLIX.

Pluribus erectis Epidaurius insidet aris,
Mitis, & immani conditur angue Deus.
Accurrunt agri, Geniasque salutifer orant.
Annuit, atque ratas efficit ille preces.

¶ Fabula.

De Columbis.

Oppressa columbarum cohorte, quae ab vna quasi regina & domina candidissima columba ducebatur, reri aucupis, singulae strenue alis plandere & ferire rete, si qua erumpere possent. Tum columbam: sed etiam sapientem reginam ferunt illum immanum promiscuum & temerarium suarum columbarum verbis impedisse, & hortatam esse, vt consociata & consentiente vi atque virtute erumpere studerent: nam singulas non aliter seruari posse quam seruatis vniuersis. Cum autem hae parerent ductrici suae, mirumque subuolare impetu concordi omnes conarentur, sustulerunt, & in siluas aufugientes abstulere, vbi super arboribus latentes, ipsi ex omnes periculum euaserunt.

Fabula docet, communi salute singulorum salutem comprehendi, & obedientia subditorum, quae vocatur πειθαρχία à Graecis, non publica, sed priuata etiam bona procurari.

Vide Felicitas, Prosperitas.

Salutatio.

¶ Definitio et Etymolog.

Salutatio, Salutandi actus, à Saluto, i.e. Salutem opto, dico. Graece ἀσπασμὸς, προσαγόρευσις, πρόσρησις, Hebr. *Berachach*, i.e. benedictio, fausta precatio quae ad aliquem defertur cum salutatione & decenti corporis motu ac gestu, vt capitis inclinatione, geniculatione, &c. à verbo *Baraec* precatus est, benedixit, beatum praedicauit, flexit genu. Hinc βρέχω, flecto: & latinum precor: & per metathesin, μακαρίζω, beatifico.

¶ Loci Biblici.

Salutare in pace, 1. *Sam.* 10. 4. in sancto osculo, *Rom.* 16. 16, 1. *Cor.* 16. 20. 2. *Cor.* 13. 12. 1. *Pet.* 5. 14. Salutare in via prohibentur apostoli, *Luc.* 10. 4. qua locutione hyperbolica vtuntur Hebraei, cum alicui praecipitur vt celeriter, & nulla prorsus interiecta mora aliquid obeat, &c. 2. *Reg.* 4. 29. alioquin comes & humanae salutationes inter Christiana quoq; officia numerantur passim nonnulli per synecdochen interpretantur, vt sic species pro genere posita, salutatio, pro colloquio, aut collocutione, quasi dicas; cum nemine colloquimini, quod sit vobis in moram. Sic & 2 *Reg.* 4. 29

Salutatio Angeli ad Mariam, *Luc.* 1. 28. Salutationis Apostolicae & Christianae formula, *Matth.* 10. 12. *Luc.* 10. 5.

¶ Exempla Sacra.

Salutationis *Exempla*: Moyses & Iethro, *Exod.* 18. 7 Angelus salutat Gedeonem, *Iudic.* 10. 12 Explo ratores tribus Dan, *Iudic.* 18. 15. Saul Samuelem, 1 *Sam.* 13. 10 Dauidis iuuenes Nabal, 25. 5 Dauid populum, 30. 21 Tou Dauidem, 2 *Sam.* 8. 10 populus Absalonem, 15. 5. Tobias Angelum, *Tob.* 5. 6 Nicanor, 1 *Macchab.* 7. *v.* 29. 33 Ionathas & Rex Ioppe, 11. 6 Apostoli familiam ad quam ingressuri erant, *Matth.* 19. 12. *Luc.* 10. 5 Christus discipulos, *Matth.* 28 9. *Luc.* 14. 36. populus Christum, *Marc.* 9. 15 Aangelus Mariam, *Luc.* 1. 28. Maria Elizabetham, *v.* 40 Paulus Ecclesiam Caesaraensem, *Actor.* 18. 22. Paulus fratres, 21. & 17. 18. 19 Agrippa & Bernice Festum, 25. 13 Paulus Priscillam, Aquilam & reliquos fratres, & sanctos, *Rom.* 16. & 3. &c. Ecclesia Asiae, &c. Corinthios, 1 *Cor.* 16. 19 &c. Corinthii se inuicem. 2 *Cor.* 13. 12 Sancti Philippenses, *Philip.* 4. 21. &c. Aristarchus, Marcus, &c. Colossenses, *Col.* 4. 12 &c. Eubulus, &c. Timotheum, *Tim.* 4. & 9 &c. Pauli Comites Titum, *Tit.* 3. 15 Epaphras, &c. Philemonem, *Philemon. v.* 23 Hebraei suos praepositos, *Heb.* 13. 24. Ecclesia Babylone collecta sanctos, 1 *Pet.* 5 13. Amici Caii, Caium, 3 *Ioan. v.* 15 Salutandi superiores ritus, *Exempla*: Abraham, *Gen.* 23. 7. Ruth, *Ruth.* 2. 10 Abigail, 1 *Sam.* 21 *v.* 23. 24. Miphiboseth. 2 *Sam* 9. 6 Ioab, 14. 22 Absalom, & 33 Bethsabee, 1 *Reg.* 16 Filii Prophetarum, 2 *Reg.* 2 15 Salutationes in foro amabant Pharisaei & Scribae, *Matth.* 7. *Luc.* 20. 46.

Sanctificatio. Sanctus. Sanctitas.

¶ Definitio et Etymolog.

Sanctificatio, Graece ἁγίασμα, ατος, τὸ, dicitur. Et est munditia à peccato, vel confirmatio in bono, vel deputatio ad cultum Dei Et tertium conuenit irrationalibus rebus, vt ecclesiae, vestibus & huiusmodi. *secund. B. Thom secund. Secund. q* 81. *art.* 8.

Sanctitas, Graece ἁγιωσύνη, ης, ἡ, & ἅγιος, α, ὁ, sanctus dicitur. Est autem sanctitas scientia colendorum Deorum. *secund. Cic. lib.* 1. *de natura Deorum.*

Sanctitas est virtus faciens homines fideles, & seruantes eaquae ad Deum sunt iusta. *secund. Andronicum.*

Sanctitas est ab omni immunditia, libera & perfecta, & omnino immaculata munditia. *secund. Dionys. de diuinis nominibus cap.* 12. & *B. Thom.* 1. *Sent. dist.* 10. *q.* 4. *art.* 4.

Sanctitas à sancio venit. Sancire enim proprie est consecrare aliquid sub sanguine hostiae, vnde sanctum dicitur quasi sanguine consecratum, & sancto proprie vocatur lex cum terrore poenae.

Sanctitas, sanctitudo, sanctimonia eiusdem significationis sunt.

¶ Loci Biblici.

Sanctificare, pro purgare, 2 *Sam.* 11 4 pro consecrare, *Luc.* 25. 10. pro laudem & gloriam tribuere, 1 *Per.* 3, 15 Sanctificat seipsum patri Christus pro nobis & immolat, *Ioan.* 17. 19 vt sanctificet Pater Apostolos, orat Christus, *Ioan.* 17. 17 sanctificemus nos, 1 *Ioan* 3. 3. sanctificare Dominum coram populo, *Num* 20. 12. & 27. 14. sanctificare sabbatum, *Leu.* 15. 10 sanctificari vult Deus, *Leu.* 10. 3 sanctificari, pro Sanctum habere & oculi, *Matth.* 6. 9.

Sanctificatio, electionis testimonium, 1 *Pet.* 1. 2 sanctificatio nostra Christus, 1 *Cor.* 1. 30.

Sanctificati Christiani per Christum. 1 *Cor.* 11
Sanctificator noster Deus, *Leu.* 20.8 *Ezech* 37.28
De sancto qui comedere debeant. *Leu* 22.10.
Sanctitas vera quæ, 1 *Cor.* 7.34.2. *Cor.* 7.1. Sanctitas est electionis fructus, *Ephes.* 1.4. Sanctitati studendum, *Exod.* 22.31. *Leu.* 11. 9.44. 45 & 19.2 & 20.9.7.26 & 21.9.6.8. *Deut.* 7.6. & 14.2. & 26.19. *Psalm.* 139.24 *Esa* 52.11 & 56.1 *Matth.* 5.16 *Luc.* 1.75 *Rom.* 6.9.4.13.19 & 12.1. *Ephes.* 1.4 & 5.3 *Phil.* 1.10 & 2.15 *Col.* 1.22 & 3.12.1 *Thess.* 3.13 & 4.3 & 5.23 *Tit.* 1.9 *Heb.* 9.14. *Iac.* 1.27.1 *Pet.* 1.v.15.16 & 2.9.2 *Pet.* 1.3.1 *Ioan.* 3.3. 1. *Apoc.* 22.11.
Sanctum canibus non dandum, *Matth.* 7.6 sanctum Domini? *Exod.* 25.2 *Leu.* 16.1 & *c. Psalm.* 114.2 *Matth.* 7.6 *Luc.* 1.37.
Sanctus est Deus, *Esa.* 6.3 *Apoc.* 4.8 sancti appellatio Christo tributa, 1 *Ioan.* 2.20 qui sanctus peculiariter dicitur etiam, *Luc.* 1.35 imo vero peculariter sanctus sanctorum, id est, sanctus sanctissimus, *Dan.* 9.24 Sanctus Dei populus, Israelitæ. *Deut* 14.21 Sanctus panis, 1 *Sam* 21.4 Sanctus pro sua impietate orat, *Psalm.* 2. 6 Qui sanctus est, sanctificetur adhuc, *Apoc.* 22.11.
Sancti & mundi esse debemus, *Leu.* 11.44 & 19.2 & 20.v 7.26 & 21.6 *Num.* 15.40 *Deut.* 16.19. *Ephes.* 5.26 & *Thess.* 4.3.1 *Pet.* 1.16 Sancti Deo collati, immundi, *Iob.* 15.15 Sancti quatenus imitandi, 1 *Cor.* 4. 16 *Gal.* 4.12 *Phil.* 3.17.1 *Thess.* 1.6.2 *Thess.* 7. Sancti, in charitate exercenda reliquis hominibus præferendi, *Rom.* 12.13 *Galat.* 6. 10 *Ephes.* 1. 15 *Heb.* 6.10 Sancti pro iis, qui absolute in Dei fœdere sunt, etiamsi vere, id est, interiori sanctitate careant, *Rom.* 11.16.1 *Cor.* 7.14 Sancti mundum iudicabunt, *Sap.* 3.8 & 5.1 *Matth.* 19.28.1 *Cor.* 6.2. *Iudæ* v.14 Sancti cum Christo in cœlo regnantes, *Ioan.* 12.26 & 17.24.2 *Cor.* 5.8 *Phil.* 1.22 *Apoc.* 3.21 & 7.9 & 4.13.
Sanctorum communio. 2 *Cor.* 8.14. Sanctorum ministerio aliquando tribuitur, quod soli Deo præcipue conuenit, *Matth.* 18.v.16 18 *Ioan.* 20.13 *Rom.* 11.14 1 *Cor.* 9.v.20.21.1 *Tim.* 4.16 *Iac.* 5.19 In sanctis suis Deus laudatur. *Psalm.* 150.1 pro sanctis Christianis semper orandum, *Ephes.* 6.18. vt Sanctos nos facere & mundos, misit Deus filium suum, *Col.* 1.22.

¶ Sententiae Biblicae.

Sanctitas gratiose à Deo datur.

Ne polluatis nomen meum sanctum. Ego Dominus qui sanctifico vos. *Leu.* 22.
Ipse Deus pacis sanctificet vos per omnia, vt integer spiritus vester, & anima, & corpus sine querela in aduentu Domini nostri Iesu Christi seruetur. 1 *Thess.* 5.
In qua voluntate sanctificati sumus per oblationem corporis Iesu Christi semel. *Heb.* 10.
Propter quod & Iesus, vt sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est. 13.
Et omnis qui habet hanc spem in eo, sanctificet se sicut & ille sanctus est. 1. *Ioan.* 3.

Studiose in bono ordinatur.

Vade ad populum, & sanctifica illos hodie, & cras, lauentq; vestimenta sua, & sint parati in diem tertium. *Exod.* 19.
Descendit Moses de monte ad populum, & sanctificauit eum. Cumque lauissent vestimenta sua, ait ad eos: Estote parati in diem tertium, & ne approximetis vxoris vestris. *ibid.*
Homo sensatus in sapientia manet sicut Sol. *Eccl.* 27
Sanctifica eos in veritate. Et pro eis sanctifico meipsum, vt & ipsi sanctificati in veritate.

Fructuose in nobis conseruatur.

Sancti eritis quia ego sanctus sum. *Leu.* 11
Sancti estote, quia sanctus ego sum Dominus Deus vester. 19
Sanctificamini & estote sancti. 20.
Eritis mihi sancti, quia sanctus sum ego Dominus, & separaui vos à cæteris populis, vt essetis sancti. *ibid.*
Et Dominus elegit te hodie, vt sis ei populus peculiaris. *Deuteron.* 26
Hæc est voluntas Dei, sanctificatio vestra. 1 *Thess.* 4.
Sanctus sanctificetur adhuc. *Apoc.* 22

¶ Patrum Sententiae.

Nullus sanctus & iustus caret peccato, nec tamen ex hoc desinit esse iustus vel sanctus, cum affectu teneat sanctitatem. *August. de assumptione Ecclesiæ dogmatum.*
Ille iuste & sancte viuit, qui rerum integer æstimator. Ipse est qui ordinatam habet charitatem, ne aut diligat, quod non est diligendum, aut non diligat quod est diligendum, aut amplius diligat quod minus est diligendum, aut minus diligat quod amplius est diligendum, aut minus, aut amplius quod æque diligendum est. *Idem lib. de doctrina Christiana.*
Ita sunt, quæ sanctitatis causa seruanda sunt, Pudicitia corporis, Castitas animæ & veritas doctrinæ. *ibid.*
Si quis dixerit iustum, iniustum, & iniustum iustum, abominabilis est vterque apud Deum. Similiter qui sanctum dicit non sanctum, & rursus non sanctum asserit sanctum, abominabilis est apud Deum.
Si quis hominem, qui sanctus non est, sanctum esse crediderit, & Dei eum iunxerit societati, Christum violat, cuius membra sumus. Et infra: Omnes credentes, secundum Apostolum, Christi corpus efficimur. Qui in Christi corpore errat & labitur, ad membrum eius esse sanctum, cum non sit: vel non esse sanctum, cum sit, vide quali crimini obnoxius fiat. Efficias enim deinde his, qui dicunt dulce amarum, amarum dulce: ponentes tenebras in lucem tenebras: Dulce puto esse sanctimoniam, amarum sanctimoniæ contrarium. *Hier. sup. epist. Pauli ad Titum Ephesian. Si quis dixerit.*
Nec rusticus, nec tantum simplex frater ideo se sanctum putet, nihil nouerit, nec peritus & eloquens in lingua actiuus sit, sed totem, multoque melius est de duobus imperfectis rusticitatem cum sanctam haberes quam eloquentiam peccatricem. *Idem in epist. Nepotianum.*
Sancta magis esse, quam videri, studete. Nihil proficit alterum quod non sis, & duplicis peccati reatus est, non habere quod doceris, & vt habueris simulare. *Idem epist. ad filium Maurin.*
Discamus ergo & sanctorum inuidiam, vt imitemur parentes, & cognoscamus illos naturæ præstantioris fuisse, sed obiectum maioris, nec vitia nescisse, sed emendasse. *Ambros. l. de Ioseph.*
Si omnes sanctos & sanctas, cum hic viuerent, congregare possemus, & interrogare vtrum essent sine peccato, quantuliber fuit excellentia sanctitatis. Si hoc interrogari potuissent, vna vox emassent, Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos ducimus, & veritas in nobis non est. *Aug. de natura & gratia.*
Sancti viri, quo altius apud Deū virtutum dignitate proficiunt, eo subtilius indignos se esse deprehendunt, quia dum proficiunt, quicquid eos de seipsis latebat, inueniunt.
Sancti viri nec ex elatione sunt liberi, nec eximore submissi: cum rectitudo eos ad libertatem vocis erigit, consideratio infirmitatis propriæ in humilitate custodit. *Greg. in Moral.*
Viua lectio est vita sanctorum. *Idem Moral.* 24.
Sanctorum virorum est, non inquirere mansionem, vbi domini res sunt viri, sed vbi fidelior es. Nec gaudent, vbi equæ leguntur, sed vbi sanctitas floret.
Quæ est illa iustitia, sanctos colere, & sanctitatem consectari? Primus gradus pietatis est, sanctitatem diligere. *Ioan. Chrys. super Matth.* c 24.
Ioannes virtutum schola, magisterium vitæ, sanctitatis forma, norma iustitiæ, virginitatis speculum, pudicitiæ titulus, castitatis exemplum, pœnitentiæ via, peccatorum venia, fidei disciplina, & summa, Euangelii actio. Apostolorum vox, silentium Prophetarum, lucerna mundi, officium præconis, præco iudicis, Dominus testis, totius medius Trinitatis. *Idem in Ioan Bapt. serm* 8.
Qui peccat, de sanctis exit, non enim in locis sanctis quæ sunt, sed in actibus & vitæ moribus: quæ si secundum Deum sint & secundum præceptum Dei habeantur, etiamsi in domo etiamsi in foro, & quid dico in foro, etiamsi in theatro meretrix verbo Dei seruiens, in sanctis te esse non dubites. *Origen. hom.* 42. *sup. Leuit.*

¶ Poetarum Dicta.

Iuuen. sat. 13.

Egregium sanctumque virum si cerno libenter
Hoc monstrum puero, vel mirantis sub arantro
Piscibus inuentis, & fœtæ comparo mulæ.

Anthol. Sacr. Iac. Bill.

Mens illæsa nihil violato corpore perdit,
Si vitam carnis vulnera non maculant.
Nec crimen facti recipit non mixta voluntas:
Velle magis facinus quam tolerare vocet.
Sic autem ad cordis penetralia cuncta recurrunt.
Vt plerunque animus sit sine carne reus:
Dum quod ab intacto semotum est corpore solus
Concipit, & rectis moribus intus agit.

¶ Similitudines.

Chrysost. Quemadmodum si quis margaritam in luto conspiceret, eius amplius demonstrat pulchritudinem: Sic virtus iustorum, quocunque eam projeceris, declarat suam virtutem, siue in cloaca, siue in carcere, in prosperitate. *Hom.* 62. *in Gen.*
Sicut in corona, quum sit rotunda, nihil inuenis, quod vbique initium aut finis: Sic interianctos, quantum ad tempus in hoc seculo, nemo nouissimus dicitur, nemo primus. *In cap.* 20. *Matth. homil.* 34.
Thiueri. Vt parum parentes refert is, qui parentum sepulchrum colit, & ab ipsorum moribus degenerat: Sic præposterus honor est, qui sanctorum statuas coronat, atque interim ipsorum virtutes repugnat. *In apoph.* 42.
Nautas liberant littora ab inundatione aquarum, multoq; impetu marinorum fluctuum: Sanctorum autem memoria fidelium vestrorum festa conquentes à maligni spiritibus, immundis cogitationibus magna animarum reddantur tranquillitate. *ibid.*
Chrysost. Sicut scœnobatæ, qui in funibus sursum deorsum extentis ascendere & descendere solent, si parum respexerint, præcipites in orchestram decidunt & pereunt: Ita & in hac vita qui

...rumper fuerint desides, in præceps feruntur. Via enim ...multo, & directior, nec non & periculosior, quam funis ...multo sublimior. *Ibid.*

...ersos. Sapientes se arbitrantur, qui rationes physicas in... putant, scrutantes cursus siderum, & qualitates elemea... Dominium autem horum spernentes, ideo stulti sunt, quum ...tenda sint: quanto magis creator illorum? solent tamen ...pas, neglecto Deo, misera vti excusatione, ac dicere. per ...ei ad Deum, sicut per omnes peruenitur ad regem. Age, ...dam demens est aliquis, aut salutis suæ immemor, vt ho... ...am regis vendicet comiti? quum de hac re, si qui etiam ...uenerint inuenti, iure vt rei damnantur maiestatis: & isti se ...rent reos, qui honorem nominis Dei deferunt creaturæ: re... ...omino, conseruos adorant, quasi sit aliquid plus, quod ser... ...uo. Nam & ideo ad regem per tribunos & comites itur, ...mo vtique est res, & nescit, quibus debeat Rempublicam ...re. Ad Dominum autem, quem vtique nihil latet (omnium ...enta nouit) ad promerendum suffragatorem non est opus, ...ione deuota. *In epist. ad Rom.*

...ssores. Verum prudentes virgines erant, quæ potius à coæ... ...entibus, quam parantibus expectabant oleum: Sic qui ...recibus post mortem fidunt, atq; interim ipsi Deo nihil ...faciunt. *In apoph.* 42.

...ses sint ad virtutem viæ, siquidem & margaritæ inter se ...plurimum, vel si omnes idem sint nomen sortitæ, tamen ...ignior est, & rotunda, illa vero haud parem habet decorem, ...quendam & varium. Quemadmodum coralium artificio ...productas in longum lineas aliquando habet, circumci... ...ngulos & expolitos, coloremque à candido etsi diuersum, ...tamen delectabiliorem, viridis etiam iniectus color, præter ...viriditatem iuuat. Idem & flos quidam coniunctum ha... ...minata fragrantia, & sanguinis colorem, & istiusmodi, ali... ...em, qui glaucus fuerit, glaucitate ipsa mare vincit, aliis erit ...propria quadam exercitatione & industria sibiipsis, plerique ...delitæ profuere. *Homil.* 20. *de diuersis.*

...ymus. Sicuti cœli luminaria ac sidera in firmamento cœli à ...omna, cunctis indesinenter, quæ sub cœlo sunt, fulgent, ...omnibus, quæ super terram sunt, per tempora ac tempora, ...erationes & generationes, mirabiliter relucent: alia qui... ...nocte, vt luna & stellæ: alia nihilominus per diem, vt ...ssimi radii: Sic & sanctorum virtutis insignia, atque be... ...orum agones, omnibus in perpetuum singulariter ful... ...omnibus in æternum bonorum formam tribuunt, omnibus ...etatis exemplum ostendunt. Quod autem sideribus atque ...ribus comparentur omnes sancti, demonstrat Apostolus, ...m Stella differt à stella in claritate: sic erit & resurrectio mor... ...procul dubio sanctorum. Sed & angelus ad Danielem: ...effulgebunt vt luminaria cœli, & tanquam sol & luna, ...stellæ in secula. Sic itaque effulgent atque emicant o... ...sancti, non solum in tempore restitutionis, sed & nunc in ...huius præsentis seculi. Alius fide fulget, vt Abraham: ali... ...vt Ioseph: nihilominus mansuetudine, vt homo Dei ...item veroalius constantia atque tolerantia vehementium ...m, vt admirabilis Iob. *Homil* 1. *in Iob.*

S. Augustini. Sic abscondita est apud Deum vita sanctorum, vt ...modo laborant in terra, quasi tempore hyemis arbores non ha... ...fructum & folia, illo apparente tanquam nouo sole exorto, ...quod in radice viuebat, in fructibus appareat, licet castiget, ...ret amat iudicium, non derelinquet sanctos suos. *in Ps.* 36.

S. Cyprianus. Sicut modica aquæ gutta multo vino infusa à se to... ...tinque saporem & colorem induit: ferrum candens pri... ...propriaque forma exuitur, & igni simillimum efficitur: solis ...ter perfusus, in eandem transformatur luminis claritatem: ...ipsum radius solaribus directe irradiatum, solis in se recipit ...ralinem, idque putares alterum esse solem: Ita etiam beati, ...claritate, in intimis sui totaliter penetrantur, sicque Deifor... ...effecti, in Dei similitudinem transformantur. *De singular* ...

Sanguis.

¶ Definitio et etymolog.

Sanguis est humor calidus, & humidus, nutrimentum in ha... ...bentibus sanguinem existens. Græc. αἷμα: Hebr. *Dam*, sanguis ...color sanguineus, teatus sanguinis, Cognationem habet cum ...dam. subrufus fuit: sanguis enim colorem subrufum refert. Lat. ...anguis. c. reum sanguinis iudico.

¶ Biblici Loci.

Sanguis pro homine occiso, *Ios.* 20.5. pro cædis causa, *Luc.* 20.9. *Ios.* 2.19. *Iudic.* 9.24. 2. *Sam.* 1.16. 1. *Reg.* 2.38. *Ezech.* 18.13. & 32.4. *Actor.* 18.6. quibus in locis sanguinis appellatione cum cædis tum omne exitii genus intelligitur, vnde est illa acclamatio Iudæorum, *Matt.* 27.25. cuius sensus est: si quid peccabitur in eo occidendo, nos & posteritas nostra pœnas luamus. Eadem formula species quædam obtestationis est apud Lucam, *Actorum* 18.6. quasi dicat Paulus; video vos in perniciem vestram ruere: ego igitur hic Deum coram vobis testor, non me, sed vos vobis ipsis causam esse exitii, vt & Dauid loquitur, 2. *Samuel.* 1.16. pro cæde, 1. *Reg.* 2.5. 2. *Reg.* 9.7. *Psalm.* 116.38. *Esa.* 1.15. & 9.5. & 26.21. & 33.15. *Ezech.* 2 5.17. & 14.19. *Osee* 1.4. & 2.4. *Mich.* 7.2. *Abac.* 2. *vers.* 8.12. pro supplicitis capitalibus, *Psalm.* 51.16. pro impura nascentis hominis origine, *Ioan.* 1.13. pro cognatione, *Actorum* 17.26. præterea sanguinis & carnis appellatione, in scriptura sacra interdum intelligitur solum corpus, idque nudum, sed cum infirmitate adiuncta, 1. *Corinth.* 15.50. vt apparet ex eo, quod subiicitur de corruptione: interdum vero totus homo, corpore & anima constans, quatenus est corruptus peccato, *Matth.* 16.17. *Gal.* 1.16. sanguis omnis bruti anima est, *Leu.* 17. *vers.* 11.14. sanguis innoxius, ex Hebræorum idiotismo, dicitur homo insons, *Matth.* 27.4. sanguis innoxius ad Deum clamare dicitur, *Genes.* 4.10.4. *Esd.* 15.8. *Hebr.* 12.4. *Apocalyp.* 6.10. sanguis iustus cum venire super caput aliquorum dicitur, nihil aliud est, quam reos & obnoxios esse, vel in caput eorum redundare sanguinem iustum, *Matth.* 23.35. sanguis non comedendus ante Messiæ regnum, *Genes.* 9.4. *Leu.* 3.17. & 7.26. & 17.10. & 19.26. *Deut.* 12. *vers.* 16. & 15.23. 1. *Sam.* 14.32. eius vsus Christi aduentu concessus, propter fratrum infirmitatem ad tempus prohibetur, *Actorum* 15. *vers.* 20.29. & 21.25. sanguis Achab à canibus lingitur, 1. *Reg.* 22.38. sanguis vederis, *Exod.* 24.3. *Heb.* 9.20. sanguis & aqua è Christi latere fluunt. *Ioan.* 19.34.

Sanguinis conspersio. *Exod.* 24.6. & 29.20. *Leu.* 1. *v.* 5.11. & 3. *v.* 2.8.13. & 4. *v.* 6.16. & 7.2. & 8 *v.* 19.30. & 9.18. & 16. *v.* 14.18. & 17.6.2. *Paral.* 30.16.16. *Ezech.* 43.20. *Heb.* 9. *v.* 13.14.19.21.22. sanguinis Christi conspersio, *Heb.* 9.14. & 10.19. & 12.24. 1. *Petr.* 1.2. sanguinis innocentis effusio, *Deut.* 19. *v.* 5.11 & 27.24.2. *Sam.* 20.9.1. *Reg.* 21 13.2. *Reg.* 21.16. & 24.4.2. *Paral.* 22. *Proverb.* 6.17. & 28.17 *Esa* 26.1. *Ierem.* 7.6. & 22.3. *Ezech.* 22.4.4. *Esdr.* 1.32. *Matth.* 23 54. *Luc.* 11.50. *Apocalyp* 6.10 & 8. 24. clamat vindictam coram Deo. *Genes.* 4.10.4. *Esdr.* 15.8. *Heb.* 12.24 *Apoc.* 6.19. sanguinis fluxus sistitur, *Matth.* 9.20.

Sanguine Christi empti sumus, 1. *Cor.* 6.20. & 7.23. *Actor.* 20,28. 1. *Pet.* 1 18. *Apoc.* 5.9.

¶ Sententiae Philosophicae.

Sanguis est calidus & humidus. *Pet. de Aluer. de long. & breu. vita, lib.* 3.

Sanguis si integer est, ruber, & dulcis saporis est, sed si natura, vel morbo fuerit vitiatus, atrior est: nec admodum crassus, nec tenuis, qui optimus est, humidus & calidus semper est, quandiu in corpore animalis continetur, at vbi effluxerit, concrescit: excepto ceruorum, & damarum, & si quid aliud est huiusce modi. *Arist. hist. anim.* 3. *c.* 18.

Sanguis in iuuenili ætate saniem trahit, & largior est: in senectute crassus, niger & paucus: in media medium tenet. *Aristot. hist. anim.* 3. *c.* 10.

Sanguis naturalis alius est, alius innaturalis: Naturalis in homine bonæ complexionis sanguis est rubeus, sapor valde dulcis, boni odoris, & humidi existens: & ille varius est ratione ætatum, & locorum namque Cholerici rubeum, incensum, inflammatum, siccum, odoris & saporis acuti, & spumosum, gracilis spumæ sanguinem habent: Phlegmatici pallidum, aqueum, insipidum: Melancholici nigrum, spissum & terrestrem. *Albert. Mag. de anim. lib* 3. *tract.* 2. *c.* 2.

Sanguis innaturalis est, qui à naturali dispositione est mutatus, tam in colore, quam in sapore & odore: & hoc duobus contingit modis, ex se ipso solo, & ex alio remouente, cum propter missionem à dispositione naturali. Ex se, cum aliqua qualitate actiua, vel passiua impeditur à dispositione naturali: ex alio humore dupliciter remouetur sanguis à naturali dispositione, quia humor alienus, vel à sanguine generatur, vel ab alio. Vnde in ipsum sanguinem intrat, & vtrumque vel ad phlegma, vel ad choleram, vel ad melancholiam inclinare incipit: si ad phlegma, fit aquosus, si ad choleram, fit aliquantulum turbidus, si ad melancholiam, fœtidus. *Alb. Mag de anim. l.* 3. *tract.* 2. *c.* 3.

Sanguinis boni causa efficiens est calor naturalis digestiuus secundum proportionem, materialis causa est id, quod de cibis & potibus nutrientibus est temperatum: formalis est digestio conueniens: finalis nutrire corpus. *Alb. Magn. de anim. l.* 3. *tract.* 2. *c.* 4.

Sanguis est calidus per se, sed forte per accidens efficitur magni & intensi caloris. *Idem de anim. l.* 12. *tract.* 1. *c.* 3.

Sanguis fœminæ est spissior & nigrior, propter frigiditatem maiorem, quam sit sanguis maris, ambobus in bona dispositione constitutis. *Alb. Mag. de anim. l.* 3. *tract.* 1. *c.* 6.

uus vniuersi: sed ex istis & illis saluantur & pereunt, *Chrys.* ad 24.

¶ Sententiae Philosophicae.

Nihil est alicui tantam ignauiam esse insitam, vt salutem suam neglegat. *Demosth. 1. Olynth.*

Nec ad Deos nulla re proprius accedunt, quam salutem hominibus dando. *Gic. pro Manil.*

¶ Poeticae Sententiae.

Doctrina salutis pertinet ad omnes.
Anthol. Sac.

Lustret Deus vt terra caligine mundum,
Doctrina accendit lumen Apostolicae:
Quod nullo animo, nullis non congruit annis,
Lacte rigans paruos, pane cibans validos.
Non tempus, non sexus, huic non causa resistit,
Omnes curat, alit, iustificat, vegetat,
Nimirum quae magna apposuit sapientia mensa,
Et variis pasci discite delitiis?
Quarum pars totum est epulum, quo quisque iuuatur,
Inde capit vitam, quam parit vna fides.

Salutem velle, magnam salutis partem esse.

Vere mihi semper erit, seruare velle salutis,
Maxima, si capias, tam prope salueris eris.
Si modo velle tuum vehemens, & forte, vatumque
Molle etenim lucri nil tibi velle feret.
Non vult, cui nimium leuis est, molliique voluntas:
Imaque si superis pluris habenda putat.
Qui bene vult, volet hic caelum, caelumque volendo
Fortiter, huic facilis mox labor omnis erit.

¶ Adagia.

Omnes salubrius. Κρέσσονες ὑγιείας.

Nolle dare nequaquam noxia, sed vndiquaque salutari. *Crocylus* ait *genium, a quo animante natum adagium existimat Zenodotus.*

Cucurbita sanior. κολοκύθης ὑγιέστερος.

Eadem fere de re innoxia & salutifera: quod Cucurbita vel quod celatur aeris vitio, crusto quo tegitur, munita: vel vaporibus efficax esse perhibeatur.

Pisce firmior, hominis valetudine dicitur. Sumptum à piscibus quibus firmissima sit, hac animantis genus non sentire morbos. Germanica fere verbis: So gesund als ein Fisch.

Valere Pancratice.

Pancratium dixit pro eo, quod est firma esse valetudine. In Pancratio enim valetudo & robur corporis potissimum spectabatur. Huc pertinet et illa: Valere athletice: Valere basilice.

¶ Emblema.

Ære quandoque salutem redimendam.
Emblema CLII. An Alciati.

Et pedibus segnis, tumida & propendulus alua
Hactenus insidias effugit arte fiber.
Mordicus ipse sibi medicata virilia vellit,
Atque abiecit, segnarus ob illa petis.
Huius ab exemplo discite non parcere rebus,
Et, vitam vt redimas, hostibus aera dare.

Salus publica.

Emblema LXLIX.

Pluribus erectis Epidaurius insidet aris,
Mitis, & immani conditur angue Deus.
Accurrunt agri, Geniasque salutifer orant.
Annuit, atque ratas efficit ille preces.

¶ Fabula.

De Columbis.

Oppressa columbarum cohorte, quae ab vna quasi regina & domina candidissima columba ducebatur, reri aucupis, singulae strenue alis plandere & ferire rete, si qua erumpere possent. Tum columbam: sed etiam sapientem reginam ferunt illum immanum promiscuum & temerarium suarum columbarum verbis impedisse, & hortatam esse, vt consociata & consentiente vi atque virtute erumpere studerent: nam singulas non aliter seruari posse quam seruatis vniuersis. Cum autem hae parerent ductrici suae, mirumque subuolare impetu concordi omnes conarentur, sustulerunt, & in siluas aufugientes abstulere, vbi super arboribus latentes, ipsi ex omnes periculum euaserunt.

Fabula docet, communi salute singulorum salutem comprehendi, & obedientia subditorum, quae vocatur πειθαρχία à Graecis, non publica, sed priuata etiam bona procurari.

Vide Felicitas, Prosperitas.

Salutatio.

¶ Definitio et Etymolog.

Salutatio, Salutandi actus, à Saluto, i.e. Salutem opto, dico. Graece ἀσπασμὸς, προσαγόρευσις, πρόσρησις, Hebr. *Berachach*, i.e. benedictio, fausta precatio quae ad aliquem defertur cum salutatione & decenti corporis motu ac gestu, vt capitis inclinatione, geniculatione, &c. à verbo *Baraec* precatus est, benedixit, beatum praedicauit, flexit genu. Hinc βρέχω, flecto: & latinum precor: & per metathesin, μακαρίζω, beatifico.

¶ Loci Biblici.

Salutare in pace, 1. *Sam.* 10. 4. in sancto osculo, *Rom.* 16. 16, 1. *Cor.* 16. 20. 2. *Cor.* 13. 12. 1. *Pet.* 5. 14. Salutare in via prohibentur apostoli, *Luc.* 10. 4. qua locutione hyperbolica vtuntur Hebraei, cum alicui praecipitur vt celeriter, & nulla prorsus interiecta mora aliquid obeat, &c. 2. *Reg.* 4. 29. alioquin comes & humanae salutationes inter Christiana quoq; officia numerantur passim nonnulli per synecdochen interpretantur, vt sic species pro genere posita, salutatio, pro colloquio, aut collocutione, quasi dicas; cum nemine colloquimini, quod sit vobis in moram. Sic & 2 *Reg.* 4. 29

Salutatio Angeli ad Mariam, *Luc.* 1. 28. Salutationis Apostolicae & Christianae formula, *Matth.* 10. 12. *Luc.* 10. 5.

¶ Exempla Sacra.

Salutationis *Exempla*: Moyses & Iethro, *Exod.* 18. 7 Angelus salutat Gedeonem, *Iudic.* 10. 12 Explo ratores tribus Dan, *Iudic.* 18. 15. Saul Samuelem, 1 *Sam.* 13. 10 Dauidis iuuenes Nabal, 25. 5 Dauid populum, 30. 21 Tou Dauidem, 2 *Sam.* 8. 10 populus Absalonem, 15. 5. Tobias Angelum, *Tob.* 5. 6 Nicanor, 1 *Macchab.* 7. *v.* 29. 33 Ionathas & Rex Ioppe, 11. 6 Apostoli familiam ad quam ingressuri erant, *Matth.* 19. 12. *Luc.* 10. 5 Christus discipulos, *Matth.* 28 9. *Luc.* 14. 36. populus Christum, *Marc.* 9. 15 Aangelus Mariam, *Luc.* 1. 28. Maria Elizabetham, *v.* 40 Paulus Ecclesiam Caesaraensem, *Actor.* 18. 22. Paulus fratres, 21. & 17. 18. 19 Agrippa & Bernice Festum, 25. 13 Paulus Priscillam, Aquilam & reliquos fratres, & sanctos, *Rom.* 16. & 3. &c. Ecclesia Asiae, &c. Corinthios, 1 *Cor.* 16. 19 &c. Corinthii se inuicem. 2 *Cor.* 13. 12 Sancti Philippenses, *Philip.* 4. 21. &c. Aristarchus, Marcus, &c. Colossenses, *Col.* 4. 12 &c. Eubulus, &c. Timotheum, *Tim.* 4. & 9 &c. Pauli Comites Titum, *Tit.* 3. 15 Epaphras, &c. Philemonem, *Philemon. v.* 23 Hebraei suos praepositos, *Heb.* 13. 24. Ecclesia Babylone collecta sanctos, 1 *Pet.* 5 13. Amici Caii, Caium, 3 *Ioan. v.* 15 Salutandi superiores ritus, *Exempla*: Abraham, *Gen.* 23. 7. Ruth, *Ruth.* 2. 10 Abigail, 1 *Sam.* 21 *v.* 23. 24. Miphiboseth. 2 *Sam* 9. 6 Ioab, 14. 22 Absalom, & 33 Bethsabee, 1 *Reg.* 16 Filii Prophetarum, 2 *Reg.* 2 15 Salutationes in foro amabant Pharisaei & Scribae, *Matth.* 7. *Luc.* 20. 46.

Sanctificatio. Sanctus. Sanctitas.

¶ Definitio et Etymolog.

Sanctificatio, Graece ἁγίασμα, ατος, τὸ, dicitur. Et est munditia à peccato, vel confirmatio in bono, vel deputatio ad cultum Dei Et tertium conuenit irrationalibus rebus, vt ecclesiae, vestibus & huiusmodi. *secund. B. Thom secund. Secund. q* 81. *art.* 8.

Sanctitas, Graece ἁγιωσύνη, ης, ἡ, & ἅγιος, α, ὁ, sanctus dicitur. Est autem sanctitas scientia colendorum Deorum. *secund. Cic. lib.* 1. *de natura Deorum.*

Sanctitas est virtus faciens homines fideles, & seruantes eaquae ad Deum sunt iusta. *secund. Andronicum.*

Sanctitas est ab omni immunditia, libera & perfecta, & omnino immaculata munditia. *secund. Dionys. de diuinis nominibus cap.* 12. & *B. Thom.* 1. *Sent. dist.* 10. *q.* 4. *art.* 4.

Sanctitas à sancio venit. Sancire enim proprie est consecrare aliquid sub sanguine hostiae, vnde sanctum dicitur quasi sanguine consecratum, & sancto proprie vocatur lex cum terrore poenae.

Sanctitas, sanctitudo, sanctimonia eiusdem significationis sunt.

¶ Loci Biblici.

Sanctificare, pro purgare, 2 *Sam.* 11 4 pro consecrare, *Luc.* 25. 10. pro laudem & gloriam tribuere, 1 *Per.* 3, 15 Sanctificat seipsum patri Christus pro nobis & immolat, *Ioan.* 17. 19 vt sanctificet Pater Apostolos, orat Christus, *Ioan.* 17. 17 sanctificemus nos, 1 *Ioan* 3. 3. sanctificare Dominum coram populo, *Num* 20. 12. & 27. 14. sanctificare sabbatum, *Leu.* 15. 10 sanctificari vult Deus, *Leu.* 10. 3 sanctificari, pro Sanctum habere & oculi, *Matth.* 6. 9.

Sanctificatio, electionis testimonium, 1 *Pet.* 1. 2 sanctificatio nostra Christus, 1 *Cor.* 1. 30.

Sanctificati Christiani per Christum. 1 *Cor.* 11
Sanctificator noster Deus, *Leu.* 20.8 *Ezech* 37.28
De sancto qui comedere debeant. *Leu* 22.10.
Sanctitas vera quæ, 1 *Cor.* 7.34.2. *Cor.* 7.1. Sanctitas est electionis fructus, *Ephes.* 1.4. Sanctitati studendum, *Exod.* 22.31. *Leu.* 11. 9.44. 45 & 19.2 & 20.9.7.26 & 21.9.6.8. *Deut.* 7.6. & 14.2. & 26.19. *Psalm.* 139.24 *Esa* 52.11 & 56.1 *Matth.* 5.16 *Luc.* 1.75 *Rom.* 6.9.4.13.19 & 12.1. *Ephes.* 1.4 & 5.3 *Phil.* 1.10 & 2.15 *Col.* 1.22 & 3.12.1 *Thess.* 3.13 & 4.3 & 5.23 *Tit.* 1.9 *Heb.* 9.14. *Iac.* 1.27.1 *Pet.* 1.v.15.16 & 2.9.2 *Pet.* 1.3.1 *Ioan.* 3.3. 1. *Apoc.* 22.11.
Sanctum canibus non dandum, *Matth.* 7.6 sanctum Domini? *Exod.* 25.2 *Leu.* 16.1 & *c. Psalm.* 114.2 *Matth.* 7.6 *Luc.* 1.37.
Sanctus est Deus, *Esa.* 6.3 *Apoc.* 4.8 sancti appellatio Christo tributa, 1 *Ioan.* 2.20 qui sanctus peculiariter dicitur etiam, *Luc.* 1.35 imo vero peculariter sanctus sanctorum, id est, sanctus sanctissimus, *Dan.* 9.24 Sanctus Dei populus, Israelitæ. *Deut* 14.21 Sanctus panis, 1 *Sam* 21.4 Sanctus pro sua impietate orat, *Psalm.* 2. 6 Qui sanctus est, sanctificetur adhuc, *Apoc.* 22.11.
Sancti & mundi esse debemus, *Leu.* 11.44 & 19.2 & 20.v 7.26 & 21.6 *Num.* 15.40 *Deut.* 16.19. *Ephes.* 5.26 & *Thess.* 4.3.1 *Pet.* 1.16 Sancti Deo collati, immundi, *Iob.* 15.15 Sancti quatenus imitandi, 1 *Cor.* 4. 16 *Gal.* 4.12 *Phil.* 3.17.1 *Thess.* 1.6.2 *Thess.* 7. Sancti, in charitate exercenda reliquis hominibus præferendi, *Rom.* 12.13 *Galat.* 6. 10 *Ephes.* 1. 15 *Heb.* 6.10 Sancti pro iis, qui absolute in Dei fœdere sunt, etiamsi vere, id est, interiori sanctitate careant, *Rom.* 11.16.1 *Cor.* 7.14 Sancti mundum iudicabunt, *Sap.* 3.8 & 5.1 *Matth.* 19.28.1 *Cor.* 6.2. *Iudæ* v.14 Sancti cum Christo in cœlo regnantes, *Ioan.* 12.26 & 17.24.2 *Cor.* 5.8 *Phil.* 1.22 *Apoc.* 3.21 & 7.9 & 4.13.
Sanctorum communio. 2 *Cor.* 8.14. Sanctorum ministerio aliquando tribuitur, quod soli Deo præcipue conuenit, *Matth.* 18.v.16 18 *Ioan.* 20.13 *Rom.* 11.14 1 *Cor.* 9.v.20.21.1 *Tim.* 4.16 *Iac.* 5.19 In sanctis suis Deus laudatur. *Psalm.* 150.1 pro sanctis Christianis semper orandum, *Ephes.* 6.18. vt Sanctos nos facere & mundos, misit Deus filium suum, *Col.* 1.22.

¶ Sententiae Biblicae.

Sanctitas gratiose à Deo datur.

Ne polluatis nomen meum sanctum. Ego Dominus qui sanctifico vos. *Leu.* 22.
Ipse Deus pacis sanctificet vos per omnia, vt integer spiritus vester, & anima, & corpus sine querela in aduentu Domini nostri Iesu Christi seruetur. 1 *Thess.* 5.
In qua voluntate sanctificati sumus per oblationem corporis Iesu Christi semel. *Heb.* 10.
Propter quod & Iesus, vt sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est. 13.
Et omnis qui habet hanc spem in eo, sanctificet se sicut & ille sanctus est. 1. *Ioan.* 3.

Studiose in bono ordinatur.

Vade ad populum, & sanctifica illos hodie, & cras, lauentq; vestimenta sua, & sint parati in diem tertium. *Exod.* 19.
Descendit Moses de monte ad populum, & sanctificauit eum. Cumque lauissent vestimenta sua, ait ad eos: Estote parati in diem tertium, & ne approximetis vxoris vestris. *ibid.*
Homo sensatus in sapientia manet sicut Sol. *Eccl.* 27
Sanctifica eos in veritate. Et pro eis sanctifico meipsum, vt & ipsi sanctificati in veritate.

Fructuose in nobis conseruatur.

Sancti eritis quia ego sanctus sum. *Leu.* 11
Sancti estote, quia sanctus ego sum Dominus Deus vester. 19
Sanctificamini & estote sancti. 20.
Eritis mihi sancti, quia sanctus sum ego Dominus, & separaui vos à cæteris populis, vt essetis sancti. *ibid.*
Et Dominus elegit te hodie, vt sis ei populus peculiaris. *Deuteron.* 26
Hæc est voluntas Dei, sanctificatio vestra. 1 *Thess.* 4.
Sanctus sanctificetur adhuc. *Apoc.* 22

¶ Patrum Sententiae.

Nullus sanctus & iustus caret peccato, nec tamen ex hoc desinit esse iustus vel sanctus, cum affectu teneat sanctitatem. *August. de assumptione Ecclesiæ dogmatum.*
Ille iuste & sancte viuit, qui rerum integer æstimator. Ipse est qui ordinatam habet charitatem, ne aut diligat, quod non est diligendum, aut non diligat quod est diligendum, aut amplius diligat quod minus est diligendum, aut minus diligat quod amplius est diligendum, aut minus, aut amplius quod æque diligendum est. *Idem lib. de doctrina Christiana.*
Ita sunt, quæ sanctitatis causa seruanda sunt, Pudicitia corporis, Castitas animæ & veritas doctrinæ. *ibid.*
Si quis dixerit iustum, iniustum, & iniustum iustum, abominabilis est vterque apud Deum. Similiter qui sanctum dicit non sanctum, & rursus non sanctum asserit sanctum, abominabilis est apud Deum.
Si quis hominem, qui sanctus non est, sanctum esse crediderit, & Dei eum iunxerit societati, Christum violat, cuius membra sumus. Et infra: Omnes credentes, secundum Apostolum, Christi corpus efficimur. Qui in Christi corpore errat & labitur, ad membrum eius esse sanctum, cum non sit: vel non esse sanctum, cum sit, vide quali crimini obnoxius fiat. Efficias enim deinde his, qui dicunt dulce amarum, amarum dulce: ponentes tenebras in lucem tenebras: Dulce puto esse sanctimoniam, amarum sanctimoniæ contrarium. *Hier. sup. epist. Pauli ad Titum Ephesian. Si quis dixerit.*
Nec rusticus, nec tantum simplex frater ideo se sanctum putet, nihil nouerit, nec peritus & eloquens in lingua actiuus sit, sed totem, multoque melius est de duobus imperfectis rusticitatem cum sanctam haberes quam eloquentiam peccatricem. *Idem in epist. Nepotianum.*
Sancta magis esse, quam videri, studete. Nihil proficit alterum quod non sis, & duplicis peccati reatus est, non habere quod doceris, & vt habueris simulare. *Idem epist. ad filium Maurin.*
Discamus ergo & sanctorum inuidiam, vt imitemur parentes, & cognoscamus illos naturæ præstantioris fuisse, sed obiectum maioris, nec vitia nescisse, sed emendasse. *Ambros. l. de Ioseph.*
Si omnes sanctos & sanctas, cum hic viuerent, congregare possemus, & interrogare vtrum essent sine peccato, quantuliber fuit excellentia sanctitatis. Si hoc interrogari potuissent, vna vox emassent, Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos ducimus, & veritas in nobis non est. *Aug. de natura & gratia.*
Sancti viri, quo altius apud Deū virtutum dignitate proficiunt, eo subtilius indignos se esse deprehendunt, quia dum proficiunt, quicquid eos de seipsis latebat, inueniunt.
Sancti viri nec ex elatione sunt liberi, nec eximore submissi: cum rectitudo eos ad libertatem vocis erigit, consideratio infirmitatis propriæ in humilitate custodit. *Greg. in Moral.*
Viua lectio est vita sanctorum. *Idem Moral.* 24.
Sanctorum virorum est, non inquirere mansionem, vbi domini res sunt viri, sed vbi fidelior es. Nec gaudent, vbi equæ leguntur, sed vbi sanctitas floret.
Quæ est illa iustitia, sanctos colere, & sanctitatem consectari? Primus gradus pietatis est, sanctitatem diligere. *Ioan. Chrys. super Matth.* c 24.
Ioannes virtutum schola, magisterium vitæ, sanctitatis forma, norma iustitiæ, virginitatis speculum, pudicitiæ titulus, castitatis exemplum, pœnitentiæ via, peccatorum venia, fidei disciplina, & summa, Euangelii actio. Apostolorum vox, silentium Prophetarum, lucerna mundi, officium præconis, præco iudicis, Dominus testis, totius medius Trinitatis. *Idem in Ioan Bapt. serm* 8.
Qui peccat, de sanctis exit, non enim in locis sanctis quæ sunt, sed in actibus & vitæ moribus: quæ si secundum Deum sint & secundum præceptum Dei habeantur, etiamsi in domo etiamsi in foro, & quid dico in foro, etiamsi in theatro meretrix verbo Dei seruiens, in sanctis te esse non dubites. *Origen. hom.* 42. *sup. Leuit.*

¶ Poetarum Dicta.

Iuuen. sat. 13.

Egregium sanctumque virum si cerno libenter
Hoc monstrum puero, vel mirantis sub arantro
Piscibus inuentis, & fœtæ comparo mulæ.

Anthol. Sacr. Iac. Bill.

Mens illæsa nihil violato corpore perdit,
Si vitam carnis vulnera non maculant.
Nec crimen facti recipit non mixta voluntas:
Velle magis facinus quam tolerare vocet.
Sic autem ad cordis penetralia cuncta recurrunt.
Vt plerunque animus sit sine carne reus:
Dum quod ab intacto semotum est corpore solus
Concipit, & rectis moribus intus agit.

¶ Similitudines.

Chrysost. Quemadmodum si quis margaritam in luto conspiceret, eius amplius demonstrat pulchritudinem: Sic virtus iustorum, quocunque eam projeceris, declarat suam virtutem, siue in cloaca, siue in carcere, in prosperitate. *Hom.* 62. *in Gen.*
Sicut in corona, quum sit rotunda, nihil inuenis, quod vbique initium aut finis: Sic interianctos, quantum ad tempus in hoc seculo, nemo nouissimus dicitur, nemo primus. *In cap.* 20. *Matth. homil.* 34.
Thiueri. Vt parum parentes refert is, qui parentum sepulchrum colit, & ab ipsorum moribus degenerat: Sic præposterus honor est, qui sanctorum statuas coronat, atque interim ipsorum virtutes repugnat. *In apoph.* 42.
Nautas liberant littora ab inundatione aquarum, multoq; impetu marinorum fluctuum: Sanctorum autem memoria fidelium vestrorum festa conquentes à maligni spiritibus, immundis cogitationibus magna animarum reddantur tranquillitate. *ibid.*
Chrysost. Sicut scœnobatæ, qui in funibus sursum deorsum extentis ascendere & descendere solent, si parum respexerint, præcipites in orchestram decidunt & pereunt: Ita & in hac vita qui

...rumper fuerint desides, in præceps feruntur. Via enim ...multo, & directior, nec non & periculosior, quam funis ...multo sublimior. *Ibid.*

...ersos. Sapientes se arbitrantur, qui rationes physicas in... putant, scrutantes cursus siderum, & qualitates elemea... Dominium autem horum spernentes, ideo stulti sunt, quum ...tenda sint: quanto magis creator illorum? solent tamen ...pas, neglecto Deo, misera vti excusatione, ac dicere. per ...ei ad Deum, sicut per omnes peruenitur ad regem. Age, ...dam demens est aliquis, aut salutis suæ immemor, vt ho... ...am regis vendicet comiti? quum de hac re, si qui etiam ...uenerint inuenti, iure vt rei damnantur maiestatis: & isti se ...rent reos, qui honorem nominis Dei deferunt creaturæ: re... ...omino, conseruos adorant, quasi sit aliquid plus, quod ser... ...uo. Nam & ideo ad regem per tribunos & comites itur, ...mo vtique est res, & nescit, quibus debeat Rempublicam ...re. Ad Dominum autem, quem vtique nihil latet (omnium ...enta nouit) ad promerendum suffragatorem non est opus, ...ione deuota. *In epist. ad Rom.*

...ssores. Verum prudentes virgines erant, quæ potius à coæ... ...entibus, quam parantibus expectabant oleum: Sic qui ...recibus post mortem fidunt, atq; interim ipsi Deo nihil ...faciunt. *In apoph.* 42.

...ses sint ad virtutem viæ, siquidem & margaritæ inter se ...plurimum, vel si omnes idem sint nomen sortitæ, tamen ...ignior est, & rotunda, illa vero haud parem habet decorem, ...quendam & varium. Quemadmodum coralium artificio ...productas in longum lineas aliquando habet, circumci... ...ngulos & expolitos, coloremque à candido etsi diuersum, ...tamen delectabiliorem, viridis etiam iniectus color, præter ...viriditatem iuuat. Idem & flos quidam coniunctum ha... ...minata fragrantia, & sanguinis colorem, & istiusmodi, ali... ...em, qui glaucus fuerit, glaucitate ipsa mare vincit, aliis erit ...propria quadam exercitatione & industria sibiipsis, plerique ...delitæ profuere. *Homil.* 20. *de diuersis.*

...ymus. Sicuti cœli luminaria ac sidera in firmamento cœli à ...omna, cunctis indesinenter, quæ sub cœlo sunt, fulgent, ...omnibus, quæ super terram sunt, per tempora ac tempora, ...erationes & generationes, mirabiliter relucent: alia qui... ...nocte, vt luna & stellæ: alia nihilominus per diem, vt ...ssimi radii: Sic & sanctorum virtutis insignia, atque be... ...orum agones, omnibus in perpetuum singulariter ful... ...omnibus in æternum bonorum formam tribuunt, omnibus ...etatis exemplum ostendunt. Quod autem sideribus atque ...ribus comparentur omnes sancti, demonstrat Apostolus, ...m Stella differt à stella in claritate: sic erit & resurrectio mor... ...procul dubio sanctorum. Sed & angelus ad Danielem: ...effulgebunt vt luminaria cœli, & tanquam sol & luna, ...stellæ in secula. Sic itaque effulgent atque emicant o... ...sancti, non solum in tempore restitutionis, sed & nunc in ...huius præsentis seculi. Alius fide fulget, vt Abraham: ali... ...vt Ioseph: nihilominus mansuetudine, vt homo Dei ...item veroalius constantia atque tolerantia vehementium ...m, vt admirabilis Iob. *Homil* 1. *in Iob.*

S. Augustini. Sic abscondita est apud Deum vita sanctorum, vt ...modo laborant in terra, quasi tempore hyemis arbores non ha... ...fructum & folia, illo apparente tanquam nouo sole exorto, ...quod in radice viuebat, in fructibus appareat, licet castiget, ...ret amat iudicium, non derelinquet sanctos suos. *in Ps.* 36.

S. Cyprianus. Sicut modica aquæ gutta multo vino infusa à se to... ...tinque saporem & colorem induit: ferrum candens pri... ...propriaque forma exuitur, & igni simillimum efficitur: solis ...ter perfusus, in eandem transformatur luminis claritatem: ...ipsum radius solaribus directe irradiatum, solis in se recipit ...ralinem, idque putares alterum esse solem: Ita etiam beati, ...claritate, in intimis sui totaliter penetrantur, sicque Deifor... ...effecti, in Dei similitudinem transformantur. *De singular* ...

Sanguis.

¶ Definitio et etymolog.

Sanguis est humor calidus, & humidus, nutrimentum in ha... ...bentibus sanguinem existens. Græc. αἷμα: Hebr. *Dam*, sanguis ...color sanguineus, teatus sanguinis, Cognationem habet cum ...dam. subrufus fuit: sanguis enim colorem subrufum refert. Lat. ...anguis. c. reum sanguinis iudico.

¶ Biblici Loci.

Sanguis pro homine occiso, *Ios.* 20.5. pro cædis causa, *Luc.* 20.9. *Ios.* 2.19. *Iudic.* 9.24. 2. *Sam.* 1.16. 1. *Reg.* 2.38. *Ezech.* 18.13. & 32.4. *Actor.* 18.6. quibus in locis sanguinis appellatione cum cædis tum omne exitii genus intelligitur, vnde est illa acclamatio Iudæorum, *Matt.* 27.25. cuius sensus est: si quid peccabitur in eo occidendo, nos & posteritas nostra pœnas luamus. Eadem formula species quædam obtestationis est apud Lucam, *Actorum* 18.6. quasi dicat Paulus; video vos in perniciem vestram ruere: ego igitur hic Deum coram vobis testor, non me, sed vos vobis ipsis causam esse exitii, vt & Dauid loquitur, 2. *Samuel.* 1.16. pro cæde, 1. *Reg.* 2.5. 2. *Reg.* 9.7. *Psalm.* 116.38. *Esa.* 1.15. & 9.5. & 26.21. & 33.15. *Ezech.* 2 5.17. & 14.19. *Osee* 1.4. & 2.4. *Mich.* 7.2. *Abac.* 2. *vers.* 8.12. pro supplicitis capitalibus, *Psalm.* 51.16. pro impura nascentis hominis origine, *Ioan.* 1.13. pro cognatione, *Actorum* 17.26. præterea sanguinis & carnis appellatione, in scriptura sacra interdum intelligitur solum corpus, idque nudum, sed cum infirmitate adiuncta, 1. *Corinth.* 15.50. vt apparet ex eo, quod subiicitur de corruptione: interdum vero totus homo, corpore & anima constans, quatenus est corruptus peccato, *Matth.* 16.17. *Gal.* 1.16. sanguis omnis bruti anima est, *Leu.* 17. *vers.* 11.14. sanguis innoxius, ex Hebræorum idiotismo, dicitur homo insons, *Matth.* 27.4. sanguis innoxius ad Deum clamare dicitur, *Genes.* 4.10.4. *Esd.* 15.8. *Hebr.* 12.4. *Apocalyp.* 6.10. sanguis iustus cum venire super caput aliquorum dicitur, nihil aliud est, quam reos & obnoxios esse, vel in caput eorum redundare sanguinem iustum, *Matth.* 23.35. sanguis non comedendus ante Messiæ regnum, *Genes.* 9.4. *Leu.* 3.17. & 7.26. & 17.10. & 19.26. *Deut.* 12. *vers.* 16. & 15.23. 1. *Sam.* 14.32. eius vsus Christi aduentu concessus, propter fratrum infirmitatem ad tempus prohibetur, *Actorum* 15. *vers.* 20.29. & 21.25. sanguis Achab à canibus lingitur, 1. *Reg.* 22.38. sanguis vederis, *Exod.* 24.3. *Heb.* 9.20. sanguis & aqua è Christi latere fluunt. *Ioan.* 19.34.

Sanguinis conspersio. *Exod.* 24.6. & 29.20. *Leu.* 1. *v.* 5.11. & 3. *v.* 2.8.13. & 4. *v.* 6.16. & 7.2. & 8 *v.* 19.30. & 9.18. & 16. *v.* 14.18. & 17.6.2. *Paral.* 30.16.16. *Ezech.* 43.20. *Heb.* 9. *v.* 13.14.19.21.22. sanguinis Christi conspersio, *Heb.* 9.14. & 10.19. & 12.24. 1. *Petr.* 1.2. sanguinis innocentis effusio, *Deut.* 19. *v.* 5.11 & 27.24.2. *Sam.* 20.9.1. *Reg.* 21 13.2. *Reg.* 21.16. & 24.4.2. *Paral.* 22. *Proverb.* 6.17. & 28.17 *Esa* 26.1. *Ierem.* 7.6. & 22.3. *Ezech.* 22.4.4. *Esdr.* 1.32. *Matth.* 23 54. *Luc.* 11.50. *Apocalyp* 6.10 & 8. 24. clamat vindictam coram Deo. *Genes.* 4.10.4. *Esdr.* 15.8. *Heb.* 12.24 *Apoc.* 6.19. sanguinis fluxus sistitur, *Matth.* 9.20.

Sanguine Christi empti sumus, 1. *Cor.* 6.20. & 7.23. *Actor.* 20,28. 1. *Pet.* 1 18. *Apoc.* 5.9.

¶ Sententiae Philosophicae.

Sanguis est calidus & humidus. *Pet. de Aluer. de long. & breu. vita, lib.* 3.

Sanguis si integer est, ruber, & dulcis saporis est, sed si natura, vel morbo fuerit vitiatus, atrior est: nec admodum crassus, nec tenuis, qui optimus est, humidus & calidus semper est, quandiu in corpore animalis continetur, at vbi effluxerit, concrescit: excepto ceruorum, & damarum, & si quid aliud est huiusce modi. *Arist. hist. anim.* 3. *c.* 18.

Sanguis in iuuenili ætate saniem trahit, & largior est: in senectute crassus, niger & paucus: in media medium tenet. *Aristot. hist. anim.* 3. *c.* 10.

Sanguis naturalis alius est, alius innaturalis: Naturalis in homine bonæ complexionis sanguis est rubeus, sapor valde dulcis, boni odoris, & humidi existens: & ille varius est ratione ætatum, & locorum namque Cholerici rubeum, incensum, inflammatum, siccum, odoris & saporis acuti, & spumosum, gracilis spumæ sanguinem habent: Phlegmatici pallidum, aqueum, insipidum: Melancholici nigrum, spissum & terrestrem. *Albert. Mag. de anim. lib* 3. *tract.* 2. *c.* 2.

Sanguis innaturalis est, qui à naturali dispositione est mutatus, tam in colore, quam in sapore & odore: & hoc duobus contingit modis, ex se ipso solo, & ex alio remouente, cum propter missionem à dispositione naturali. Ex se, cum aliqua qualitate actiua, vel passiua impeditur à dispositione naturali: ex alio humore dupliciter remouetur sanguis à naturali dispositione, quia humor alienus, vel à sanguine generatur, vel ab alio. Vnde in ipsum sanguinem intrat, & vtrumque vel ad phlegma, vel ad choleram, vel ad melancholiam inclinare incipit: si ad phlegma, fit aquosus, si ad choleram, fit aliquantulum turbidus, si ad melancholiam, fœtidus. *Alb. Mag de anim. l.* 3. *tract.* 2. *c.* 3.

Sanguinis boni causa efficiens est calor naturalis digestiuus secundum proportionem, materialis causa est id, quod de cibis & potibus nutrientibus est temperatum: formalis est digestio conueniens: finalis nutrire corpus. *Alb. Magn. de anim. l.* 3. *tract.* 2. *c.* 4.

Sanguis est calidus per se, sed forte per accidens efficitur magni & intensi caloris. *Idem de anim. l.* 12. *tract.* 1. *c.* 3.

Sanguis fœminæ est spissior & nigrior, propter frigiditatem maiorem, quam sit sanguis maris, ambobus in bona dispositione constitutis. *Alb. Mag. de anim. l.* 3. *tract.* 1. *c.* 6.

Sanguis in infante est renuis, & aquosus, in iuuene est acutioris caliditatis: in ætate virili est constans bonæ dispositionis: & in omnibus his ætatibus est multus sanguis; in se autem paucus, spissus & niger. *Idem, ibid.*

Sanguis tactum nullum in genere sentit, vt excrementa in aluo contenta sensu carere certum est. *Arist. hist. an. 3. c. 17.*

Sanguis copia in primis animalibus his est, quæ animal & intra se formant, & in lucem edunt, mox iis sanguineis, quæ oua pariunt. *Idem, ibid.*

Sanguis omnium animalium palpitat inter venas, pulsusq; simul vndiq; mouetur solus omnium humorum sparsus per totum corpus animalium, & semper quandiu animas feruet. *Ibid. c. 19.*

Sanguis facile in corpore concrescit sentibus, quod non venit iuuenibus. *Idem, ibid.*

Sanguis tactu calidior est, quam aqua, aut oleum est, sed celerius congelascit. *De part. an. 2. c. 1.*

Sanguis taurorum omnium celerrime coit & durescit, sed si fibras detraxeris, sanguis non coit. *Ibid. c. 4.*

Sanguis materiæ rationem obtinet, semen vero causæ affectiuæ. *Io. Gram. in 2. de gener. & corr. tex. 58 cor. 47.*

Sanguinem menstruum habere virtutem generatiuam, ait. *Arist. quod & Galen. concedit. Aue. 1. de gener. an. c. 20.*

Sanguis fluxus ab hæmorrhoidis est innaturalis, propter connaturalitatem tamen sanguis ad sperma raro nocturno somno polluntur, & parum spermatizant, quibus fluunt hæmorrhoide. *Alb. Mag. de an. l. 15 tr. 2. c. 7.*

Sanguinem habere, & non habere, non est causa longioris, vel breuioris vitæ. *Idem de mor. & Gal. tr. 2. c. 5.*

Sanguine è naribus fluente, nonnullis aquam frigidam in faciem fundimus, quia calor ita intus se colligit, & circum obsistit, quod sanguinem suum reddit liquidiorem. *Arist. prob. sec. 33. n. 6.*

Sanguinis humor serosus mitis est. *Plat. in Tim.*

Sanguis spiritui seruit, spiritus sensibus, sensus rationi, & fit sanguis à virtute naturali, quæ in iecinore & stomacho viget. *Fic. de stud. san. tuend. l. 1. c. 2.*

Sanguis purus extrahitur oriente sole, cholericus in meridie, melancholicus in occasum, phlegmaticus in medio noctis, prius posito clystere, sumpta die præcedenti aliqua medicina non solitiua: & Galenus & Auicenna quanto magis exercueré medicinam, tanta semper timidiores circa phlebotomiam sunt facti, quia plus trahit phlebotomia ex naturali & bono, & ex spiritibus, quam ipsa medicina, & minus temporis concedit ad discernendum malum sanguinem à bono. *Fic. in epid. antid. c. 6.*

Sanguis in se necessario habere debet pituitam, bilem, & atram bilem, tum ad ipsius temperamentum, tum ad membrorum his similium nutrimentum. *Fic. in Plat. Tim. c. 8. 7.*

Sanitas.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

SAnitas, bona valetudo, i. e. status corporis actiones suas probe obeuntis: Græc. ὑγίεια: Hebr. *Rephuah. Riphuth, Marpe*, id est, medicina, remedium, sanitas, medela, à verbo *Rapha*, sanauit, medicatus est, curauit morbum. Cognationem habet cum *Rapha* remisit, nam curando & sanando morbus fit remissior. Φαρμακεία, medeor.

¶ BIBLICI LOCI.

Sanat Deus animas, *Deut.* 32. 39. *Iob.* 5. 18. *Psalm.* 103. 3. & 147. 3. *Prou.* 28. 25 *Esa.* 5. 10. & 19. 22. & 30. 26. & 57. 18. 19. *Ierem* 3. 22. & 17. 14. & 30. 17. *Ose.* 6. 2. & 14. 5. *Matth.* 13. 15. *Ioan.* 12. 40. *Act.* 28. 27.

Sanat corpora, *Gen.* 20. 17. *Num.* 13 2. *Reg.* 5. 8. *Psal.* 10. 3. 3 & 107. 20. Sanat aquas, 2. *Reg.* 2. 21. Sanat terram, 2. *Chron.* 7. 14. *Psalm.* 60. 4.

Sanat Christus animas, *Esa.* 53. 5. *Luc.* 4. 18. 1. *Pet.* 2. 24. Et corpora, *Matth.* 4. 23 & 21 4 *Marc.* 3. 10 *P. Luc.* 6. 19. 11 *Act.* 9. 34.

Aquæ mysticæ sanatæ, *Ezech.* 47. 8. 9.

Sanitas corporis, *Psalm.* 38. 4 *Prou.* 14. 30 & 16. 24 *Matth.* 12. 13, 1. *Cor.* 12, 9.

Senitas spiritualis, Salus: *Prou.* 3. 8 & 12. 18 & 13, 17 *Esa.* 1, 6 & 58, 8 *Ierem.* 14, 19 & 31, 6 & 46 11 *Malach.* 4. 2 *Apoc.* 22. 2.

Sanitas pro pristinæ conditionis, dignitatis & roboris amplitudine, *Ezech.* 30. 21.

¶ SENTENTIAE POETICAE.

Sen. Hipp. Act. 1.

Precor furorem, si te, teque ipsam aduma.
Pars sanitatis, velle sanari fuit.

Ouid. de Liu. de morte filii.

Heu mihi: quam facile est, quamuis hoc contigit, omnes,
Alterius luctu fortia verba loqui.

Ter. Heaut. 15.

Nonne id flagitium est, te aliis consilium dare.
Foris sapere, tibi non posse auxiliarier?

Idem Andr. 2. 1.

Facile omnes cum valemus, recta consilia ægrotis damus.
Tu si hic sis, aliter sentias.

Horat. 1. Epist. 2.

Si ventri bene, si lateri est, pedibusque tuis: nil
Diuitiæ poterunt regales addere mauis.

¶ SENTENTIAE PHILOSOPHORVM.

Dignitate, & tempore sanitas morbum præcedit, esse autem extendimus, similarium, quas vocant, partium sanitatem, calidi, frigidi, humidi & sicci symmetriam, id est, conuenientiam inter quandam esse: instrumentalium vero similarium ipsarum compositione, numero, magnitudine, figuraq; constare.

Primum ad præsentium contemplationem pro hypothesi sumptum esto: sanitatem non esse absolute elementorum, etc. quemadmodum omnibus fere, qui ante nos scripserunt, visum est, sed eam duntaxat, quæ similarium est partium. *Deinde* instrumentalium sanitatem in figura, numero, magnitudine, ac compositione similarum consistere. *Tertio*, functionibus secundum naturam obeundis sanitatis habitum discerni. *Postremo* sanitatem quoad optimam esse, & (vt sic dicam) consummatam, atque firmam quandam, ceu deficientem ab hac, nec plane absolutam perfectionem, atque hanc etiam latitudinem habere non paruam. *Galen. de sanitate tuenda, l. 1.*

Sanus homo, & qui bene valet, & suæ sponte est, nullis obnoxius legibus debet, ac neq; medico, neq; alipta agere: hunc oportet varium habere vitæ genus, modo ruri esse, modo in vrbe, modo in agro, nauigare, venari, quiescere interdum, sed frequenter exercere: siquidem ignauia corpus hebetat, labor firmat, illa naturam senectam, his longam adolescentiam reddit, prodest etiam interdum balneo, interdum aquis frigidis vti, modo vni, modo idipsum negligere: nullum cibi genus fugere, quo populus vtatur, &c. *Cornel. Cels. l. 1. c. 1.*

Sanitas autem non consistit in indiuisibili: id apparet primo, quod ducentibus in diuersa membra, quorum non est eadem sanitas, constet habere diuersas sanitates, quod rationi etiam conuenit, quo habent diuersas operationes, quæ omnia arguunt diuersam sanitatem. *Galenus tertio de Morbo.* Si quidem sanitas dispositio factiua actus, atque hoc idem patet in consideratione diuersarum ætatum.

Alcmæon asserebat, continentem sanitatis causam in æquali facultatum inesse, nempe humidi, sicci, calidi, dulcis, & reliquorum. Vna autem est ipsis præpollente, morbum fieri.

Sanitas est vna bona dispositio corporis humani, per quam agit vel patitur actionem vel passionem ei debitam secundum omnia absque notabili læsione: atque hæc dispositio est primum in membris homogeneis, vt in osse, & carne, & consimilibus, & eorum commensuratio in quatuor primis qualitatibus, puta in calido frigido, humido & sicco: secundo est in membris heterogeneis, vt officialibus, puta in manu, pede, cerebro & corde. *Magninus Mediolanensis author est.*

Nihil salubre est, nisi quod toto anno salubre est. *Plinius lib. 18.*

Animalia omnia noscunt sibi salutaria, præter hominem. Illotis argumentum placidi mores. *Idem l. 7.*

Optimum bene valere: secundum formosum esse: rectum. Deuitias habere nulla fraude quæsitas.

Bona valetudo maxime diuinum, suauissimumque ornamentum.

Pauca voluptati debentur, multa sanitati.

In vniuersum præcox effugiatur Venus, si sanitate secunda hæc exoptes.

Corpus requirit, ne famem, ne sitim, ne frigus patiatur. *Ex Pythagoricis.*

Τὴν ὑγίειαν, ὧν ὑπὲρ μεθυόντων εἶναι καὶ ἀγρυπνούντων.

Sanitatem, ait, maxime diuinum longeque blandissimum condimentum. *Plut. in salubribus præceptis.*

Expendere non oportet, num recens sit piscis, num pernis, num caleat balneum, num formosum scortum: sed hoc quis consideret, fastidiosusne sit, aut parum tranquillus aut nimium cidus, aut perturbatus. Quod ni fiat, non secus ac si conuiuatores ebrii in ædes irrumpant luctu funestas: nihil hilarium neque voluptatis sint allaturi, quin ciulatum potius excitent. Itaque etiam Venus, obsonia, balnea, vinum, siquidem in corpore sint, le præterque naturam affecto misceantur, his etiam humoribus qui non certum vitium, aut corruptionem acceperunt, plagosi bilemque mouent, exagitant, magis ac magis excitant. Igitur exacta quidem illa, & vehementer ad vnguem, vt dici solet, ac seruata vitæ ratio, simul & corpus formidolosum reddit, ac periculis obnoxium, & animi frangit vigorem & alacritatem, vt omnia negotia refugit, dumque non audet, nec in voluptatem nec in laboribus versari, cum omnem rerum administrationem suspectam habet, nec quidquam confidenter & intrepide aggreditur. Verum oportebit corpus non alter quam natura vult, neque contrahere sereno cœlo, neque vehementer premere,

...ulo laxatis vel linteis & negligenter ac supine agere, cum sudor...
...rumpestatis, sed obsequi conueniet, ac leue corpus reddere...
...non in cibis solum & exercitationibus conuenient obseruare...
...non, num præter solitum illis grauatim & illibenter vtatur:
...rma, num liticulosius, magisve famelicum sit, quam con-
...ret: sed etiam illud obseruandum erit, si quando somnus nec
...t fuerit, nec Placidus, sed inæqualis & interruptus. Quin
...insomniorum etiam absurditatem conuenient annotare:
...rafata & insueta visa occurrerint, aut crassis humoribus ple-
...rpus, aut spiritus intus turbatos declarant. Quin & animi
...ones indicant, corpus ad morbum esse propensum. Nam spe
...quosdam tristitia, nullam ob causam idoneam suborta,
...repente spes extinguens: idque cum nihil appareat. cur
...endum. Redduntur autem & iracundi, sic vt facile com-
...ntur, & tem quamlibet leuem indoleant: lachrymantur ac
...ies quoties mali vapores & exhalationes amaræ condensatæ,
...uentus (vt inquit Plato) præpediunt, occupantque. Vnde
...dicitur, non latiari cibo, non refugere laborem, seminis
...am conseruare, hæc tria saluberrima esse. Nam incontin-
...ia Venerem, dum vires maxime resoluit; per quas ali-
...e laboratur, magis excrementa & plenitudinem auget.

...Democritus requirit, ne famem, ne sitim, ne frigus patiatur. Py-
...thagoras monebat, vt cauerent sibi homines à cibis, qui non esu-
...rientes ad edendum: & à potibus, qui non sitientes ad bibendum
...allicerent.

...Cibi quidem & fortiori exercitatione, & pleniore cibo vten-
...dum, præcipue si tempestas aquilonia fuerit: si vero australis, si-
...militer exercitari oportet, sed cibo potioniq; aliquid demere, atque
...hoc tempore humidum, omnino aridum reddere corpus:
...contra vero, calidius, ac tum carnes esse, oleraque calidiora,
...vinum bibere meracius, Aduentante vere alius quidem per
...vomitum, alius per ventrem vacuetur, alius secta vena sanguinem
...detrahat, prout cuiusq; fuerit vel consuetudo, vel animi promptitu-
...do. Æstate confert quies, exercitatio remissior, atque cibus exigu-
...us, tum quidem ex frigidiore genere deligendus est: tum vero po-
...tus dulcior, atque quicquid refrigerare humectareque possit, ad-
...hibere oportet. Per autumnum maiori cautela opus est, quippe qui
...morbosus & inæqualis & inordinatus est, multiformesque in-
...commodos: itaque ne circa refrigerationem quid peccetur ca-
...uendum est: à Venere quoque & frigida potione abstinendum:
...nam si quis secedat: vel per matutinum frigus, vel per ar-
...dorem meridianum: pomis impleri noxium est, non ob satietatem
...solum, verum etiam quoniam vitiosi humores inde nascuntur,
...qui vitium quoque excitant, si quidem omnium fructuum opti-
...mi cibos assumantur, præsumpti vero neque inflant, neque
...corrumpunt: quum frigescere cœpit acr, corpus pro frigoris ratio-
...ne calefacere oportet, atque omnia facere, vt cum hyems iam pro-
...pe sit, necabre fuerit, reuoluto æquinoctio, vacuare corpus ex
...eorum, quæ diximus, ne redundantia quædam per hyemem
...bilem molestiam inferat. *Paulus Ægineta de victus ratione quo-*
...*modo cuiusque tempore vtenda.*

De Sanitate restituta: Dial. IV.

Francisci Petrarchæ.

Gavd.

Longa ægritudine liberatus gaudeo. R. Gratiorem fateor sanita-
tem nobis tam, quam retentam, sugrat issimi mortales bona vestra
non videre quam perdendo cognoscitis, & perdita ergo vos cruciant,
quæ recuperata lætificant. G. Grauissima febris me detinuit. R. Gra-
uissimas febres medici dicunt, quæ ipsis in ossibus & medullis æstu-
ant. Quanto illæ sunt grauiores, quæ in anima intus latent, his te
tamen liberatum velim. G. Ægritudo abiit. R. Ægritudo præ-
terire potuit, dum debilitatis viribus corporis, animæ sanita-
tem reperit. Consequenter igitur & digressa nocuit, & animæ lu-
cem imminuit, & corporis auxit insolentiam quamuis mala, quã-
to extrema ægritudo videatur. Optabile malum, tamen quod mali
medium sit maioris. G. Tandem ægritudo longior finem habet.
R. Stultissime: sic tu reris mortem effugisse, ad quam curris assi-
due: nunc propinquior morti es, quam dum illi contiguus videba-
ris. Tremeabile vobis est iter, neque vlla eius in parte subsistitur,
neque diuersorium, neque lentior vsque gressus, & somnus, & vigi-
lia, & labor, & requies, & morbus, & sanitas, æque sunt gradus ad
mortem. G. Ancipiti ægritudine absolutus sum. R. Creditricem
nostis infallibilem, diluta solutionis dies est, sed non cassa ratio.
Habet ægrotare iterum, & mori.

¶ Apophthegmata.

Pythagoras dicere solebat, tria à Diis præcipue petenda: Formam, Diuitias, & bonam Valetudinem: eo quod homo cætera sibi præbere posset. Quanquam ὑγιαίνειν non tam ad animi sanitatem, quam ad corporis, referri possit. *Eras. Roter. l. 8. apoph.*

Idem Ad sanitatem corporis tria necessaria esse dicebat, videli-
cet Famem, ac Sitim, ne frigus patiatur. *Stob.*

Thales interrogatus olim, quisnam felix esset? respondit, Qui Corpore sanus est, Animo autem eruditus. *Laert. l. 1. c. 1.*

Socrates monebat, vt cauerent sibi homines à cibis, qui non esurientes ad edendum: & potibus, qui non sitientes ad bibendum alliciunt. *Stob. serm. 99. de sanitate, &c.*

Gorgias interrogatus, quonam vsus genere victus in tantam senectutem esset progressus? Nihil vnquam voluptatis gratia se aut comedisse, aut fecisse dixit. *Eod. serm.*

Hippocrates quærenti consilium de sanitate tuenda respondit: Σίτια, ποτὰ, ὕπνοι, ἀφροδίσια, πάντα μέτρια. id est. Cibi, potus, somni, Venus, omnia moderata sint. *Eod. serm.*

Alcmæon asserebat, continentem sanitatis causam in æqualitate facultatum inesse: nempe, humidi, sicci, calidi, amari, dulcis, & reliquorum. Vna autem exiipsis præpollente morbum fieri. *Stob. Ibidem.*

Plutarchus. Optime dictum est, inquit, non satiari cibo, non refugere laborem, seminis substantiam conseruare: hæc tria saluberrima esse, &c. *In præceptis de sanitate.*

Diogenes stomachabatur in eos, qui pro bona valetudine sacrificarent, & in ipso sacro epulis immodicis semet ingurgitantes, facerent bonæ valetudinis iacturam. *Laert. l. 6.*

Idem dicebat, se mirari seruos, qui quum viderent dominos plus æquo voraces non illis eripere cibos. Nam hoc esse dominorum valetudini consulere: & seruis magis conuenire edacitas. *Laert l 6.*

Democritus dicere solebat, homines precari quidem à Deo valetudinem, cuius tamen vim in semetipsis nesciant. Dum enim inordinate viuunt, suæ ipsi valetudinis sunt proditores. *Max. serm. 27.*

¶ Similitvdines.

Thriueri. Iniucundus artifex, qui saberrimis instrumentis parum fabre vtitur: peior est, qui sanitate insolenter fruitur. *In apophthegm. 114.*

Erasmi Roterodami. Olim in Capitolio certabant quadrigæ Latinis ferus, victor absinthium bibebat: Ita salubria magis quærenda sunt, quam iucunda. *In Sim.*

¶ Profana Exempla.

Persæ propter exercitationes puriles modicas eam sunt consequuti corporis siccitatem, vt neq; spuerent, neq; emungerentur, nec sufflato corpore essent, inquit *Varro ex Xenophontis lib. Κυρου παιδεία. Victorius. lib. 20. c. 15.*

Indi incolumitatem exercitio quærunt, & perfrictionibus. Adhibentur strigiles præcipue corporum expolitioni, in qua deprehenduntur curiosiores. *Cel. l. 18. c. 31. A. L.*

M. Cato corporis constitutionem laboribus suis, sobrio victu, & expeditionibus, in quibus à prima ætate adoleuit, per quam parauit habilem, ad robur & sanitatem iuxta comparatam. *Plutarch. in Cat.*

Apud indos propter vitæ frugalitatem, & vini abstinentiam, aut morbi non sunt, aut si qui sunt, eos sophistæ curant. *Strab. l. 15.*

Singulis mensibus triduo purgant se Aegyptii, vomendo atque intestina diluendo, gratia sanitatis conseruandæ: existimantes, omnes languores hominibus creari ex cibis. *Her. l 2.*

M. T. Cicero. haud temere ante occasum solis accumbebat, non tam districtus occupationibus, quam valetudinis causa, ob stomachi imbecillitatem. Fuit alioquin in corporis cura curiosus & nimius: vt ad certum numerum frictionibus, & ambulationibus vteretur. Ad hunc modum habitum validum & firmum ad labores conseruauit. *Plut. in Cic.*

Vespasianus Imp. valetudine prosperrima vsus est: quamuis ad tuendam eam nihil amplius quam fauces, cæteraque membra sibimet ad numerum in sphæristerio defricaret, inediamq; vnius diei per singulos menses interponeret. *Sueton.*

Hadrianus VI. Pontif. per se cibi parcissimus erat, & in tuenda valetudine apprime diligens, & morosus, tanta horarum definitione: vt denuntiante architriclino, paratas esse epulas, vel maximarum rerum colloquia protinus abrumperet. *Iou. in Hadr. VI.*

In Taprobana Insula longissimam vitam sine vllo languore traduci. Artemidorus testatur apud Plinium. *lib. 7. c. 2.*

¶ Hieroglyphica.

Pentagonum, salutis vel sanitatis Symbolum fuisse testatur Lucianus eo in libello, in quo agit de quodam, qui lapsus erat inter saltandum: cuius rei origo talis commemoratur. Antiochus is, qui Σωτὴρ cognomento dictum est: quum aduersus Galatas pugnaret, nec satis ex sententia res succederet, esset que in discrimine: per quietem vel vidit, vel se vidisse simulauit, vt militum animos in spem erigeret: Alexandrum Magnum se monentem vt salutis symbolum assumeret, idque pro tessera tribunis daret, eorumq; vestibus insueret: ea re fore, vt victoria potiretur. Symbolum autem illi huiusmodi ostendisse: Triangulum triplicem inuicem insertum ex lineis quinque constantem, in quibus Υγιεια scriptum erat: sic enim salus sanitasve Græce appellatur. Vnde & hoc signum

gnum in veteribus Antiochi numis adhuc cernitur, quod signum mathematici à quinq; angulis, *Pentagonum* vocant. *Erud. quidam. l.2. Hieroglyph. p.383.C.*

Vide Medicus, Morbus, Mors, Vita.

Sapientia.

¶ DEFINITIO: ET ETYMOLOG.

SApientia, Græce σοφία, ας ἡ & σοφὸς, ἡ, ὸν, sapiens dicitur. Hebr. Sapientia. *Chochmaeh* dicitur, à verbo *Chacham*, Sapiens fuit, sapuit mente, sapienter egit.

Est autem sapientia multarum & mirabilium rerum scientia. *secundum Arist. lib. Rhetor.*

Sapientia est cognitio primarum & altissimarum causarum *secundum Arist. lib. 1. Metaph.*

Sapientia est scientia sempiternorum. *secund. Pharab. lib. de diuis. philosoph.*

Sapientia est rerum diuinarum & humanarum scientia cognitioque, quæ causa cuiusque rei sit, ex quo efficiatur, vt diuina imitetur, humana vero omnia virtute inferiora ducat. *secundum Cic. lib. 4. Tusc. 4.*

Sapientia, qua formaliter sapientes sumus, est quædam participatio diuinæ sapientiæ, quæ est Deus. *sec. B. Thom. secund. Sec. quæstio. 3.*

Omnis sapientia est scientia, in quantum est de conclusionib sed differt à cæteris scientiis, in quantum est de principiis. *secund. B. Thom prima secund. q. 57. art. 2.*

Sapientia à scientia differre videtur; quia sapientia est rerum diuinarum cognitio: scientia vero humanarum. Quare Augustin. *super 1. ad Corinth. cap. 12.* ait: Sapientia est in contemplatione æternorum, scientia vero in occupatione temporalium. Idem Augustin. *libr. de Trinit.* Hæc est sapientiæ & scientiæ recta distinctio, vt ad sapientiam pertineat æternarum rerum cognitio intellectualis, ad scientiam vero temporalium rerum cognitio rationalis.

Sapientia à sapio dicitur, quod est recte sentio. Et qui eam profitebantur, σοφοὶ, hoc est, sapientes appellantur, quo nomine illi septem clarissimi viri vocati sunt: scilicet *Thales Milesius, Solon Salaminius, Chilon Lacedemonius, Pittacus Mitylenæus, Bias Prienæus, Cleobulus Lyndius, Periander Corinthius.* Sed postea Pythagoras primus non se sophum, sed philosophum appellauit, hoc est, non sapientem, sed sapientiæ amatorem. Ita scientiam ipsam non sophiam, sed philosophiam nuncupandam existimauit, quoniam nullus hominum sapiens esset, quod soli Deo contingit.

¶ LOCI BIBLICI.

Sapiens pro astuto, 2. *Sam.* 14.2. sapientis & stulti collatio, *Eccles.* 6.8. sapiens audit consilia, & gaudet argui, *Prou.* 13.1. & 25.12. sapiens vir artificiosus, *Exod.* 28.3. & 35.10. sapientes in bono, *Rom.* 16.19. sui amantes, *Prou.* 16.12.

Ne sapiamus alta. *Rom.* 11.20. quomodo sapiendum, 12.3. vt sapiant Iudæi, optat Deus, *Deut.* 32.19.

Sapientia vera quæ, *Iob.* 28.28. *Psalm.* 107. & 111.10. *Prouerb.* 1.7. & 28.7. *Esa.* 14.10. *Ierem.* 9. 23.1. *Corinth.* 1.31.2. *Corinth.* 10.17. *Rom.* 16.19. *Ephes.* 5.15. *Philip.* 1.19. *Col.* 1.28. & 4.5. *Hebr.* 8.11. *Iac.* 1.5. & 3.17. sapientia vera donum Dei, 1. *Reg.* 3. *vers.* 9.12. & 4.29. 2. *Par* 9.23. *Prouerb.* 2,6. *Dan.* 2. *vers.* 20,21 *Iac.* 1,5. sapientia iustificata, & à quibus, *Luc.* 7.35. sapientiæ ortu tudini præstat, *Eccles.* 9. *v.* 16. 18. sapientia nulla contra Dominum, *Prou.* 21, 30. sapientia carnis damnatur, *Roman.* 8,7. sapientia mundi huius vana, & mera stultitia, ideoque fugienda; *Iob.* 5,13. *Prou.* 3,7. *Esa.* 44.25. *Ierem.* 4,22. *Rom.* 1,22. & 18,25. & 12, v, 36,1. *Cor.* 3, v 9,20. & 2. v. 5,6. & 3,19,2. *Cor.* 1,12. *Iac.* 3,15. sapientia sermonis, pro eloquentia, 1. *Cor.* 1,17. sapientia terrena, animalis, & diabolica. *Iac.* 3,15.

Sapientiæ veræ præstantia. *Prou.* 3. v. 11,14. & 8,12. & 16,16. *Iacob.* 3. 17. sapientiæ contemptus mors est, *Prou.* 8,36. sapientiæ diuinæ origo, proprietas, laus, & vtilitas. *Deut.* 4,6. & 29,9. *Iob.* 28,20. & 32,7. *Eccles.* 7,13. & 5,13. *Sap.* 6,13. & 16,7. & c. & 8,1. & c. 9,10. *capit. ib. Eccl.* 1,1. & 3. *vers.* 1,31. & 4, *v.* 12,28 29. & 21,12. & 44,1. & c. 39,14. *Luc.* 21. 15. *Rom.* 11,33,1. *Cor.* 1,17. & 2.6. & 3,19. *Col.* 2,3. *Iac.* 3. & 3,15. sapientiæ initium timor Domini. *Psalm.* 110,10. *Prou* 1,7. sapientiæ & stultitiæ discrimen, *Eccl.* 2,13.

¶ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

Sapientia diuina.

Est in illa spiritus intelligentiæ sanctus, vnicus multiplex. *Sapient.* 7.

Omnibus mobilibus mobilior est sapientia. *Ibid.*

Fons sapientiæ verbum Dei in excelsis, & ingressus illius mandata æterna. *Eccl.* 1.

Ego ex ore Altissimi prodiui primogenita ante omnem creaturam. 42.

Qui factus est nobis sapientia à Deo, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio. 1. *Cor.*

Vera à Deo acquiritur.

Quia postulasti verbum hoc, & non petisti tibi dies (sic Dominus Salomoni) multos, nec diuitias, aut animas inimicorum, sed postulasti tibi scientiam ad discernendum iudicium, feci tibi secundum sermones tuos. 3. *Reg.* 3.

Sapientia vbi inuenitur, & quis est locus intelligentiæ? Scit homo pretium eius, nec inuenitur in terra suauiter viuentium. *Iob.* 28.

Trahitur sapientia de occultis. *ibid.*

Super inimicos meos prudentem me fecisti. *Psalm.* 118.

Timor Domini principium sapientiæ. *Prou.* 1.

Fili mi, si susceperis sermones meos, & mandata mea abscondueris, penes te, vt audiat sapientiam auris tua, inclina cor tuum ad cognoscendam prudentiam. Si enim sapientiam inuocaueris, & inclinaueris cor tuum prudentiæ, & si quæ sieris eam quasi pecuniam, & sicut thesauros effoderis illam, tunc intelliges timorem Domini, & scientiam Dei inuenies: quia Dominus dat sapientiam, & ex ore eius prudentia & scientia. 2.

Principium sapientiæ timor Domini. 9.

Si retusum fuerit ferrum, & hoc non vt prius; sed hebetauerit, multo labore exacuetur, & post industriam sequetur sapientia. *Eccles.* 10.

In maleuolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. *Sap.* 1.

Clara est, quæ nunquam marcescit sapientia; & facile videtur his, qui diligunt eam, & inuenitur ab his, qui quærunt illam. Præoccupat, qui se concupiscunt, vt illis se prior ostendat. 6.

Propter hoc optaui, & datus est mihi sensus, & inuocaui, & venit in me spiritus sapientiæ. 7.

Cum sit vna, omnia potest, & in se permanens, omnia innouat, & per nationes in animas sanctas se transfert. *ibid.*

Omnia sapientia à Domino est, & cum illo fuit semper, & est ante æuum. *Eccl.* 1.

Fili, concupiscens sapientiam, conserua iustitiam, & Deus præbebit illam tibi. *ibid.*

Si inclinaueris autem tuam, excipies doctrinam, & si libenter audire, sapiens eris. 6.

Non erudietur, qui non est sapiens in bono. 21.

Sapientiam scribe in tempore vacuitatis, & qui minoratur actu, sapientiam percipiet: quia sapientia replebitur. 38.

Sapientiam omnium antiquorum exquiret sapiens, & in prophetis vacabit. Narrationem virorum nominatorum conseruabit, & versutias parabolarum simul introibit. 39.

Omnia Dominus fecit, & pie agentibus dedit sapientiam.

Quis ascendit in cœlum, & accepit in eam, & eduxit eam de nubibus? Quis transfretauit mare, & inuenit illam? Non est qui possit scire vias eius. *Bar.* 3.

Sit nomen Domini benedictum à seculo, & vsq; in seculum: quia sapientia & fortitudo eius sunt. *Dan.* 2.

Confiteor tibi Pater Domine cœli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea parvulis. *Matthæi* 11.

A stulto despicitur.

Sapientiam atq; doctrinam stulti despiciunt. *Prou.* 1.

Sapientiam & disciplinam qui abiicit, infelix est. *Sap.* 3.

Quam a pera est valde imperitis sapientia: nullus enim perdurat apud eam. *Eccl.* 6.

Non est enim populus sapiens, propterea non miserebitur eius, qui fecit eum. *Esa.* 27.

Et populus non intelligens vapulabit. *Ose.* 4.

A bono exquiritur, quia bene ordinatur ad Deum.

Hæc est enim vestra sapientia & intellectus coram populis: vt audientes omnia præcepta hæc, dicant: En populus sapiens & intelligens, gens magna. *Deut.* 4.

Et dixit homini: Ecce timor Domini ipsa est sapientia: & recedere à malo intelligentia. *Iob.* 28.

Habe fiduciam in Domino ex toto corde tuo, & ne innitaris prudentiæ. *Prou.* 3.

Sapiens timet, & declinat à malo. 14.

Neminem diligit Deus, nisi eum, qui cum sapientia inhabitat. Pulchrior enim hæc speciosior sole. *Sap.* 7.

Initium sapientiæ timor Domini. *Psalm.* 110.

Radix sapientiæ est timere Deum, & rami illius longæui. *Eccles.* 1.

Sapientia & disciplina, timor Domini. *ibid.*

Beatus vir, qui in sapientia morabitur. *ibid.*

Et non est sapientia, nequitiæ disciplina: & non est cogitatus peccatorum prudentia. 14. 19.

Consummatio timoris Dei sapientia & sensus. 21.

Sapiens non odit mandata & iustitia. 33.

Cor suum tradet ad vigilandum diluculo ad Dominum, qui fecit illum, & in conspectu Altissimi deprecabitur. Si enim Dominus magnus voluerit, spiritu intelligentiæ replebit illum, & ipse confitebitur Domino. 39.

Videre fratres, quomodo caute ambuletis, non quasi [illegible]

sapientes, redimentes tempus, quoniam dies mali sunt.

prudentes, & vigilate in orationibus. 1. *Pet.* 4.

Ergà seipsum.

sapiens apud temetipsum. *Prou.* 3.

stia callidi est intelligere viam suam, & prudentia stulto-
na 14.

e prudentis lucet sapientia 17.

tia sapientis tanquam inundatio abundabit. *Eccl.* 21.

per gratiam, quæ data est mihi: Non plus sapere quam o-
pere, sed sapere ad sobrietatem. *Rom.* 12.

esse prudentes apud vosmetipsos. *ibid.*

vos sapientes esse in bono, & simplices in malo. 16.

vos videtur inter vos sapiens esse in hoc seculo stultus fiat, vt
ens. 1. *Cor.* 3.

Ad proximum verbo.

sapientiæ fili mi, & lætifica cor meum, vt possis exprobran
ndere sermonem. *Prou.* 27.

ngens & responsionem cor sapientis intelligit. *Eccl.* 8.

verbo oris sapientis gratia. 10.

lingua sapientia dignoscitur, & sensus, & doctrina, & scientia
nsu sensati. *Eccl.* 4.

ientia in verbis seipsum amabilem facit. 20.

ientia in verbis producet seipsum, & homo prudens placebit
ioribus. *ibid.*

ientia abscondita, & thesaurus inuisus, quæ vtilitas in vtri-
Melior est, qui celat insipientiam suam, quam qui abscondit
tiam suam, *ibid.*

prudentis quærntur in Ecclesia, & verba illius cogitabunt in
ibus suis. 21.

sapiens implebitur benedictionibus, & videntes illum, lauda-
nt. 24.

Quia omnibus diuites facti estis in omni verbo, & in omni
ientia. 1. *Cor.* 1.

Opere.

sapiens corde præcepta suscipiet. *Prou.* 10.

Vita fulget recta in oculis eius: qui autem sapiens est, audit consi-
a.

Sapientia hominis lucet in vultu eius. *Eccl.* 8.

Homo sapiens in omnibus metuit, & in diebus delictorum at-
net ad inertia. Omnis astutus agnoscit sapientiam, & inuenien-
tem dabit confessionem. *Eccl.* 18.

Disciplinam in pace conteruate filii. 41.

Qui sapiens & disciplinatus inter vos: Ostendat ex bona con-
uersatione operationem in mansuetudine sapientiæ. *Iac.* 3.

Decorat in bonis gratia.

Beatus homo, qui inuenit sapientiam, & qui affluit prudentia.
Melior acquisitio eius negotiatione auri & argenti: primi & purif-
simi fructus eius. Pretiosior est cunctis opibus: & omnia, quæ de-
lectantur, huic non comparari. *Prou.* 3.

Si sapiens fueris, tibimetipsi eris. 9.

Hoc plus habet eruditio & sapientia quod vitam tribuunt pos-
sessori. *Eccl.* 7.

Superat lucem & speciem dilexi illam, & proposui pro luce habe-
re illam, quoniam inextinguibile est lumen illius. Venerunt autem
mihi omnia bona pariter cum illa, & innumerabilis honestas per
manus illius. *Sap.* 7.

Et sapiens animæ suæ sapiens, & fructus sensus illius laudabilis.
Eccl. 32.

Sapiens in populo hæreditabit honorem, & nomen illius erit vi-
ta in æternum. *ibid.*

In bonis naturæ.

Si intrauerit sapientia cor tuum, & scientia animæ tuæ placuerit,
consilium custodierit te, & prudentia seruabit te, vt eruat te a via ma-
la, & ab homine, qui peruersa loquitur. *Prou.* 2.

Gloriam sapientes possidebunt. 3.

Melior est sapientia cunctis opibus pretiosissimis: & omne desi-
derabile ei non potest comparari. 8.

Vir sapiens & fortis est: & vir doctus, robustus & validus. 24.

Vidimus & sapientia cum diuitiis, & magis prodest videmus so-
lem. *Eccl.* 7.

Sapientia confortauit sapientem, super decem principes ciuita-
tis. *ibid.*

Et diuitiæ appetuntur in vita, quid sapientia locupletius, quæ
omnia operatur? *Sap.* 8.

Sapientia mala sine mundana Deum prouocat.

Melior est homo, qui minuitur sapientia, & deficientes sensu in
timore Dei, quam qui abundat sensu, & transgreditur legem Altis-
simi. *Eccl.* 19.

Væ qui sapientes estis in oculis vestris! & coram vobismetipsis
prudentes. *Isa.* 5.

Et fiduciam habuisti in malitia tua, & dixisti: non est qui videat
me: sapientia tua, & scientia tua hæc decepit te. 47.

Quomodo dicitis: Sapientes nos sumus, & lex Domini nobiscum
est? *Ier.* 8.

Non alta sapientes, & humilibus consentientes. *Rom.* 12.

Perdam sapientiam sapientium, & sapientiam prudentium re-
probabo. Nonne stultam fecit Deus sapientiam huius mundi?
Nam quia in Dei sapientia non cognouit mundus per sapientiam
Deum: placuit Deo per stultitiam prædicationis saluos facere cre-
dentes. 1. *Cor.* 1.

Peccatum multiplicat.

Non est sapientia nequitiæ disciplina, & non est cogitatus bo-
nus peccatorum prudentia. Est nequitia, & in ipsa execratio, & est
insipiens, qui minuitur sapientia. Est solertia certa & ipsa iniqua.
Eccl. 19.

Sapientes sunt, vt faciant mala: bene autem facere nescierunt. *Ie-
rem.* 4.

Dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt. *Rom.* 1.

Prudentia carnis mors est: prudentia autem spiritus vita & pax.
Quoniam sapientia carnis inimica est Deo: legi enim Dei non est
subiecta, nec enim potest. 8.

Scientia inflat, charitas vero ædificat. Si quis autem se existimat
aliquid scire, nondum cognouit, quemadmodum oporteat eum
scire. 1. *Cor.* 8.

Ipsum hominem infamat.

Vidisti neminem sapientem sibi videri, magis illo spem habet
insipiens. *Prou.* 26.

Sapiens pauper scrutabitur diuitem. 28.

Non erudietur, qui non vult sapiens in bono. Est autem insipien-
tia, quæ abundat in malo *Eccl.* 21.

Stultus factus est omnis homo à scientia. *Ier.* 51.

Sapientia huius mundi stultitia est apud Deum. 1. *Cor.* 3.

¶ Sententiæ Patrum.

Qui se diligit stultum, non proficiet ad sapientiam: nec fiet quis-
que qualis esse cupit, nisi oderit qualis est. *Aug. de ver. relig.*

Non aliam putes esse sapientiam, nisi veritatem, in qua tenetur
& cernitur summum bonum, nullo loco est, nusquam deest, foris
admonet, intus docet, dementes in se omne in melius commutat,
à nullo in deterius commutatur: nullus de illa bene iudicat. *De libr.
arbit.*

Hæc tota scientia magna hominis, scire, quia ipse nihil est per se,
& quoniam quicquid est, ex Deo est, & propter Deum est. *In Psal.*
70.

Hæc est sapientiæ & scientiæ recta distinctio, vt ad sapientiam
pertineat æternarum rerum cognitio intellectualis, ad scientiam
vero temporalium cognitio rationalis. *Lib. de Trin.*

Sapienti nihil alienum, nisi quod virtuti incongruum: quocumq;
accesserit, sua omnia, totus ei mundus possessio est quoniam toto eo
quasi suo vtitur. *Amb. epist. 39. ad Constant.*

Vbicunque accesserit sapiens, vbique ciuis est, vbique sua esse in-
telligit, nusquam se peregrinum, nusquam hospitem se iudicat. *ibi-
dem.*

Qui thesauros effodit, terram reiicit, foueam in altum facit, se-
dulus instituit, donec inueniat, quod quærit: sic qui thesauros sapien-
tiæ inuenire desiderat, omne pondus terrenum à se reiiciat, in se
fossam humilitatis faciat, nec quiescat, donec inueniat. *Glos. Hier.
sup. Prou.* 2.

Nihil magis ad spem percipiendæ sapientiæ mentes erigit, quam
quum eos, quos in sapientia claruisse miramur, aliquando paruu-
los & indoctos fuisse meminimus. *Glos. in 4. Prou.*

Huius mundi sapientia est, cor machinationibus regere, sensum
verbis velare, quæ falsa sunt, vera ostendere: quæ vera sunt, falsa de-
monstrare: hæc nimirum prudentia viu iuuenibus scitur, hæc à pue-
ris pretio discitur: hanc qui nesciunt, cæteros despiciendo superbi-
unt: hanc qui nesciunt, subiecti & timidi in aliis mirantur: hæc sibi
obsequentibus præcipit honorum culmina quærere, adepta tempo-
ralis gloriæ vanitate gaudere, interrogata ab aliis mala multiplicia-
us reddere: quum vires suppetunt, nullis resistentibus cedere: quum
virtutis possibilitas deest, quicquid per malitiam explere non valent,
hoc in pacifica bonitate simulare *Glos. in 1. Chron.*

Iustorum sapientia est, nil per ostentationem fingere, sensum ver
bis aperire: vera vt sunt deligere, falsa deuitare, bona gratis exhibere
mala libentius tolerare, quam facere, nullam iniuriæ vltionem
quærere, pro veritate contumeliam iucrum putare: sed hæc iustorū
simplicitas deridetur: quia & à mundi sapientibus puritas virtutis
fatuitas creditur. Quid namque stultius videtur mundo, quam mē-
tem verbis ostendere? nihil machinatione callide simulare? nullas
iniurias contumelias reddere? pro maledicentibus orare? pauper-
tatem quærere? possessa relinquere? rapienti non resistere? percu-
tienti maxillam alteram præbere? *Greg. 10. c. 27. Mor.*

Ad veram sapientiam peruenire non possunt, qui falsæ suæ sa-
pientiæ fiducia desipiunt. *In Mor.*

Summa cura prouidendum est, ne accepta sapientia, cum igno-
rantiæ tenebras illuminat, lumen humilitatis tollat: & iam sapien-
tia esse nequit, quæ etsi locutionis virtute fulgebat, elationis tamen
velamine cor loquentis obscurat. *ibid.*

Vera scientia afficit, non extollit, nec superbientes, quos im-
pleuerit, sed lamentauerit facit, qua quisque quum repletus fue-

sit, prioti loco, se scire appetit, & iam sui conscius, tanto per illam robustius sapit, quanto se infirmum in illa verius recognoscit. *In Moral.*

Prima sapientia est, vita laudabilis, & apud Deum pura mens, per quam puri puro iunguntur, & sancti sancto sociantur. *Nazian. in apolog.*

Ille mihi videtur esse sapiens, qui pauca quidem de virtute animi commouet & proloquitur, plura autem in suis actibus atq; operibus ostendit, & fidem verbis operum suorum stipulatione confirmat. *Greg. in Mor.*

Sapientia illa clara est, non quæ in verbis volat, sed quæ virtutib. constat. *ibid.*

Sæpe dum quosdam maior scientia erigit, à cæterorum societate se dissiungunt, & quasi quo plus sapiunt, eo à concordiæ virtute despiscunt: sed hi audiant, quid per semetipsam veritas dicat: Habete sal in vobis, & pacem habete inter vos. Sal quippe sine pace, non virtutis est donum, sed damnationis argumentum. Quo enim quisq; melius sapit, eo deterius delinquit, & ideirco inexcusabiliter meretur supplicium, quia prudenter, si voluisset, potuit vitare peccatum. *in past.*

Ille scire Deum familiarius appetit, qui præ amore pietatis nescire desiderat: quod carnaliter sciuit. *in Mor.*

Vides, quod non probat multa scientem, si modum sciendi nescierit. Vides, quo modo fructum & vtilitatem scientiæ in modo sciendi constituit. Quid ergo dicit? nisi vt scias, quo ordine, quo fine quæque nosse oporteat: quo ordine? vt illud prius, quod maturius mouet ad salutem: quo studio? vt illud ardentius, quod vehementius ad amorem: quo fine? vt non ad inanem gloriam, curiositatem, aut aliquid simile, sed tantum ædificationem. *Bern. sup. Cant. serm. 36.*

O vtinam saperes, & intelligeres, ac nouissima prouideres, saperes, quæ Dei, sunt: intelligeres quæ mundi sunt: prouideres quæ inferni sunt: profecto infera horreres, superna appeteres, quæ ad manus sunt, contemneres, *in quadam epist.*

Nihil sapientia ardentius diligitur, nihil dulcius possidetur. Hinc est, quod sapientes homines esse volunt, pauci tamen sapientes esse possunt. iusti autem omnes esse potuissent, si esse iusti perfecte voluissent. Sapientiam & multum diligere potes, & ipsa carere potes: sed quanto amplius iustitiam dilexeris tanto iustior eris. *Richard. de contempl. c. 1.*

Omnem stultitiam, labor scientiam generat. Scientiæ labor in tria diuiditur, scilicet in laborem disciplinæ, exercitii & doctrinæ. In pueritia labor disciplinæ, in iuuentute exercitii, in senio doctrinæ: vt quæ nescit in pueritia discat, quæ didicit, in iuuentute ad vsum ducat, quod ad vsum duxerit, in senio doceat. *Hug. de claust. anim. lib. 1.*

¶ Sententiae Poeticae.

Hesiodus.

Οὗτος μὲν πανάριστος, ὃς αὐτὸς πάντα νοήσει.
Φραστὰμενος τὰ κ' ἔπειτα, καὶ εἰς τέλος ἦσιν ἀμείνων.
Ἐσθλὸς δ' αὖ κἀκεῖνος, ὃς εὖ εἰπόντι πιθήται.
Ὃς δ' οὔτ' ἀρ μὰν αὐτὸς νοέῃ μετ' ἄλλα ἀκούων
Ἐν θυμῷ βάλλεται, ὃ δ', ἀνὴρ ἀχρεῖος ἔπεσται.

Hic quidem optimus, qui per se omnia cognoscit.
Intelligens sequentia, & quæ in fine futura sint meliora:
Bonus autem rursus & ille, si quis bene monenti pareat.
Qui vero per se cognoscet, neque alium audire
In animo proposuerit, hic sane inutilis vir.

Phocylides.

Τὴν σοφίαν σοφὸς ἰθύνει, τέχνας δ' ὁ μὴ τέχνος.
Sapientiam sapiens dirigit, artes autem coartifex.
Τῆς δὲ θεοπνεύστου σοφίης λόγος ἐστὶν ἄριστος.
A Deo inspirata sapientiæ sermo est optimus.
Βίλτερος ἀλκήεντος ἰφθιμένου σοφὸς ἀνὴρ,
Ἀγχοῦ καὶ πόλιος σοφίη γὰρ κρείσσων κυβερνῆ.
Melior forti est sapiens vir.
Agros enim & ciuitates sapientia & nauem gubernat.

Menandr.

Οὐκ ἔστι σοφίας κτῆμα τιμιώτερον,
Non est sapientia possessio pretiosior.
Σοφία γάρ ἐστι μαθεῖν ὃ μὴ ποεῖς.
Sapientia enim est, & discere quod nescis,
Σοφὸν παρ' ἀνδρὶ πρῶτον εὐρεῖν λόγος
Sapientem apud virum primum inuentus est sermo.
Σοφὸς γὰρ οὐδεὶς ἁπάντα προσκόπτει.
Sapiens enim nullus, qui omnia offendit.
Σοφία δὲ πλούτου κτῆμα τιμιώτερον.
Sapientia diuitiis possessio pretiosior.
Σοφὸν παρ' ἀνδρὸς γέρα σοφὸν μανθάνειν.
Sapienti à viro oportet sapientem quid discere
Σοφοὶ δὲ συγκρύπτουσιν οἰκείας βλάβας.
Sapientes autem occultant propria damna.
Ἀρίστη ἐστὶ πάντ' ἐπίστασθαι καλά.
Optimum est omnia scire pulchra.
Μισῶ σοφιστήν, ὅστις οὐ τῶν σοφῶν.
Odi sapientem, qui non sibi ipsi sapiens est.

Boet. 4. 1.

Sunt et enim pennæ volucres mihi,
Quæ celsa conscendant poli:
Quas sibi cum velox mens induit,
Terra perosa despicit.

Horat. 1. Epist. 1.

Virtus est vitium fugere! & sapientia prima
Stultitia caruisse.

Iuuen. 13.

Magna quidem, sacris quæ dat præcepta libellis,
Victrix fortunæ sapientia.

Iuuen. 3.

Plurima felix.

Paulatim vitia, atque errores exuit omnes,
Prima docens rectum sapientia,

Lucret. 2.

Sed nil dulcius est, bene quam munita tenere
Edita doctrina sapientum templa serena.
Despicere unde queas alios passimque videre
Errare atque viam palantes quærere vitæ,
Certare ingenio, contendere nobilitate,
Noctes atque dies niti præstante labore.
Ad summas emergere opes, rerumque potiri.

Plaut. Trin.

Sapientia ætas condimentum est sapienti ætatis huius.

Plaut. Trin.

Non ætate, verum ingenio adipiscitur sapientia,

Lucret. lib. 5.

Quis potis est dignum polleuti pectore carmen
Condere pro rerum maiestate, hisque repertis?
Quisve valet verbis tantum, quem fingere laudes
Pro merito eius possit, qui talia nobis
Pectore parta suo, quæsitaque præmia liquit?
Nemo, vt opinor, erit mortali corpore cretus.
Nam si, vt ipsa petit maiestas cognita rerum,
Dicendum est, Deum ille fuit, Deus inclyte Memmi,
Qui princeps vitæ rationem inuenit eam, quæ
Nunc appellatur Sapientia, quique per artem
Fluctibus è tantis vitam, tantisq; tenebris
In tam tranquillo, & tam clara luce locauit,
Confer enim diuina aliorum antiqua reperta,
Namque Ceres fertur fruges, Liberque liquorem
Vitigeni latices mortalibus instituisse.
Cum tamen his posset sine rebus vita manere:
Vt fama est aliqua etiam nunc vrbibus esse gentes.
At bene non poterat sine puro pectore vnus.
Quo magis hic merito nobis Deus esse videtur,
Ex quo nunc etiam per magnas dedita gentes
Dulcia permulcent animos solatia vitæ.
Herculis antistare autem sis facta putabis:
Longius à vera multo ratione ferere.

Horat. 1. Epist. 1.

Ad summam sapiens vno minor est Ioue diues,
Liber, honoratus, pulcher, Rex denique Regum.

Sen. Hip. act. 2.

Qui sapiens bono
Confidit fragili? dum licet, vtere.

Teren. Phor. 5. 4.

Quam scitum est, eiusmodi parare in animo cuiilam
Quas, cum res aduersæ sient, paula mederi possit.

Idem Hec. 3. 4.

Istuc est sapere, qui vbicunq; opus sit, animum possidet.

Plaut. Bach.

Nullus frugi esse potest homo, nisi qui & bene, & male tenet.
Frugi conuenit esse hominem pectus cui sapit.
Bonus sit bonus, malus sit malis: vtcunq; res sit, ita animum habeat.

Teren. Adelph. 3. 4.

O Demea!
Illud est sapere, non quod ante pedes modo est
Videre, sed etiam illa, quæ futura sunt,
Prospicere.

Ter. Phor. 3. 3.

Ah! dictum sapienti sat est.

Ter. Eun. 4. 7.

Consilia omnia verbis prius experiri, quam armis sapiens decet.

Manil. 1. lib. Astro.

Hæc ego diuino cupiam cum ad sidera flatu
Ferre, nec in turbam, nec turba carmina condam, &c.
Sed cælo noscenda canam mirantibus astris,
Et gaudent sui mundo per carmina vatis,
Vel quibus illa sacros non inuidere meatus
Noctiuagæ sui, minima est quæ turba per vrbem.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Anthol. Sac. Iac. Bill.

Vera sapientis, atq; item mali viri definitio.
Quis nullus sit dignus sapientis nomine quæris?
Accipe: cui virtus iuncta sapit ille sapit.
Nulle enim videas quibus est charissima virtus.
Non tamen his virtus dulce perinde sapit.
Quæris item: dici quis possit iure malignus?
Scilicet is vitæ quem sapor ipse iuuat.
Quem rapit in vitium multos insana libido.
Non sapor & vitæ pernitiosus amor.

PHILOSOPHORVM SENTENTIAE.

Quem perfecte esse non posse dicit Plato, nisi cæteris ingenio & artibus & prudentiæ partibus imbutus sit. Deniq; sapies omnibus rebus effertur, nec contrahitur in aduersis, cum se omnibus instructum sciat, vt ab his nulla vi segregetur: hunc solum inferre, sed nec quidem referre oportet iniuriam. *Cicero de dogm. Plat.*

Quem primum censes apud improbos mores laceſſitam pe-ſse sapientiam. Nonne apud veteres quoque ante noſtri Pla-tonis? Eodemque superstite, Præceptor eius Socrates iniuſte mortis, me adstante promeritus. *Boet. de consol. philoſ. l. 1.*

Hanc sententiam Platonis ore sanxisti, Beatas fore Reſpubl. si eadem sapientiæ regerent, vel earum rectores studere sa-pientiæ ſſet. Tu eiusdem viri ore hanc sapientibus capeſſen-dæ necessariam causam esse nouisti, ne improbis flagitio ſſi-mis, vt vibium relicta gubernacula, peſtem bonis ac pernitiem ferant. *Idem lib. 1. proſa. 4.*

Quamque illam Platonis esse sententiam liquet, ſolos eos quod velint, facere posse sapientes. Improbos vero exercere quidem velint, quod vero desiderent, explere non posse. Faciunt enim quidquid per ea quibus delectantur, id bonum quod deſide-rant, eorumque putant. Sed minime adipiſcuntur, quoniam ad beatitudinem probra non veniunt. *Boet. lib. 4. proſ. 2.*

Quidquid ingenio & excellenti ingenio viri, cum ſe doctrinæ penitus de-dissent, quidquid laboris poterat impendi, contemptis omnibus & ab omnibus reputatis actionibus: ad inquirendæ veritatis ſtudium ſe contulisse existimantes multo esse præclarius, diuinarum humana-rum rerum inuestigare ac scire rationem, quam aut ſtruendis ædificiis cumulandis honoribus inhærere. Quibus rebus, quoniã ſſi terrenæque sunt, & ad ſolius corporis pertinent cultum, nemo ferme nemo iuſſior effici poteſt. Erant quidem illi veritatis ratione dignissimi, quam scire tantopere cupierunt, atque ita, vt omnibus omnibus anteponerent. *Lactan. Firm. diuin. inſt. adu. lib. 1. c. 1. princ.*

Quamobrem pigeat ad pereipiendam sapientiæ diſciplinam, audien-dæ docendi patientiam commodare. *Idem Firm ibid. c. 2.*

Nullum religio vlla sine sapientia ſuſcipienda, nec vlla sine reli-gione colenda sapientia. *Idem lib 1. c. 2.*

Primus sapientiæ gradus est, falſa intelligere: Secundus vera co-gnoscere, qua cognitione veri, nulla est hominum iucundior volu-ptas, qua cognoscendam propius accedamus. *ibid. c. 23.*

Quidquam intelligere, est quidem sapientiæ: ſed humanæ: vltra gra-dum ab homine procedi non poteſt. *idem lib. 2. c. 2.*

Omnis sapientia hominis in hoc vno est, vt Deum cognoſcat & ſſi hoc noſtrum dogma, hæc ſumma est. Quanta itaq; voce poſ-sumus auctor, proclamo, denuntio. Hoc est illud, quod Philoſophi non tota sua vita quæſierunt, nec vnquam tamen inueſtigare, comprehendere, tenere valuerunt: quia religionem aut prauam re-liquerunt, aut totam penitus ſuſtulerunt. Qui vult igitur sapiens ac ſſi philoſophus audiri Dei vocem: diſcat iuſtitiam, Sacramentum natiui-tatis noſcat, humana contemnat, diuina ſuſcipiat, vt ſummum illud bonum, ad quod natus est, poſſit adipiſci. *Idem lib. 3. c. 30.*

Vitã sapienti necesse est. *Sen. ad Luc epiſt. 9.*

Non conturbat sapiens publicos mores, nec populum in ſe, vitæ suæ conuertet. *idem epiſt. 17.*

Dixi eo, neminem posse bene viuere, ſed nec tolerabiliter ſine ſa-pientia studio. Cum omnia habueris, tunc habere scientiam voles ſſi sapientiam, hæc erit vltimum vitæ inſtrumentum. *Idem ad Luc. epiſt. 17.*

Qui est sapientia? Semper idem velle atque idem nolle. Licet non excipiunculam non adiiciam, vt rectum ſit quod velis. *Idem epiſt. 20.*

Sapiens ad omnem incursum munitus, & intentus est. non ſi pau-pertas, non ſi luctus, non ſi ignominia, non ſi dolor impetum faciat, quem referet: Interritus contra illa ibit, & inter illa. Sapiens plenus gaudio, hilaris & placidus, & inconcuſſus, cum diis ex pari viuit. *Idem epiſt. 60.*

Non cum viuere bonum est, ſed bene viuere. Itaque sapiens vi-vit quantum debet, non quantum poteſt: videbit vbi victurus ſit, in quibus, quomodo, quid acturus, cogitat ſemper qualis vita, quanta ſit. Sapiens enim vincit virtute fortunam. *Idem epiſt. 73.*

Præcogitati mali mollis ictus venit, ideo ſtultis & fortunæ credentibus, omnis videtur noua rerum & inopinata facies. Sapiens autem aſſueſcit futuris malis, & quæ alii diu patiendo leuia faciunt, hic leuia facit diu cogitando. *Idem ad Luc. est. 77.*

Sapientia rectrix dominaq; est. *Idem epiſt. 86.*

Sapientis facilis victus est. *Idem epiſt. 29.*

Puto multos ad sapientiam potuiſſe peruenire, niſi putaſſent ſe peruenisse. Onerat diſcentem turba librorum, non inſtruit, multoq; sanctius est paucis authoribus te tradere quam errare, per multos. *Idem de tranquil. anim.*

Οὐ μὴ πιεῖν, ἀλλὰ πρόποσιν χρὴ τὴν ἀνδρεῖα τὸν σοφόν.

Non re facta, sed multo ante deliberandum est viro sapienti. *Epicharm. Siculus.*

Τὸ σοφὸν σῶμα ἀνεκβίωτος κῶδαπερ ἱερεῖ, τὰ τῆς ψυχῆς παμβλάπτειαν ὅπερ ἀγάλματα.

Quum sapiens os suum aperuerit, tanquam templum, ibi animæ pulcherrima perſpiciuntur. *Soc. Ioa. Stob. in Ser. de Virt.*

Ηγεῖτῶν ἀκουσμάτων πολλὰ πολλῶν εἶναι χρήματων κρείττω, τὰ μὲν γὰρ πυρὶ ἢ ὕδατι ἀπόλοιτο ἄν, ὑπὸ δὲ μανίας τὸν χρόνον παραμένει, σοφία γὰρ μόνη τῶν κτημάτων ἀθάνατον.

Multas vtiles doctrinas multis pecuniis præstare ducito: nam hæ facile amittuntur, illæ nunquam deseruntur. Sola enim inter omneis poſſeſſiones sapientia immortalis est. *Iſoc. ad Dem.*

At nos virtutem semper liberam volumus, ſemper inuictam, ad eo vt nulla re vnquam terreamur: ſemperque simus inuicti, ita vt nihil pœniteat, nihil deſit, nihil obſtet. Etenim vt ſtultitia, ſi adepta est, quod concupiuit, nunquam se tamen satis conſecutam putat: ſic sapientia ſemper contenta est, quod deſit, neq; eam vnquam sui pœnitet. *Cic. in lib. 5. q. Tuſc.*

Actiones naturales non sunt ex limitibus voluntatis noſtræ, ſed ex facultatis cuiuſque ſumma vi, ac potentia. In sapiente multo sunt omnia diuerſa: is etenim nec in eligendo bona fallitur, & vnum aliquod ſibi proponit, paucaſque ad illud vias, eaſque exploratas ac certas, nec permittit ſe regendum negotiis, ſed regit ipſe negotia, habetque ſe in ſuo iure ac poteſtate. vt ſurgentem vi naturæ affectũ ſtatim rationis fræno compeſcat, cogatq; recto iudicio cedere. *Lud. Viues lib. 2. De anim. c. de affect.*

Sapientes existima non eos, qui de rebus minutis curioſe rixantur, ſed qui de maximis rebus egregie dicunt. nec eos, qui aliis felicitatem pollicentur, cum ipſi in maximis angustiis viuant, ſed qui mediocria de ſe profitentur: verum & negotia dexre obire, & inter homines verſari commode poſſunt: nec in vitæ mutationibus perturbantur, ſed pulchre & moderate res tam ſecundas, quam aduerſas ferre norunt. *Iſoc. ad Nycoclem de regno.*

Immenſa illa ſapientia, quæ nec ipſo quidem vitæ exceſſu obliuiſci ſui poteſt. *Val. Max. lib. 3.*

Σοφοῖς χρῶ. Sapientibus vtere. *Periander.*

Censeo sapienti tria esse neceſſaria, Scientiam primum, deinde Opinionem, tertio Audaciam. *Plat. in Gorg.*

Conditus vero & compoſitus est homo in hoc, vt contempletur naturæ rerum, ipſiuſq; sapientiæ rationem: eidemque labori iniunctus est comparandi contemplandiq; rerum, quæ extant, ſapientiam. *Periſſyone Pythagorica, de ſapientia.*

Geometria & Arithmetica, reliquaq; in ſpeculatione ſita & ſcientiæ sunt, & circa entia verſantur. At sapientia circa omnia genera entium etenim occupata est sapientia circa omnia, quæ sunt, ceu viſus circa omnia viſibilia, & auditus circa omnia audibilia. Accidentium vero entium, alia quidem in vniuerſum omnibus accidunt, alia vero eorum pluribus, alia vero ſingulis. Ea itaque, quæ in vniuerſum omnibus accidunt cognouiſſe & perſpexiſſe, sapientiæ munus est: ea vero, quæ pluribus, Phyſicæ est scientiæ. Propria vero cuique rei accidentia noſſe, est circa quid ſeparatum scientiæ. Ideoq: sapientia entium omnium principia indagat: Phyſica vero eorum, quæ natura produxit: Geometria vero & Arithmetica & Muſica, quantitatis & conſonantiæ. Quiſquis igitur reſoluere potis est omnia genera ad vnum idemque principium, iterumque ex eo componere & enumerare, hic & sapientiſſimus esse, & veriſſimus videtur: quin & pulchram ſpeculam inuenisse, in qua poterit & Deum contemplari, omniaq; in eadem scire, ſunt & ordine, ab ipſo ſeiuncta. *Idem circa aqua verſetur ſapientia.*

Σωφροσύνη σὶ ἀνδρὸς, ὃς μὴ ἄλλως ἐυθύτερον τις κρίνειεν, ἢ σὺς τῷ θυμῷ παραφρόνημα ἡδονὰς ἐμφράσσει αὐτὸς ἑαυτὸν κρατήσας καὶ νικήσας ἑαυτὸν, ὃς δὲ θέλει χαρίσασθαι τῷ θυμῷ παραχρῆμα θέλοντὰ κακὰ ἀντὶ ἐμείνονων.

Sapientem virum non rectius alium iudicaverit, quam illum, qui ſeſe contra momentaneam iræ titillationem munierit, & potuerit ipſe refrenare ac vincere ſeipſum. Contra, qui iræ voluerit indulgere, huic ſane deteriora pro melioribus placent. *Antiphon.*

Θεῷ μὲν εὐδαιμονία καὶ βίος ἄριστος τῷ δ' ἀνθρώπῳ ἓξ ἐπιστήμαι μὴ ἀρίστως καὶ τελείως εὐτυχίας σῶμα τοῦτο παραγίνεται λίγω δ' ἐπιστήμας, σοφίαν μὲν τῶν θείων καὶ δαιμόνων, φρόνησιν δ' τῶν ἀνθρώπων καὶ τῶν περὶ τὸν βίον.

Dei quidem felicitas atque vita optima est, hominis & scientiæ

tia & virtute, tertiaq; prospera fortuna coalescens prouenit. Appello autem sapientiam cognitionem numinis rerumq; diuinarum, ac prudentiam rerum humanarum, & eorum, quæ vitam spectant. *Arch. Pyth. in l. de vir. bon.*

Illud quidem perspicuum est, sapientiam esse quæ in causis quibusdam principiisque cernatur. *Lib. 1. Maior. Mor. cap. 1.*

Perspicuum est reliquis scientiis perfectione & absolutione, præstare sapientiam. *Lib. 6. Eth. ca. 7.*

Sapientis est, non solum ea intelligere, quæ principiis concluduntur: sed iis rum etiam causas tenere: vt sit sapientia, intelligentia, & scientia: adeoque scientia, quæ quasi caput in iis versatur, quæ sunt in rerum natura præstantissima. *Lib. 6. Ethic. c. 7 & lib. 1. Magn. Mor. a. c. 34.*

Nonnullarum rerum eget sapiens demonstratione. *Lib. 6. Eth. cap. 6.*

Est sapientis in re quaque officium, vt rogatus de iis rebus, quarum habet scientiam, nil falsum dicat: vt si quem in errore versari senserit, illum coarguat, & de falsa opinione deducat. *Libr. 1. de Repreh. Soph. cap. 2.*

Sapientem primum quidem penitus ac maxime omnia tenere quoad eius fieri potest, censemus: ita tamen, vt ea singulari scientia minime comprehendat: deinde, eum sapientem esse iudicamus, qui & arduas & difficiles possit cognoscere, & res eas quas non facile homo cognoscat. *Lib. 1. Maior. Mor. c. 2.*

Sapientiam in viris tribuere solemus: qui in quaque parte excellunt maxime, vt Phidiam sapientem lapidum sculptorem & Polycletum statuarium sapientem nominamus. In quo sapientiam nihil aliud esse significamus, nisi artis virtutem & præstantiam. *Lib. 6. Eth. c. 7.*

Quoniam principari iucundissimum est: ideo sapere etiam iucundum videtur. Nam sapere principantis est. Sapientia autem multarum ac mirabilium rerum scientia est. *Lib. 1. Rhethor. ad Theodect. ca. 11.*

Tribus rebus probitatem sapientiamq; adipiscimur, Natura, More, atq; Ratione. *Lib. 7. de Repub. c. 13.*

Mater omnium bonarum artium est sapientia, à cuius amore Græco verbo Philosophia nomen inuenit, quia nihil à diis immortalibus vberius, nihil florentibus, nihil præstabilius hominum generibus datum est. Hæc enim vna, nos cum cæteras res omnes, tum quod est difficilimum docuit, vt nosmetipsos nosceremus. Cuius præcepti tanta vis, tanta sententia est, vt ea non hominr cuipiam, sed Delphico Deo tribueretur. Nam qui seipsum norit, primum aliquid se habere sentiet diuinum, ingeniumq; in se suum, sicut simulacrũ aliquod putabit, tantoq; munere deorum semper dignum aliquid, & faciet & sentiet: & cum se ipse perspexerit, totumq; tentarit, intelliget quemadmodum à natura subornatus, in vitam venerit, quantaque instrumenta habeat ad obtinendam adipiscendamq; sapientiam: quoniam principio rerum omnium quasi adumbratas intelligentias animo ac mente conceperit, quibus illustratus, sapientia duce, bonum virum, & ob eam ipsam causam, cernat se beatum fore. *Cic. 1. de Legib.*

Sapientia, ars viuendi putanda est, quæ mœstitiam pellit ex animis, q. & exhorrescere metu non sinit: qua præceptrice, in tranquillitate viui potest, cupiditatum ardore restincto. *1. de Fin.*

Sapientia est sanitas animi. *3. Tusc.*

Sapientia sola est, quæ nos à libidinum impetu, & formidinum terrore vendicet, & ipsius fortunæ modeste ferre doceat iniuriam, & omnes doceat vias, quæ ad quietem & tranquillitatem ferunt. *1. de Fin.*

Sapientia hominis est custos & procreatrix. *4. de Finibus.*

Hæc est vna omnis scientia, non arbitrari sese scire quod nesciat, ob eamque rem Socrates ab Apolline omnium sapientissimus est dictus. *1. Academic.*

Sapientia nihil est optabilius, nihil præstantius, nihil homine dignius. Estque diuinarum & humanarum scientia: cuius studium si quis vituperat, haud sane intelligo, quidnam sit, quod laudandum putet. *2. Offic.*

Illa est præstans & diuina sapientia, perceptas penitus & pertractatas humanas res habere: nihil admirari cum acciderit: nihil antequam euenerit, non euenire posse arbitrari. *3. Tusc.*

Sapientia nihil est melius. *2. de Nat. Deor.*

Ad Rempublicam plurima veniunt commoda, si moderatrix omnium rerum præsto est sapientia: hinc ad ipsos, qui eam adepti sunt, laus, honor, dignitas confluit. *1. de Inuent.*

Oculorum est in nobis sensus acerrimus, quibus sapientiam non cernimus: quam illa ardentes amores excitaret sui, si videretur. *2. de Finib.*

Laudem sapientiæ statuo maximam, non aliunde pendere, nec extrinsecus aut bene aut male viuendi suspensas habere rationes. *Ad Lucceium. l. 5. Famil.*

Nihil est turpius, quam sapientis vitam, ex insipientium sermone pendere. *2. de Finib.*

Ignobilitas, aut humilitas, aut etiam popularis offensio, sapientem esse non prohibet. *5. Tusc.*

Quum sapiens & bonus vir, qualis fuit ille, suffragiis præteritur, non populus à bono Consule potius, quam ille à bono populo repulsam fert. *5. Tusc.*

Sapiens animus magnitudine consilii, tolerantia rerum humanarum, contemptione fortunæ, virtutibus omnibus, vt nominibus, victus, vinci aut expugnari non potest. *Paradox. 4.*

Sapientis animus nunquam est in vitio, nunquam turgescit, quam tumet, nunquam sapiens irascitur. *3. Tusc.*

Est sapientis, quicquid homini accidere possit, præmeditari & dum modice si aduenerit. *Phil. 11.*

Sapienti nihil potest videri magnum in rebus humanis, cui omnitas omnis, totiusq; mundi nota sit magnitudo. Nam quod in studiis humanis, aut in tam exigua vitæ breuitate magnum videri potest? qui semper animo sic excubat: vt ei nihil improvisum accidere possit, nihil inopinatum, nihil omnino nouum, & eidem ita in omnes partes aciem intendit, vt semper videat fore, & locum sine molestia atque angore viuendi, vt quemcunq; casum fortuna inuexerit, hunc apte & quiete ferat. *3. Tusc.*

Sapientia est vna quæ mœstitiam pellat ex animis, quæ non horrescere metu non sinat, qua præceptrice in tranquillitate vitæ est omnium cupiditatum ardore restincto. *5. de Finib.*

Sapienti malum videri nullum potest, quod vacet turpitudine, aut ita parvum malum, vt id obruatur sapientia, vtque aegre qui nihil opinione affingat, assumatque ad ægritudinem metuat esse rectum, sed quam maxime excruciari, luctuq; conficiatur, praeuius nihil esse potest. *3. Tusc.*

Quisquis est, qui moderatione & constantia polleat, quaecunq; mo est: sibique ipse placatus, vt neq; tabescat molestis, neq; timeat timore, nec sitienter quid expectans, ardeat desiderio, nec ritate futili gestiens, deliquescat, is est sapiens. *4. Tusc.*

Vir temperatus, constans, sine metu, sine ægritudine, sine libidine vita sine libidine, is est sapiens. *4. Tusc.*

Omnes qui in rerum contemplatione studia ponebant, & habebantur, & nominantur. *5. Tusc.*

Qui omnibus virtutibus instructi & ornati sunt, cum ipsum tum boni viri dicuntur. *5. Tusc.*

Sapientissimus est, cui quod opus sit, ipsi venit in mentem. *Cluent.*

Quicquid à sapiente proficiscitur, id continuo decere esse suis partibus, nec sapientis dicere, non putaram. *3. de Finib.*

Qui ipse sibi sapiens prodesse nequit, nequicquam sapiat. Ennius. *Ad Treba. Famil. 7. & 3. Offic. in apoph. 110.*

Sapiens non nisi cum res postulat, pluribus verbis quam opus vtitur.

Fallit tragœdia tractans argumenta conficta, sed adeo scenera credantur iustior autem ille videtur, qui fallendo prodit, sapientior est, qui per fictas fabulas discit quid sit turpe, quid honestum.

Vir eruditus ac sapientia præditus, non perit nisi grauiore dispendio.

Pro varietate occasionum vir probus & sapiens sæpenumero gitur mutare consilium, quum scriptura nunquam mutetur.

Sapiens vir, vates est optimus.

Nulla mœnia tam sunt munita, quin machinis aut fallibus, aut, vt nihil horum, proditione capiantur: at sapientibus sunt inexpugnabilia.

Sapienti nihil peregrinum esse debet, nisi quod cum vitio iunctum.

Silentio stultitiam tegere, est pars aliqua sapientiæ.

Sapiens secum in pectore circumfert, quo se commeare quo buslibet.

Insipientis est dolere amissis potius quam gaudere retentis.

De Sapientia Dial. xii.

Francisc. Petrarch.

GAVD.

Sapientiam consecutus sum. R. Rem magnam, si vera est inseparabilem à virtute. Si illam igitur approbasses, haberes, esset, sed vtraque opinione aliquanto facilior est quam re. Sapiens sum. R. Crede autem mihi: nunquam si vere esses, haberes. Sapiens enim quantum est, quod sibi desit intelligit, magnaque tiatur itaque, sed tu suspirat. G. Sapientem me profiteor. R. Bene res, si tot essent sapientes, quod sapientiæ professores. Nimis perdifficile est, hoc vero facillimum. G. Sum sapiens. R. Si sapiens esse vis, nolrid quidem opinari. Credere se sapientem mus ad stultitiam gradus, proximus est profiteri. G. Studeo sapientiam peruenire. R. Vtique sic ad illam peruenitur. Sed an peueneris, te cogita. Non est enim res studii breuis, egenisque annorum vt reliquæ artes, tota vel longissima opus est vita. quis (vt aiunt) tota die currens peruenit ad vesperam, satis tum est illud Platonis, vt alia multa, præclarissimum, quod Cicroni placet, & mihi, beatum, cui etiam in senectute contingat sapientiam, veraque opiniones assequi possit. Hastu animo dio obuios habueris an nescio quo pennato equo vectus anno

...interdum, tam cito sapiens euasisti? G. Sapientiæ perfectius accepi. R. Est fateor cœleste donum sapientia, sed ...ense vir erat, & cœli amicus, qui licebat, non quod iam ...m perfectus sum. G. Sapientiam cupida mente compre... Vtpecuniæ rerumque multarum mala, sic sapientiæ cu... est. Sed dan tu tantæ rei capax sis, videto. Certe ille i... inquit, non arbitror comprehendisse, & ille quoque ...erat, qui cum Deo de seipso loquens sic aiebat. Imper... viderunt oculi tu. Hoc est proprium Sapientis, im... suam noscere, ac fateri. G. Sapiens dicor. R. Non te ...alienæ vnquam voces, sapientem fecerunt, sed res ipsa. ...vulgo dicor. R. Vulgus insanos sapientes dicere, & ia... suo didicit, quod est, vt falsa pro veris, veraque ...habeas. Nihil est à virtute, vel à veritate remotius quam ...nio. G. Omnes prædicant me sapientem. Ad famam ...quid. Ad sapientiam nihil omnino Sentio autem super... inanis literarum, quibus nihil est liberalius: non ...sapientes qui non sunt, sed egregios, & insignes facie... dos, serenissimos insuper & illustres, vt iam simplex ...titulus sit pudori, qui quam paucis conueniat stupor est, ...men inter titulos clariores, quos qui scribendo sic ac... sciunt se mentiri. Sed vrbani vel mendacio fieri volunt, ...gia non veros modo, sed citra verum iustere illos rati ...fallimini. Nemo est qui de suis rebus interrogat. O... credent. Vis autem noscere quam sis sapiens? verte ...Recordare quoties in hoc vitæ cursu cespitaueris, ...queris, quoties offenso pede ceciderit, quot pudenda, ...quot pœnitenda commiseris, tunc fiandes, te dicito ...credo autem non audebis. G. Scio me sapientem. R. Li, ...sian vis dicere. Suus enim planè literati aliqui vere, licet ...entes autem pene nulli. Aliud est sapienter loqui aliud ...uere, aliud dici, aliud esse sapientem. Fuere qui dicerent ...nullum. Id quam verum falsumve sit non disputo. Certe ...ruptæ sententia est, & ad desperationem prona, & itu... sapientiæ. Hebræi sapientem Salomonem inum prædi... quam sapiens esset, turba conjugum, pellicumque testa... que maxime dijs alienis cultus exhibitus. Romani sapi... tium, & Catonem. Græcia ipsa dum floruit septem habu... sapientes, si quoq; hoc titulo indigni sequentibus vti e... qui eiurant, dicunt non eos illum sibi titulum assumpsisse, ...tibus populis traditum possedisse. Vnus tantum fuit, ...sensione, quoque sapiens iudicio, stultissimus omnium Epicu... titulum cum Metrodoro participare voluit, nec honori... donum ille respuit, Sequetiam sapientem dici æquani... is, vt illa qualis qualis gloria, error esset alterius. Vnus ...Socrates oraculo dictus Apollinis, eorum ideo, vt v... sapienti proximum, fallo testimonio, fatus Deus ad a... insolentiam irritaret. Hæc de antiquis sapientibus di... ætatis nostræ, quæ non vnum duósve, vel septem, sed in ...ribus, ceu pecudum greges numerat sapientum. Nec mi... multos esse, qui tam facile fiant. Venit iuuenis stultus ad ...præceptores illum sui prædicant, celebrant, ceu amore, seu ...mentis ille, vulgus stupet, plaudunt affines & amici. Ipse tui... cathedram scandit, cuncta iam ex alto despiciens, & nescio ...tium murmurans, tunc maiores certatim, & ceu diuina ...laudibus ad cœlum tollunt, timuunt interim campanæ, ...tubæ, volant annulli, figuntur oscula, vertici rotundus, & ...gnus imprimitur. His peractis descendit sapiens, qui statim ...cat. Mira prorsus transformatio, nec Naiomi cognita. Sic ...sapientes. Verus sapiens fit aliter. G. Sapiens fiam R. So... de se magnifice sentiunt, præfidenter maiora viribus aggre... sua medio prolapsi, suo vel periculo vel pudore condice... rum literarum æstimatores fuerint suarum. Præstat igitur (mi... fallas opiniones abiicere, insolentiam deponere, insipien... discum spicere, & optare, ne qua experiendæ sapientiæ necessi... dari, quæ declaret te de nihilo gloriatum. Hæc rectior tui cor... rarendæ sapientiæ via est. G. Credo ego me ad sapientiam per... R. At si mihi obsequeris, adillam potius assurgendo, nitens... peruenies, quam credendo. Nihil altius ascendit, quam hu... operosa.

¶ Sententiæ Historicæ.

Sapiens secum ipse tantum & cum Deo colloquitur. *G. Pach. hist.*

Sapientium hominum est statuere res secundas esse incertas, vt ...tas fortius ferant. *Thucyd. li. 4.*

Sapientiæ studiosi neque facinus vllum neq; audaciam, neq; vi... ...ed id vnum spectant atq; magnificiunt, si quis fortuna re... ...tur, & in magnis rebus versantem se moderatum præbeat. ...in Dione.

Velim nobis magnam præstantium virorum esse copiam: id ...si factio opus sit, optauerim. At quando res hæc non votis con... ...neque forte fortuna hi obtingunt: sed vt ad hoc natus ...quam ita exercitatus sit, vt in omnibus rebus prosperam fortunam expertus (hæc autem vni viro omnia rarissime contingunt) ne... esse est, si quis talis vir à vobis repertus fuerit, cum à vobis omnibus vnanimi fauore ad dignitatem istam euehi, estque vobis eo vel inuito vtendum, quæuis & ei qui infert & ei qui patitur est honestissima dum alter per eam seruatur, alter hoc modo ciues asserit, in quos bonus ac ciuitatis amans vir corpus vitamque suam promptissime impenderit. *Dion. lib. 36.*

Decet sapientes non expectare dum quis se hostem profiteatur: sed pluris facta eius quam verba facere, nec propter prætextum fictæ amicitiæ veros firmosque amicos prodere. *Appian. lib. de bello Mithrid.*

Desipientium est malis præteritis continenter indoluisse & angi: sapientium vero temerarios fortunæ casus prænosse, & rerum vicissitudine nihil commoueri, nec cum his simul, quibus priuati iam sumus, vel futurorum spem amittere. *Agath. hist. lib. 3.*

Non omnes homines sunt sapientes, imo paucissimi sunt qui sapiant, & qui multum de alienis consiliis coniicere, nisi falli velit, non tam quid sapiente, factorum verisimile sit, quam quod sit consilium capientis ingenium, eiusq; natura cogitare debet. *Fr. Guicciard. hist. lib. 7.*

A sapientum consilio vehementer abhorret, se multa inuidia, & rerum nimio pondere grauare. *Fr. Guicciard. hist. lib. 3.*

Ad nimii timoris remedium, cogitandum est, omnes humanas actiones multis periculis esse obnoxias: verum homines sapientes cognoscere nequaquam omnia semper euenire, quæ accidere possint: fortunæ beneficio pleraque pericula euanescere: multa, prudentia atque industria vitari, idcireo timiditatem cum prudentia, quod plerique rerum cum nomina tum naturam ipsam parum attendentes faciunt, confundendam non esse: nec ii sapientes dicendi, qui omnia pericula, quæ quidem dubia sunt pro certis habentes, atque ob id omnia formidantes, sua consilia sic gubernant, quasi omnia sint certo futura: neque enim vllo modo prudentes sapientesve illos habendos esse, qui quæ futura sint supra quam par est timent: hoc nomen hancque laudem multo melius forribus magnoque animo viris conuenire: qui pericula quidem cognoscentes, eaque ponderantes (in quo à temerarijs qui ea nec cognoscunt nec ponderant differunt) tamen, quam sæpe homines nunc casu nunc virtute è multis difficultatibus sese explicent, etiam animaduertunt. *Idem eod. lib.*

Non efferri propter aduersos casus hostium, sapientia est. *Thucyd. lib. 6.*

Ad virum aliis insidiantem, qui aliud lingua promptum, aliud pectore clausum habet, cauendum, magna sapientia est opus: & Numinis auxilio. *Nicet. Manuel. Comn. li. 7.*

Sapientia, ingenii indoles est, quam nullus efficere creare sibi potest: naturæ bonum ac Dei donum est. *P. Æmil. l. 8.*

Multi persuaserunt ciuitatibus, & ii quidem qui sapientissimi videbantur, aduersus eos bellum suscipere, à quibus illi qui ad bellum impulsi fuerant, interempti sunt. Multi etiam auxere multos & priuatos homines & respublicas, quorum amplificatio iis maxima attulit mala. Multi quoque ii quibus poterant amicis vti per mutua beneficia, quum maluissent seruis vti quam amicis, iis ipsis dedere pœnas. Multi item non contenti partem habere suauiter viuere, quum voluissent omnium esse domini, propterea amiserunt etiam quæ habebant. Multi quoque vbi diuitias quas maxime optabant, adepti essent propter illas perierunt. Et ita humana sapientia nihilo magis nouit quod sibi vtilissimum sit deligere, quam si quis de eo quod sibi agendum sit sortem ducat. *Xenophon. de padia Cyri. lib. 1.*

Nihil vique adeo externis istis (quæ vocamus) bonis fortuna cinxit atque circumsepiit, vt philosophia id orationeque libera & acri non possit adiri. *Plut. in Alcibiade.*

¶ Apophthegmata.

Pythagoras diligenter hoc perpendendum esse dicebat. Quod cum homines omnes maximum esse bonum in sapientia situm asserant, perpauci tamen interim ad possessionem eius annitantur. *Stob. serm. de prudentia.*

Archytas Pythagoreus, Appello, inquit, Sapientiam cognitionem nominis rerumque diuinarum, ac prudentiam humanarum rerum & eorum quæ vitam spectant. *Stobæus sermon. 1. de virtute.*

Thales hominem ex sermonis serie iudicandum putauit sapientem, eum dicere solitus: Multa verba nequaquam arguunt sapientem. Sapiens enim non nisi quam res postulat, loquitur, perpaucis ad interrogata respondet. *Erasm. libr. 6. apophtegm. 4. Laert. libro 6.*

Solon, Sapientiam aiebat tantum cæteris virtutibus antestare, quantum vnus reliquos sensus excellit. *Ant. serm. de sapientia.*

Bias, eos qui inani sapientiæ vocant, similes esse noctuæ oculis dicebat. Huius enim oculi noctu quidem valent: sole autem splendente cæcutiunt. Et illorum mens acutissima quidem est in vanitate contemplanda, ad veri autem hominis obiectum mox obscuratur. *Stob. serm. 3.*

Diogenes

Diogenes dicebat faciles esse Deos ad donandum hominibus vitam: cæterum hanc ignorari ab his, qui quærunt vnguenta & delitias, his enim qui fruuntur, credunt se viuere: quum veram vitam, tranquillam & suauem præstet sapientia. *Laer. li. 6.*

Idem. Sapienti nihil deesse colligebat hoc syllogismo: Deorum amici sunt, deorum autem amici sunt sapientes, & amicorum communia sunt omnia, sapientium igitur sunt omnia. Sed eodem syllogismo reiici poterat, petens aliquid: Cur petis habens omnia? At respondisset, Non peto, sed repeto. *Laert. li. 6.*

Antisthenes Athenensis negabat sapientem viuere iuxta leges ab hominibus conditas, sed iuxta normam virtutis. Sapiens enim nō ideo declinat à malo, quod legibus prohibitum sit: sed quod ipsa ratio dissuader hoc agendum esse. *Laert. li. 6.*

Xenophanes. Empedocle dicente, sapientem inueniri non posse: Et merito, inquit, nam sapientem esse oportet qui agnoscat sapientem, notans illum qui hoc dicebat, suo vitio non inuenire sapientem. *Laert. li. 9. c. 1. Aut in Melis. par. 1. ser. 50.*

Aristot. dicebat, sapientem sibi sufficere, eo quod omnia quæ sunt aliorum, sunt & huius, qui cum omnibus habet amicitiam, & amicitia facit omnia communia. *Laert. li. 6.*

Alexander videns Diogenem in dolio decumbentem: O vas, ait, sapientia refertum! At Philosophus assurgens, Regum, inquit, omnium maxime, vnam abs te fortunæ gratiam expeto, vt vel dolium hoc (quod vocas sapientiæ) illæsum mihi permaneat, sine quo parum feliciter sapientia agitur. *Stob.*

Dionysius dicere solebat, se à sapientibus amicis sibi cauere, quando certum haberet ex his esse neminem, qui non imperare mallet, quam seruire. *Eras. li. 5. apoph.*

Cicero lusit in quendam, qui cum prius habitus esset stultissimus, post adeptam hæreditatem primum rogabatur sententiam: Cuius, inquit, hæreditas, quam vocant, sapientiam. In versus pro facultas, mutauit hæreditas. Aliud Poetam enim versus sic habet: Cuius facultas, quam vocant sapientiam. Significauit autem hæreditatem illi pro sapientia contigisse, & ob hæreditatem iam habitum sapientem. *Eras. lib. 4. apoph.*

Seneca sapientiam describens dicebat, esse idem velle atque nolle, perfectum item bonum mentis humanæ à rerum natura non aberrare & ad illius legem exemplumque formari. *in epist. & l. de vita beata.*

Ab Alphonso Aragonum rege cum quidam scisciteretur, quomodo ipse diutius pauper effici posset? respondit, Si sapientia venditaretur. Quo dicto ostendere voluit, se pluris sapientiam rerumque cognitionem facere quam diuitias & regnum. *Panor. in proœm. lib. 3. de reb. gest. Alph.*

Idem sapientiam Dei filiam appellare solitus est, eamque solam rerum omnium esse immortalem, atque ex omni genere animantium soli homini concessam. *Panorm. in proœm. li. 3. de reb. gest. Alphonsi. Arag.*

Chilon sapientissime dixisse putatur, cum monuit hominum bonitatem ita auro probari, quemadmodum aurum Lydio lapide. Ostendit enim permultos, qui aliis vitiis restiterint, opum desiderio multorum à virtutis tramite deduci. Et qui aduersus opum improbitatem constans fuerit, eum facile de cæteris vitiis victoriam reportaturum. *Fulg. lib. 12. c. 2.*

Thales rogitatus, quo pacto optime iustissimeque quis viuere posset? Si, inquit, quæ in aliis reprehendit, ea ne faciat ipse. *Laert. lib. 1. cap. 1.*

Pyrrhus cum vouisset Palladi, in Athenensi arce rem sacram facere: Athenienses libere cum in vrbem atque arcem receperunt. Verum postquam vrbe egressus fuit, dixisse fertur, Mirum in modum gratam extitisse fidem, quam sibi Athenienses habuissent. Cæterum si saperent, in posterum regi nemini portas aperturos esse. Quo dicto ostendit, non esse ex re liberæ ciuitatis, in cuiusquam principis manu libertatem suam credere. Cuius consilium non secuti Athenienses, cum postea Cassandrum quoq; in vrbem recipissent, magna atq; innumerabilia mala ex eo tulerunt: re ipsa experti se à Pyrrho sapientissime monitos esse. *Fulgos. libro sexto, capit. 2.*

Scipio Afric. negabat aliter cum hoste confligi debere quam si aut rei opportunitas obuenisset, aut dira postularet necessitas. Nam & properam gerendæ rei facultatem omittere, maxima dementia est: & in angustias vsque pugnandi compulsum, abstinere se prælio, pestiferæ ignauiæ affert exitium: eorum, qui ista committunt, alter beneficio fortunæ, vti alter iniuriæ nescit resistere. *Valer. Max. li. 7. c. 1. Brus. li 2. c. 32.*

Q. Metellus deuicta iam Carthagine, in senatu sapientissime nescire se dixit, plus ne bono vel malo Reipublicæ victoria attulisset. Quoniam vt pacem restituendo profuisset, ita Annibalem submouendo nonnihil nocuisset. Eius enim transitu in Italiam dormientem populi Romani virtutem excitatam: metuique debere ne acri æmulo liberata, in eundem somnum reuolueretur. *Valer. Max. lib. 6. ca 2.*

M. Cato affirmare solebat, insanos prudentibus longe vtiliores esse, quam insanis sapientes. Quippe qui sapientes, cum stultorum errata inspicerent, ob id in melius vitam mutare solerent: at amentes, cum discendi capaces non sint, ex sapientium beneficiis fructum percipere nullum possunt. *Fulgos. lib. 7. c. 2. Eras. lib. 3. apoph. Aegesias. lib. 1. theg.*

Augustus Cæs. in omni verbo prudentissimus, cos qui temere causas se periculis exponerent, similes esse dicebat iis qui amissimo pisces capere tentarent. Hi enim amisso semel hamo, nihil amplius accipiunt, quam ex multorum piscium captura lucri. *Fulg. lib. 7. capit. 2.*

L. Passienus. Is Neronis vitricus, à quo & Nero maxime dilectus est, dicere solebat, se malle quorundam iudicium quam beneficium & quorundam beneficium quam iudicium, quo Seneca videtur nihil subtilius atq; insignius cognouisse: in distinguendis maxime vitiis, atq; curandis.

Anonyma. Abhorrens ab omni mulierum aspectu, cum alioquin domi fœminam obuiam haberet, quæ aperto superciliorum contractu increpans eam, in terram prospicere iussit. Illa autem respondit: Quomodo tandem ego intuear? cum æquius sit te cum intueri, qui ex ea conditus sis, quam me, ex te ortum habentem? *Iacob. 9. c. 16. Eccl. hist.*

Cosmus Medices. A Strossianis quandoque in exilium pulsus, Benacum, à misso ad se nuntio interrogatus quid agereret? prudentissime sane respondit, se Gallinæ incubanti frequentem adesse, vt postea fructu potiretur. Cuius responio nuntius ille in mutuersus, non animaduertit viri prudentissimi responsum contra, vt de reditu in patriam assidue cogitaret, quam non multo post natus Venetiis ope consequutus est, *Ioan. Baptist. Egnatius. li. 7. c. 2.*

Saladinus. Fuit Saladinus Princeps Ægyptius (id quod vix persuaderi possit) dum vir longe clarissimus. Namque imperii sui fines in primis auxit: & felicissime diu rerum potitus, Christianum quoque opesita in Oriente attriuit; vt Hierosolyma cum Christianum nomen in hunc vsque diem ex Syria exterminaret. Is vero moriens in summa rerum felicitate testamento id prouidendum cauit, vt interula tunica linea, quam gestare solebat, vexillo longæ hastæ affigeretur, exclamaretque assidue, qui lamentaretur, hanc vnam esse reliquam tunicam, quæ, illi ex tam tantoque imperio superfuisset. O vocem præclaram! quæque in primis, quam insolentissimi Principes frequentissimam animo repetant, nobis omnibus vita functis, nihil omnino esse, nisi quid bene sancteque gesserimus. *Ioan. Bapt. Egnat. li. 7. cap. 2.*

Carolus V. Imper. Multa extant sapienter ab eo dicta, inter sequentia occurrunt. Anno 1540. ineunte, per Galliam iter contendens, Lutetiam Parisiorum ingressus, grauis & celebris ne exceptus est, exquisitas omnium virtutum summi Imperatoris laudes attribuente. Oratori paucis verbis respondens, dixit sibi esse regis affinis erga se beneuolentiam, sed laudes istiusmodi putas arbitrari tot esse commonefactiones: Qualis esse debeat Antonio Leuæ & aliis ducibus Iulii Cæsaris & Alexandri exemplis dandibus nec Carolum vti suis victoriis ad potentiæ & imperii suæ amplificationem, quantum & posset debere, quærentes respondit, Alexandro & Iulio in bellis gerendis vnum fuisse honorem & gloriam: Christianis autem Principibus duos hos propositos, honorem & animæ salutem. Ipsein comparandis his se caput fumere ab Italis, brachia & manus ab Hispanis, pedes Germanis, ventrem & pedes a reliqua gentium collatitia. Item: neruos belli esse pecuniam, commeatus, milites. Verum si ex his aliquo carendum esset, militē veteranum se debere, cuius industria & fortitudine, reliqua duose ex hoste consequuturum confideret. In castris ad VVitebergam cum & illorum crudelitate & libidinibus enormia quædam ipsi fingerent essent: Profecto, inquit, si quod aliquando mihi accidit ingratum fortunium, propter istorum nebulonum scelera accidit. In extremo ex Germania discessu, Vlissingæ ventos naugantibus os expectans, in multam noctem cum Seldio fratris Ferdinandi gato locutus: cum ex familia in atrio partim dilapsa, partim ad miente, dato nola signo, nullus appareret, Carolus spectans Selido quantumuis excusanti præfert, eique per gradum Hoc tibi monumentum, ait, Cæsaris filius Caroli habet. Ita tot exercitibus & excubiis quondam stipati, quem nunc familia etiam defertum vides: & cui tu totannos seruisti, nunc tibi etiam seruit & lumen præstulit. Dixit etiam in postremo congressibus Seldio se in hac mutatione suæ fortunæ agnoscentiam Dei, cui nequaquam velit repugnare. *D. Chytræus de Carolo V. Imperatore.*

¶ Similitvdines.

Salomonis regis: Tantum inter sapientem & stultum interest, quantum inter est inter lucem & tenebras. *Eccl. c. 2.*

Verba sapientum sunt veluti stimuli, & veluti claui vir fixi, qui aliis inculcant, quæ ab vno pastore Deo, vt illis excitemque data sunt ipsis. *Eccl. c. 12.*

Cognitio sapientis, tanquam inundatio abundabit, & consilium illius, sicut fons purus vitæ. *Eccl. 21.*

Iacob

...rui quasi vas confractum, omnem cognitionem non ...
...ita. Eccl.21.
...Quemadmodum infirmi egent medicina: Sic insipi-
...entia. Apud Max.serm.60.
...Sicut Sol omnium oculis præditorum lux est: Sit etiam
...nium qui rationali natura participant. Lib. de somniis,
...Aur in Melissa par.1 serm 50.
...dandum gubernator in naui, magistratus in ciuitate, im-
...exercitu, anima in corpore, mens in anima. Sic reuera
...sapiens in humano genere. Lib. de Abraham.
...oculi splendore solari: Sic mens illustratur sapientia,
...quærend.
...lorem repleat suauceolentia proximos: Eodem modo
...ientis & contermini ex afflatu eius latissime se diffunden-
...ere euadunt. Lib. de somniis.
...ebræ: Tenebræ ipsæ per priuationem lucis fiunt: Ita vt
...ia reuera existat, tenebræ vero nihil penitus sint. Ita, in-
...ter sapientia ad stultitiam, opera enim stultitiæ transeunt,
...ter punitionem conciliantia suis cultoribus: opera vero
...ia perpetuum durant: æternaque cultores suos lætitia af-
...in Eccl.
...ntra: Quemadmodum visus circa omnia visibilia, &
...ia circa omnia audibilia versantur: Sic sapientia circa om
...rientium. De sapientia. Meminit & Stobæus ser. de vir-

...ctor: Quemadmodum ex templi ianua aperta, pulcherrima
...ntra perspiciuntur: Sic ex ore sapientis, animi simulachra
...ntur. Apud Stob. serm. eod.
...bernus: Veluti gubernatores ventorum mutationibus se
...ccidant naufragarui: Sic vir reuera sapiens animi sui affe-
...ctibus agitat, neab his deiiciatur. Apud Stobæum sermon. 1. de

...Proverbii: Vt paulatim vmbra remissa sentimus nos magis es-
...ere: Ita sensim imminuta stultitia, in sapientia profici-
...mus. Moral.
...Eorum amor erga mulierem non desiderat testem, sed sat ha-
...mines potiatur: Ita vir sapiens recti conscientia contentus.
...bene amant, ostendant & iactant. in Moral.
...Ingressus: Spiritus sapientiæ solus dat veram sapientiam, &
...ram tacit scientiam: quæ cum alicui ineſt, inæstimabilis sapor
...ia diffecit, & de illa dictum est: Sapientia non intrat in ma-
...lam animam: hæc autem à solo Deo est, & sicut officium ba-
...ti Dominus concessit multis, potestatem vero & authorita-
...tem primo remittendi peccata, sibi soli retinet: vnde Ioannes
...ntiæ & discretiue de eo dixit, Hic est qui baptizat, in Spiri-
...tu. Ita de eo possumus dicere: Hic est qui sapientiæ saporem
...eisdem animæ facit scientiam: sermo datur si quidem mul-
...tis, scientia paucis, quam distribuit Dominus cui vult, & quomo-
...do. De scala Paradisi.
...Laurentius Iustinani Patriarcha: Sicut cæci corpore propter
...multa incommoda indigent doctore: Ita & qui in regimi-
...ne sunt, opus habent sapientia. De institutione & regimine præ-

...Cornutus: Vt stultitia, etsi adepta est quod concupiuit, nun-
...quam tamen satis consequutam putat: Sic sapientia semper eo
...contenta est quod adest, neque vnquam sui pœnitet. Lib quinto
...de fine.
...Medicorum scientia non ipsius artis, sed bonæ valetudinis cau-
...sa habemus, & gubernatoris ars, quia bene nauigandi rationem
...habet vt inuitate, non arte laudatur: Sic sapientia, quæ ars viuendi
...recta est, non expeteretur, si nihil efficeret: nunc expetitur, quia
...ipsa artifex conquirendæ & comparandæ voluptatis. Lib.
...de finib.
...Quemadmodum sæpe fit, vt is qui commendatus sit alicui,
...non tam faciat, cui commendatus sit, quam illum à quo sit,
...commendatum mirum, primum nos sapientiæ commendari, ab
...ea natura, post autem ipsam sapientiam nobis clariorem
...esse, quam illa sint, à quibus ad hanc veniremus. Lib. quinto,
...de finibus.
...Lactantii: Propositis bonis, malisque, tum demum opus su-
...um peragit sapientia, & quidem bonum appetit ad vtilitatem, ma-
...lum reicit ad salutem. Ergo sicut bona innumerabilia data sunt
...omni, quibus frui posset, sic etiam mala quæ caueret. Nam si
...ullum sit, periculumque, nihil denique quod lædere
...omnem possit, tollitur omnis materia sapientiæ, nec erit ho-
...mini necessaria: positis enim tantummodo in conspectu bonis,
...quod opus est cogitatione, intellectu, scientia, ratione: quo-
...quoque porrexerit manum, id naturæ aptum & commodum
...est, vti quis velit apparatissimam cœnam infantibus qui non
...norint apponere, vtique id appetent singuli, quo vnum
...quemque aut impetus, aut fames, aut etiam casus attraxerit, &
...quicquid sumpserint, id illis erit vtile ac salubre. Libro de ira, ca-
...pite 13.
...Seneca: Quomodo quorundam lapidum inexpugnabilis fer-
...uentia est, nec fecari adamas, aut cædi vel teri potest, sed in-
...genitum vitro retundit: Quemadmodum quæ iam non pos-
sunt igni consumi, sed flamma confusa, rigorem suum habitumque conseruant: quemadmodum profecti in altum scopuli ma-re frangunt, nec vlla sæuitiæ vestigia tot verberati procellis ostentant. Ita sapientis animus solitus est, & id roboris collegit, vt tam tutus sit ab iniuria, quam illa quæ retulit. *Lib. d. ad Serenum. capit. 3.*

Et pueros parentum feriunt, & crines matris turbauit lacerauitque infans, & sputo aspersit, aut nutauit in conspectu suorum regenda, & verbis obscœnioribus non pepercit: & nihil horum contumeliam dicimus. Quare? quia qui fecit, contemnere non potest. Eadem causa est, cur nos mancipiorum nostrorum vrbanitas in dominos contumeliosa delectet: quorum audacia ita demum sibi in conuitiis ius facit, si cœpit à domino. Vt quisque contemptissimus, & vt maxime ludibrio est, ita solutissimæ linguæ est. Pueros quidem in hoc mercantur procaces, & eorum imprudentiam acuunt, & sub magistro habent qui probra meditate effundunt. Nec has contumelias vocamus, sed argutias. Quanta autem dementia est, hisdem modo offendi, & rem ab amico dictum, maledictam vocare, à seruo ioculare conuicium? Quem animum nos aduersus pueros habebimus, hunc sapiens aduersus omnes, quibus etiam post iuuentam canosque puerilitas est. An quicquam illi profecerunt, quibus animi mala sunt, auctique in maius errores, qui a pueris magnitudine tandum formaque corporum differunt? Non immerito itaque illorum contumelias sapiens, vt iocos accipit, & aliquando illos tanquam pueros, malo pœnaque admonet, & afficit, non quia acceperit iniuriam, sed quia fecerunt, vt desinant facere. Sic enim & pecora verbere domantur: nec irascimur illis cum sessorem recusauerint, sed compescimus, vt dolor cor-rumpat animam vincat. *Libro 2. ad Serenum, c.1.*

Quis phrenetico medicus irascitur? quisue febricitantis & frigida prohibiti, maledicta in malam partem accepit? Hunc affectum aduersus omnes habet sapiens, quemadmodum aduersus ægros suos medicus: quorum nec obscœna si remedio egent, contrectare, nec reliquias & effusa intueri dedignatur, nec per furorem sæuientem excipere conuicia. Scit sapiens, omnes hos qui rogati, purpuratique incedunt, valentes coloratosque male sanos esse, quos non aliter videt quam ægros intemperatos. Itaque ne succenset quidem, si quid in morbo petulantius ausi sunt aduersus medentem. Quo animo honores eorum nihilo æstimat, eodem parum honorifice facta. Quemadmodum non placet sibi, si illum medicus obuertit: nec contumelium iudicabit, si illi honor plebis vltimæ salutandi mutuam salutationem non reddiderit: Sic ne suspiciet quidem, si illum multi diuites suspexerint. *ibid.*

Semen licet exiguum, tamen locum nactum idoneum vires suas explicat, & ex minimo in maximos actus diffundit: Sic ratio Sapientiæ paucis constat verbis, in opere crescit. *Apud Erasmum.*

Cum potentes imperio editi, & consensu seruientium validi nocere intentent, tam circa sapientem omnes eorum impetus deficient, quam quæ neruo, tormentisue in altum exprimuntur, cum extra visum exierunt, citra cœlum tamen flectuntur. *Apud Erasmum.*

Vt nec mundus crescit, nec sol, nec luna, nec mare: Ita pars sunt omnes sapientes. *Apud Erasm.*

Vt grando illisa tectis dissilit at. magno quidem fragore, verum nulla noxia: Sic insultus fortunæ nihil potest in sapientem. *Apud Erasm.*

Vt bonus artifex è quauis materia simulachrum fingit, nec in vna tantum materia artifex est. Ita sapiens quamuis fortunam sapienter administrabit. *Apud Erasm.*

Vt pumilio etiam si in monte consistat, pusillus est: colossus etiam in puteo magnus: Ita sapiens in quacunque fortuna suis bonis magnus est: stultus & in summa fortuna humilis. *Apud Erasmum.*

Politiani: Quemadmodum in sensibus visus, in anima mens, & in sideribus sol: Sic sapientia in rebus omnibus excellit humanis. *In Lamiæ. ex Archit. Pythagoricis. lib. de Sapientia.*

Plinii: Sicut Mercurius quam minimo spatio discedit à sole, licet alio qui vagus & errabundus: Ita non oportet longius ab honesto discedere sapientem. *Lib.2.c.17.*

Sicut s *mundus* vndique teres ac totundus sibi constat. Ita sapiens nihil extra se quæri, seipso contentus. *Lib.2.c.2.*

Sicut Maroneum vinum, cuius meminit Homerus, vicies tantum aquæ mixtum, tamen vigorem suum seruat: Ita sapiens nullis soluitur voluptatibus. *Lib.14.c.4.*

Vt halcyones etiam media hyeme mare tranquillum præstant, non sibi solum, sed aliis quoque. Ita sapiens turbatissimis rebus non solum ipse tuebitur animi tranquillitatem, sed alios concitatos componet ac sedabit. *Lib.10.c.23.*

Vt in culice non minus admiranda naturæ vis est, quam in elephante: Ita sapientia in maximis pariter ac minimis negotiis, magnum virum ostendit. Aut ingenii vis etiam in ludicro ac humili argumento elucet. *Lib.11.c.2.*

Vt cochleæ lente ingrediuntur, nec quicquam attingunt aut vsquam

quam sese moueat, nisi cornibus prætentarint: Ita sapientem oportet esse cunctabundum minimeq; præcipitem & pedetentim agredi, gustu quodam prius sumpto. *Lib.9.c.32.*

Vt indomitæ vis adamanti, vnde & nomen additum gemmæ, adeo, vt nec caleſcat igni, nec ferro cedat, quin magis ictum ita reſpuens, vti ferrum simul & incudes diſſiliant: Sic ſapientis animus aduerſus omnem fortunæ ſæuientis impetum inuictus. *Lib. 37.cap.4.*

Sicut animantia quædam etiam corporis partes amputant ob quæ periclitari ſeſe ſciunt, veluti fiber: Ita ſapientis eſt aliquando facultatum iactura, vitæ conſulere. *Lib. 8. cap. 30. & lib 36. capit. 16.*

Vt magnes occulta quadam & incognita vi ferrum ad ſe trahit: Ita ſapiencia, ſecreta quadam ratione trahit ad ſe animos hominum. *Lib 35.c.10.*

Eraſmi Roterotami: Tradunt Phyſici veteres, ſolem marinis aquis paſci, lunam dulcibus: Ita ſapientes amara quærunt, modo vtilia: ſtulti, quæ delectant modo. ſectuntur. *in Similib.*

Vt Deus plurimum ſapiens & intelligens, minimum loquitur: Ita ſapiens non niſi neceſſaria loquetur. *ibid.*

Sunt qui propius admota nõ cernunt, quæ lõgius abſunt vident: Ita nonnulli plus ſapiunt in rebus alienis, quam in his quæ ad ſe pertinent. *ibid.*

Sicuti quo directius nos ferit ſol radiis ſuis: hoc minor eſt vmbra noſtri: quo obliquius, hoc magis increſcit vmbra corporis: Ita quanto plus quiſque aſſequutus eſt veræ ſapientiæ, hoc minus magnifice de ſe ſentit: quo longius abeſt ab ea, hoc ſe magis dilatat ſtultiſſima perſuaſione ſapientiæ. *ibid.*

Vt ingentes obeliſci magnã quidem negotio ſtatuuntur & collocantur ob immenſum molis pondus, ſed collocati ſemel infinitis durant ſeculis: Ita arduum eſt virtutis aut ſapientiæ pararæ famam, ſed parata nunquam interibit aut morietur. *ibid.*

Arundinis radix contrita & impoſita filicis ſtirpem corpore extrahit, item arundinem filicis radix; Ita viciſſim & pecuniæ ſtudium eximit animis amorem ſapientiæ, & ſapientia ſtudium pecuniæ. *ibid.*

Vt fulmen quodcunque animal protinus occidit, excepto homine: ita fortunæ procellæ indoctos ac brutos protinus animo deiiciunt, ſapientem non item. *ibidem.*

Sicut Aquilo initio vehemens, deſinit lenior; contra Auſter initio lenior deſinit vehementior; Ita qui præcipites magno impetu aggrediuntur, frigeſcunt in proceſſu; contra qui conſilio ſuſcipit, magis ac magis accendi tur operis progreſſu. *ibid.*

Thriuers. Nimius cibus ſæpe ineſcat voraces; Et nimia ſapientia ſubinde infatuat ſapientes. Ergo oportet hic citra ſobrietatem ſapere, & illic citra appetitum cibum mittere. *In apophthegmat*, 88.

Pueri quos vitiauit parentum indulgentia, ſtatim vbi voto excidunt, ſolent ringere; Idem euenit tandem ſapientibus huius ſæculi, qui omnia didicerunt pro ſuo arbitrio gerere, exemplo Aman & Achitophel. *in apoph.* 89.

¶ Exempla Historica.

Hebræorum ſapientia ſignum illud certiſſimnm eſſe, Ioſephus lib. 2 contra Apionem aſſerit: quod cum Græcorum philoſophia in varias ſit deducta ſectas? Hebræorum ſemper vna permanſerit. *Ioan. Metellus.*

Iniquitas Ægyptiorum ſacerdotes tantopere fuit admirata ſapientiæ nomine: vt præſtantiſſimi Græcorum philoſophi peregrinati ſint, eruditionis cauſa. *Strab. lib.17.*

Chaldæi Babyloniorum antiquiſſimi, eum locum in ſua Republica, quem in Ægypto ſacerdotes obtinuere, hi per omnem vitam philoſophari, aſtrorum peritiam tenere, nunc auguriis, nunc carminibus ſacris, mala hominibus auertere, bono afficere, auguria, inſomnia prodigiaque fida interpretatione explanare. *Sabell. lib.2 Enn.2 ex Diodor. lib 2.*

Septem ſapientes Græcia habuit Solonis tempore, qui fuiſſe vna perhibentur Delphis, & poſt Corinthi: vbi communem quendam conuentum eorum conuiuium Periander inſtruxerat. *Theat. Zuing for.* 1190.

Catharinæ virgo Coſti Alexandriæ principis filia, ſacris literis partim ſtudio, partim diuini ſpiritus afflatu adeo fuit imbuta: vt accerſitos à patre vndecunque doctiſſimos viros & philoſophos ad perſuadendam idoloſlatriam, refellendamq; vnius Dei religionem, vtiaciſſimis terruerit argumentis, & in ſuam opinionem pertraxerit. *Theat. Zuing fol.* 1200.

¶ Hieroglyphica.

Veluti Fortunam rotundo lapidi inſidentem pingere veteres inſtitueruut: ita *Sapientiam in quadrato* ſtatuebant, ex hoc hieroglyphico volubilem illam, huius vero firmam & inconcuſſam iudicantes. *Pier. Val. l.39.p.381.E.*

Sane vero cum Minerua conſilii prudentiaque Dea diceretur, aliquot in oſtentis *Noctua ſapientiæ* ſignum fuit: vt quæ in Hieronis priuati adhuc hominis haſta conſedisſe conſpecta ab [illegible] bello, quod iniit, nam haruſpices hinc eum cautum in conſi[lio] turum prædixere, id quod ſapientiſſimum totius eius vitæ [illegible] comprobauit. *Idem, lib 20 p.188.*

¶ Emblema.

Sapientia humana, ſtultitia eſt apud Deum
Emblema v. Ant. Alcia.

Quid dicam? quonam hoc compellem nomine monſtrum
Biforme, quod non eſt homo, nec eſt draco?
Sed ſine vir pedibus, ſummis ſine partibus anguis
Vir anguipes dici, homiceps anguis poteſt.
Anguem pedit homo, hominem eructauit & anguis:
Nec ſimus hominis eſt, mixtum nec eſt fera,
Sic olim Cecrops doctus regnauit Athenis:
Sic & gigantes terra mater protulit.
Hæc vafrum ſpecies, ſed religione carentem,
Terrena tantum quique curet, indicat.

¶ Fabvla.

De Aſtrologo & Viatore.

Contemplans quidam noctu cœlum & ſtellas, in foſſam, [illegible] ante pedes traductam non viderat, incidit. Tum alius eadem [illegible] faciens, cum de gemitu illius ac oratione, quod accidera[t illegible] uiſſet. Optime, inquit, tu qui os in cœlum erigebas, terram [illegible] intueri debueras.

Fabula oſtendit, reperiri quoſdam, qui futura præ[illegible] dubitent cum quæ ante pedes ſunt, non videant. Irridere [illegible] les à Threſſa ancilla ſimiliter apud Platonem, quamuis [illegible] hoc Philoſophiæ à Platone conuertatur. Sed ſic res ſe habet, [illegible] ille ait:

Crede mihi ſapere eſt non nimium ſapere.

De Vulpe & Paſſere.

Palumbium nidus erat ſuper arbore quo prius pulli quam [illegible] larent venire conſueuerat vulpes, & poſtulata mercedem quam [illegible] penſionem habitationis illius, quod diceret ſuam eſſe arborem, [illegible] à maioribus ſuis poſſeſſam, ac auibus quoque tempore [illegible] laudum elocatam fuiſſe: peretbat autem pullum vnum, [illegible] daretur, totum nidum ſeuaſtaturam, & illam palumbum [illegible] am deleturam eſſe minabatur. Grandiores igitur palumbes [illegible] monibus illius territi, pullum à ſe annis pluribus exigendi [illegible] Itaque incubans ouis mater ſemper mœſta erat cogitatione [illegible] lore amittendi pulli. Hanc triſtem conſpicatus præterunti[illegible] ſer, rogat quid rei ſit, aut cur perturbetur eo tempore, [illegible] in ſpe fœtus deberet? cum palumbes, quem caſum metue[illegible] anxietate tenebatur, exponit vulpiſque iniurias & [illegible] ſerit. Hic enim vero palumbem ſimplicem irridere, & [illegible] lidam verbis: Quid enim tu cenſes, inquit, vulpino [illegible] arborem à natura peculiarem procreatam eſſe? Minime [illegible] eſt, mihi crede, neque ſi quid proprium attribuere [illegible] rum vulpibus, arbores, vt opinor, quas non poſſent [illegible] dere, ſed ſpecus & dumeta contulliſſet, Sed etiam tu [illegible] cordari poſſis à matre tua audiuiſſe, mercedem vulpi, [illegible] ri inſidere tuto liceret, datam eſſe. Verum ſit ita & [illegible] tur ſuo, quintu tamen minas illius ſpernis, quippe [illegible] & quam aſſequi vulpes omnes, quotquot ſunt, [illegible] facies, cum exclusi fuerint & vulpes ad penſionem [illegible] affuerit, negato te illi quicquam debere: cumque [illegible] ſurparit, hoc modo reſpondeto: non te vereri, ne [illegible] aſcendant cum tam ponderoſis caudis. Paruit conſilio [illegible] & vulpem paulo poſt cum ſuperbia, & minis [illegible] cedem ſumendam ita ablegare, & ea oratione [illegible] fuerat à paſſere inſtructa. Tum vulpes dolos factos [illegible] tamen palumbis ingenium ad talia explicanda non [illegible] ſciret, & alium fuiſſe architectum intelligeret, [illegible] bi quicquid debeat ſibi, & omni metu à ſe illam [illegible] iure decedere ait, modo indicet, à quo talem [illegible] & illo conſilio inſtructa fuerit. Palumbes nihil [illegible] rem ſibi præmonſtratorem & ſuaſorem fuiſſe dicit. [illegible] paſſerem, vt forte in terra conſtiterat, vulpes, [illegible] quam comperiſſe: &, ſæpe, inquit, mecum [illegible] nus veſtrum, cui natura tantam agilitatem [illegible] alte euolare, & celeriter quocunque libuerit [illegible] & maria tranſire poſſitis. Sed vna videtur res, [illegible] larum vis, contraria, & moleſta eſſe vobis, [illegible] ſubtilibus præditis. Nihil, inquit paſſer, illa vis, [illegible] nocere nobis poteſt: nam quoties hæc commota [illegible] tur, ſub alas reclinata capita ita abdimus & [illegible] recondit ſub ala caput. Tum vulpes irruens [illegible] corripit, atque diſcerpens vleiſcitur contra ſe [illegible] conſilia.

Fabula notat eos, qui aliis cauere & conſulere ſoleant, [illegible] neſciant.

Sapor.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

Græcè χυμὸς, ὁῦ, ὁ, dicitur. Est autem sapor passio humidi à calore mediante calore, alteratiua gustus de potentia ad actum, vt dicit *Arist. lib. de Sensu & sensato.*

Sapor consistit in humido aqueo aqualiter digesto : sicut odor in humido aereo aliqualiter contemperato. *Sec. B. Thom. super lib. de anima secundo lect. 10. col. 4.* quod autem de externo sensu gustus dicitur, ad sapientiam seu animi gustum & iudicium metaphorice relatio est. Sapor Heb. *Taham*, & per translationem sapientia, à verbo *Taham*, degustauit paululum. Gr. Τομάω, degustare cupio.

¶ SENTENTIAE PHILOSOPHICAE.

Sapor est vnum quoddam tangibilium. *Aristotel. 2. de animal.*

Sapor quidem est, vt quoddam condimentum. *Ibid. tex. 29.*

Sapor est gustatiuæ partis passio. *de sens & sensib. c. 1.*

Sapor est genus manifestius est in nobis, quam odorum. *ibid. c. 4.*

Sapor ad nobis cognoscendis organum ita compactum esse oportet, vt non tantum humidum sit, nec potentia careat, qua humectari possit. *Alex. Aphrod. in 1. de anim. c. 17.*

Sapor aliquando quandoque accidens est in humido, aliquando tanquam forma materia, vt sustinentis, & in seipsis formandis illam. *ibid. in 2. c. 42. tex. 101.*

Saporum species, vt in coloribus simplices quidem contrariæ sunt, dulce, & amarum : dulce sequitur pingue, acerbum & aridum. *Arist. de anim. c. 6. tex. 105.*

Sapor dulcis primas in alendo obtinet, cæteri pabulo commiscentur vt ipsis, sed vt falsus atque acidus, solitarii alere queant sed condimenti causa extrinsecus introducantur. *Alex. Aphr. de sens & sens. sec. 3. c. 32.*

Saporis sensum nihil facit absque humiditate, aut actu, aut potentia. *Arist. de anim. c. 6. tex. 102.*

Saporalitas, & affectio quædam humoris est non in eo, quod humor dicit in illo sapore, sed quia in humore est sapor, quia si non humor, non est sapor. *Them in 2. de anim. c. 35. tex. 10.*

Sapor inuenitur in corpore misto. *Auer. meteor. 1 c. 1.*

Saporum diuersitas in nulla est ita manifesta, vt in fructibus, succorumque. *Alb. Magn. de veg. l. 3. tract. 2 c. 1.*

Sapor consistit in humido aqueo æqualiter digesto. *D. Thom. in 2. anim. lib. 19. tex. 95.*

Sapor potest corrumpere animal, non vt sapor, sed in quantum cum eo coniungitur aliqua qualitas tangibilis, vt cum ei consequitur calor ignis vehemens. *idem in 3. de anim. lib. 18. tex. 68.*

Sapor confert ad alimentum, vt est sequela complexionis. *D. Thom. in 3. de anim. l. 17. tex. 64.*

Sapor acerbus est, cum quæcunq; ingressa sunt venas, quæ circa cutem sunt, ad rariores & teneras partes illabentia, dum terrestris eorum illorum pars colliquescit, venæ contrahuntur, & exsiccantur, sunt asperiora, fit, vt dixi, sapor acerbus : si minus aspera, austerus. *Plato in Tim.*

Sapor amarus fit cum ea quæ extergunt, & circa linguam, quicquid est eliunt, si vltra mediocritatem id faciunt, & insuper quid eliminare, & corripiunt, adeo vt etiam de natura ipsius aliquid eliminent, qualis est nitrorum facultas, etsi cum moderatione vtuntur, tamen habitu inferiora sunt circa amaritudinem asperam, & magis pungentem apparent, fit falsus sapor. *idem, ibid.*

Sapor acris fit, cum quæ oris caliditate participant, & ab ipso leuia facta esse incipiunt, & rursus vicissim id quod calefecit accendunt & vrunt, & præ leuitate sursum & capitis sensum feruntur, & siccant omnia, quæ ipsis occurrunt. *Plat. in Timæo.*

Sapor acidus fit, cum acria præatenuata sunt à putredine, & in angustias venas, & partes, quæ isthic insunt terrestres, & eas quæ moderatum acrem habent ingrediuntur, ita vt motu suo efficiant, vt illæ inter se obuoluantur, & in alias ingredientes, alias causas efficiant his quæ ingressa sunt circumtensas, nimirum humectantes aut aerem caua circumtensa aliquando puta, quo humida varia aerea, aquæ cauæ ac rotundæ fiant, & quæ quidem ex pure humidi fiunt pellucida consistant, bullarum nomine appellata, quæ vero terrestri quæ simul mouetur, & eleuatur bullitionis, & fermentationis nomine nominantur : quæ affectionum causæ, vt dictum est, aciditas appellatur. *Plat. in Tim.*

Sapor dulcis fit cum ingressorum compages humida linguæ habitui ex natura cognata existens læuigat obliniens exasperata : quæ vero præter naturam comparata sunt, laxat, & quæ diffusa sunt humectat, & omnia quam maxime secundum naturam firmat, ita vt quicquid eiusmodi est iucundum sit, ac gratum, & omnium vitiorum medela. *Plat. in Tim.*

Saporum differentiæ sunt septem, Dulcis, Acer, Ponticus, Austerus, Salsus, Acutus, Amarus. *Alciat. c. 19.*

Saporis dulcis natura omnium reliquorum saporum naturæ contraria est : nam dulcis humorem linguæ inhibitum perfundit & delinit, acer turbat, & dispergit, acutus inflammat, & ad supera eleuat, amarus vehementer abstergit, liquefacit, salsus lenius purgat & permollit, ponticus obstruit meatus linguæ & contrahit asperius, austerus idem facit, sed lenius : *idem, ibid.*

Sapor acer, & austerus linguam arefacit & contrahit, ille magis, iste minus : amarus & salsus abstergit, ille magis, iste minus : acutus calefacit & diuidit & accendit : acida lubrica subtilitate penetrans commiscet humores, crassioresque subtilioribus circumfundens facit ampullas, dulcis calidus & humidus tanquam naturæ consentaneus linguæ blanditur. *Ficin. in Plat. Tim. c. 60.*

Saporum suauium pars subtilis recreat vitalem cordis spiritum, crassior per digestionem in ventre, & iecore ipsum recreat spiritum vitalem. *idem, ibid.*

Saporem acidum qui maximi frigoris pene gustu stuporem inducentis perpetuo comes est, cum falso coniungere, & carnis generatione pro fermento ponere absurdum est in philosophia. *Iac. Carpen. in Alciat. defensione.*

Sapores Plato non voluit explicare per figuras, vt Pythagorici, & Democritus, sed ex sensuum affectionibus. *idem in Alciat. c. 35.*

Omnino sapor eius est partis animi affectio, quæ alendi vim habet. *Lib. de sens. c. 1.*

Euidentius est nobis saporum genus, quam odorum. *Libro de sens. c. 4.*

Sapores omnes crassiori quadam natura constant. *ibid.*

Est Sapor ea affectio, quæ à siccitate in humore gignitur : quadam commutatione efficiens, vt gustatus qui esse poterat, reipsa sit. *ibid.*

Frigus & congelatio, tum sapores labefactant, tum odores, præsertim, cum calorem qui est causa efficiens & author, frigus gelu que deleat. *Lib. de sens. c. 5.*

Nihil saporis sensum facit sine humore, omniaque eius generis vel humida sunt reipsa, vel esse possunt : *Lib. 2. de Animo, c. 10. Tex. 102.*

Saporum genera colores ita imitantur vt simplices contrarii sint dulcis & amarus, quos sequantur illum quidem pinguis & crassus, hunc salsus : quibus interiecti sunt acer, austerus, acerbus & acidus. Hæc enim fere sunt saporum varietates. *ibid. Tex. 105.*

Coniunctus est cum gustatu sapor. *Libr. 7. de natur. capite secundo, Tex. 12.*

Vide, Sensus.

Satanas.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

SAtanas aduersarius, Hebr. *Satan*, in nouo Testamento satanas & Satan, à verbo Hebreo *Satan* aduersatus est, aduersarius fuit, odiose alicui se opposuit, inimicus fuit. Tam de homine, quam de diabolo dicitur. *Sitnah*, aduersatio, aduersatiua oratio, rixa, inimicitia, odium, *Gen. 26. 21. Esdr. 4. 6.* Vide de Satanæ nomine quibusdam attributo, *Psalm. 109. 20. & 71. 13.* item *Num. 22. 22. 23. 1. Sam. 29. 4. 2. Sam. 19. 23. 1. Reg. 5. 4. & 11. 14. 23. 25.*

¶ LOCI BIBLICI.

Satanæ nomen etiam hominibus accommodatur, qui Dei voluntati aduersantur, vel obstinata malitia, vt Iudas, *Ioan. 9. Vers. 7.* vel in cogitantia quadam aut arrogantia, vt Petrus, *Matth. 16. Vers. 23.* Satanæ tradit, *1. Corinth 5. vers. 5. 1. Timoth. 1. Vers. 20.* nihil aliud est, quam fieri sicut ethnicum & publicanum, *Matth. 8. vers. 17.* id est, ius Christiaæ ciuitatis vsque ad resipiscentiam amittere, siue excommunicari, Satanæ denique mancipari, qui extra ecclesiam regnat. Satanas, Deus huius seculi dicitur, *1. Cor. 4. vers. 4.* quia se ipse illi veluti Deo mancipauerunt homines huius seculi. A Deo impetrata facultate, percutit Iobum, *Iob. 1. v. 12.* est spiritus mendax in ore omnium prophetarum Achab, *1. Reg. 21. Vers. 22.* Apostolos appetiuerat, *Luc. 21. vers. 31.* in Iudam proditorem ingreditur. *22. v. 3.* vt fulgor è cœlo cadit, *Luc. 10. Vers. 18.* in Angelum lucis transformatur, *2. Cor. 11. Vers. 14.* Colaphis cædit Paulum, *12. vers. 7.* impedit Paulum, *1. Thess. 2. v. 18.*

¶ SIMILITVDINES.

Laurentii Iustiniani Patriarch. Quemadmodum inire sata-

gentibus conflictum cum hostibus visibilibus, per necessarium est, non solum scire quomodo euadant insidias inimicorum, ac detegant eorum machinamenta: sed etiam qualibus ei resistant viribus, atque prudentia illorum conterant vires atque contumaciam: Æque in spiritualibus certaminibus non ignorandum est, qua ratione Satanæ insultus euadas, eiusque vires diuino auxilio frangas. *In ligno vitæ, c. 5. de orat.*

Quemadmodum si quis stellas cœli, aut pluuiæ guttas, seu arenam maris dinumerare voluerit, cassò consumitur labore: ita quicunque varias dæmonum fraudes ad plenum referare conatus fuerit, in vanum desudabit, mille enim artifex est: ac licet artibus suis seipsum interdum prodat, instar tamen tortuosi colubri anfractibus suis, ex lubricis hominum manibus desiluit, etiam dum teneri putatur. *De disciplina ac perfectione monastica, c. 11.*

Consueuerunt vt plurimum homines, quandocunque aliquid difficile aggressi sunt opus, cum ad id peragendum impares se viribus senserint, mox ab amicis ac domesticis subsidia quæritare: quatenus quæ propria nequeunt virtute perficere, alieno valeant adiutorio. Hac malitiæ arte, hoc sagaci ingenio vti etiam solet humani generis antiquus hostis, & seruorum Christi implacabilis inimicus. Cum enim ad debellandos atque exercendos piorum animos, ex superna dispensatione emissus, sic tentare nunquam desinit: verum cum defuturus prohibeatur ne obsit pius, eos tamen per suos amicos ac domesticos vexare nititur, & ad tenendum humano vtitur instrumento, & potissimum aduersus eos, qui Christo associati sunt. *De disciplina Monastica, c. 14.*

Vide, D. abolus, Dæmon.

Satelles.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

SAtelles, miles mercede conductus, à latere principis, & custos Cæsaris: Gr. δορυφόρος, Hebr. *Schoter*, sceptriger, qui gestat virgam, seu baculum. De satellite & de magistratu seu præfecto etiam intelligitur. Satelles item dicitur, qui fontibus capiendis præest, qui & apparitor & viator dicitur. Horatius de viro probo dicit quod videtur & est. *Virtutis veræ custos, rigidusque satelles.*

¶ APOPHTHEGMATA.

Agæsicles dicebat posse quemuis principem & regem sine satellitio regnare, qui sic subditis imperaret, vt filius pater. *Plut. in apophthegm.*

Sigismund. Imp. Albertus Austriæ dux (qui mortuo Sigismundo Cæsare, cuius erat gener) regnum Hungariæ ac Bohemiæ cum Romano Imperio suscepit, cum diceret principes amore ciuium cautos esse oportere, Sigismundus respondit: Et fida custodia infortunium excludit. Docuit autem Imperator potentissimus, non satis esse, vt principes fidos habeant subditos: sed addendos etiam esse iaspides, & corporis custodes, præsertim in florentiori ætate. *Æneas Sylvius lib. commentariorum de reb gest. Alphonsi.*

Alphonsus castigatus ab aulicis suis, quod regiæ maiestatis oblitus, sine satellitibus & satrapis prodiret in publicum: Non opus est, inquit, vt ipse multum sibi timeat, qui neminem habet quem ita læserit, vt aliorum etiam manu sit defendendus. Ostendit autem, superuacaneam esse satellitum turbam, si quis ita se erga subditos gerat, vt vbique sine iniuriæ timore solus esse possit. *Panor. lib. 2. de Alphonsi reb. gest.*

Thomas Pontanus subinde dicere solitus est: Amorem quidem inermem incedere, dormire autem loricatum. Notabat autem principes, qui licet benevolentiam & amorem suorum non ignorent, habent tamen nocturno præcipue tempore, qui armati prope custodias agant, vt extra omne periculum somnum dulcissimum capiant. *Iacob. Spieg. in secund. Æneæ Silvii lib. de reb gest. Alphonsi.*

Scabies.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

SCabies, Græce ψώρα, ας, ἡ, & ψωρίασις, εως, ὁ, Scabiosus dicitur. Dicitur autem à scaber, quod est asper, quoniam scabies asperitatem in cute faciat. *Virg.*

Exesa inueniet scabra rubigine pila.

Hinc etiam scabricies, asperitas, scabre, aspere.

¶ LOCVS BIBLICVS.

Scabie percutiuntur inobedientes. *Deut. 28. v. 27.*

¶ SENTENTIAE PHILOSOPHICAE.

Francisc. Petrarch.

GAVD.

Scabie premor importuna. R. Iam non miror si angores meros ægre fers: quando id luges cui dulce aliquid immixtum est. Graui vexor scabie. R. Sunt qui hanc salubrem dicant. Ego nec tam mœstæ rei lætum nomen tribuam: arram potius salutis ac ad salutem viam dico: Mollis est qui asperitatem vitæ horret, respuit: cuius exitus sit iucundus. D. Arida me scabies exercet. Iam horologio non egebis: erit tecum quæ te noctibus excitet, que honesto cuiuspiam forrassis officio vigilem reddat: nempe ger quem non scabies sollicitum faciat. D. Scabie torqueor. Morbus ignobilis sed nobilis cura est: labor, æras, balneum, regium, diæta, si nec ista profuerint: ad parentiæ medicinam recurrendum erit: Illa omnibus morbis vtilissima est. D. Scabies est tædiosa & fœda. R. Neutrum nego: vbi ergo Publius molestum otium podagrici pedes dixit: me sinente pores addere: morbo negotium scabiosi manus: Sed quid dices, si quo fœdior morbus eo pulchrior patientia est: quid si parùo ex malo bonum elicis? Hæc mirum est rerum quæ contemptum corpori afferme pariunt: quo nihil est melius mortali. D. Totum me occupat. R. Totum te: verum est: id quidem metuo: sed forsitan quod quæ dicere voluisti: totum enim corpus vexat, sed est vobis inuisibilis animorum scabies cupiditas ac libido & ritus quidam vlciscendi quærendique: qui quo magis latet, acrius æstuat: hunc nec tolli nec leniri poscitis nec sentire quo tanto minor vobis est semper vestri curaq; corporis.

Scabiē, tabe, lippitudine capiuntur, qui appropinquarunt aqua autem intercute, febre, aut stupore attonito, aut aliquo ex mero cæterorum malorum capi nequeunt: à lippitudine quia oculus pars corporis nobilissima est: cæterum maxime eorum rei sibi obiectæ similis reddi potest: quippe facile mouetur eo, quod moueat: itaq; fit, vt cum perturbatum adipiscatur facile etiam ipse pertubetur, & talis contagio ideo fit, quia tum vitiat, & grauem reddit: & omnes morbis iis cito amplectuntur qui spiritu corrupto prouenium, quale est omne pestilens quod appropinquauerit talem trahit spiritum, qualem ægre collocarit. At scabies magis quam lepra, & cætera vitia eiusdem generis efficere potest, quoniam per summa corporis eat, & humorem glutinoso: omne enim genus pruritorum tale est: propter quod ipsum, quia per summa peruenit glutinosum est, cutis ex suam siccitatem persistere nequeant. *Arist. probl sec. 7. n. 4.*

Scabies, lippitudo, tabes, cur sunt mala contagiosa? febris, plexia, non transeuat in aliam: quoniam oculus humidus ab one opportune deprauatur: tabes expirando impurum aerem dit, qui tractus ab homine sano, facile pulmonem vitiat, & cum per summa corporis sit facile propagare potest, febrientes huiusmodi cum nihil putrefaciens emittunt, suum in alium transmittere nequeunt. *Alex. Aphr. probl. 2. n. 43.*

Vide, Morbus.

Scandalum.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

SCandalum Græca dictio est σκάνδαλον, ου, τό, ita & σκανδάλη, ης. Et est dictum aut factum minus rectum præbens alteri occasionem. *secund B. Th. secund. q. 43.*

Scandalum large sumitur pro quolibet impedimento alterius stito in via aliqua, quam prosequi intendit, *secund. eund. sum. Secunda, q. 43. art. 10.*

Scandalum, προσκόμμα, offendiculum, datum, vel sumtum. Hebr. *Michschol, Machschelah, Kischalon*, à verbo: *Caschal*, impegit, offendit, corruit. Metaphora sumpta à pedum offendiculis variis & lapsu impingentium, ad lapsus animi.

¶ BIBLICI LOCI.

Scandalum seu offendiculum proximo nec in vita nec in doctrina ponendum. *Leuit. 4. 3. Num. 31. vers. 16. 2. Sam. 12. 14. 1. Reg. 22. Prouerb. 28. v. 10. 2. Maccab. 6. v. 24. Matth. 17. vers. 27. & 18. 6. Marc. 9. v. 43. Luc. 17. 1. Ioan. 16. 1. Rom. 14. v. 13. 15. 1. Cor. 8. 1. & 10. 32. Cor. 6. 3. 1. Thess. 5. 22.*

Scandali ex Christo occasionem capere, valde noxium, *Luc. 7. vers. 23.*

¶ SENTENTIÆ PATRVM.

Sicut necesse est ignem calere, & niuem frigere, ita est necesse vt iniquitas mundi erroribus plena, scandala pariat, perfectum vero charitas pietatis operibus luceat. *Hier. in Matth. 18.*

Qui scandalizatur, paruulus est, maiores enim scandala non accipiunt. *ibid.*

In quantum possumus, sine peccata vitare proximorum scan-

...bernus. Si autem de veritate scandalum oritur, vtilius ...m nasci permittitur, quam veritas relinquatur. *Gregor.*

...nium scandala æqua sint lance pensanda, aliter namque ...sint scandala pusillorum, & aliter Pharisæorum: illo- ...rque scandalum de ignorantia, istorum de malitia descen- ...scandalizantur, quia veritatem nesciunt: isti quia oderunt.

...*præcepto, & disp.*

...ubi veritas necessaria in causa non est, nec licite scanda- ...possibile posse committi, nec iuste præcipi, nec innoxie con- ...*nexeft.*

...m blanditur veritas, neminem palpat, nullum seducit, a- ...nuntiat, quoniam væ homini illi per quem scandalum ve- ...*Cant. serm.9.*

¶ Similitvdines.

...*fessori.* Sicut vbicunque fuerit triticum, necesse est, vt in- ...sit illic & zizania: Sic vbicunq; fuerit bonum Dei, illic erit ...diabolum inimici. *In c.6. Matth. hom.33.*

...que quod de alto cadit, grandum sonum facit, vt audiant om- ...Sic quo de alto gradu cadit, ruina illius vbique auditur. *In ...homil.*

...in corpore, aliquo quidem membro corrupto, non est ma- ...nimum: oculis vero læsis, vel capite contrito, totum cor- ...redditur: Sic & qui in alta quadam tanquam virtutis ...cum multa claritate constitutus, ab omnibus admirationi ...quando cecidit, magnam ruinam & iacturam facit, non ...quia ex alto cecidit, sed quonium aliis multis scandali ma- ...in idipsum respicientibus. *Hom. 1. de verbis Apostoli: Mo- ...nere.*

¶ Biblica Exempla.

...dali Pharisaici, siue accepti *exempla*: Quidam Scribæ, *Mat.* ...Pharisæi. *v.10.11. & 15. v.12. Ioan.7. v.46.52. Act.9. v.14.* Iudæi ...*v. Ioan.5 v.17.18. & 6. v.51.52. & 7. v.41.46. & 8. v.44.45. &* ...*v.39.* Nazareni. *Matth.13. v 97. Marc.6. v 3.* Pharisæi & Scribæ, ...*v.2.* quidam ex discipulis, *Ioan.6. v.60.* Consilium Ierosoly- ...*Matth. Act.4. v.2.3.4.5.* Scandali vitati, *exempla*: Christus & ...*Matth.17. v.27.* Paulus, *Act.16. v 3. & 21. v.24.26.* quicunque ...*Matth.5. v.29. & 16.22. Marc.9. v.42. Rom.16. v.17.*

Scelus.

¶ Poeticæ Sententiæ.

Senec. in Hippo.

Cur omnium fit culpa, paucorum scelus?

Idem in Troad.

Quid iussa cessas agere? ad autores redit
Sceleris coacti culpa.

Idem in Thyest.

Sæpe in magistrum scelera redierunt sua.

Idem in Herc. fu.

Prosperum ac felix scelus
Virtus vocatur.

Quis nomen vnquam sceleris erroris dedit?
Sæpe error ingens sceleris obtinuit locum.

Iuuen. Sat. 13.

Nam scelus intra se tacitum qui cogitat vllum,
Facti crimen habet.

¶ Sententiae Philosophicae.

Nullum est aliud latronum beneficium, nisi vt commemorare ...ssint ais se vitam dedisse, quibus non ademerint. *Cic. Phil.2.*

Tuta esse scelera possunt, secura non possunt. *Senec. epist.89.*

Difficilima est cuiusque grauissimi sceleris fides.

Scelera non habent consilium. *Quint. l.4.*

Si superbiam in auditam: in facinore gloriari. *Cic. ad Brut.*

Facinore admisso, ad sanitatem reuerti pudet. *Cæs. de bell. Gallic.*

Occidi non est pœna, sed exitus.

Ordes manifesta expiatur saltem pecunia. *Liu. l.1.*

Scelus quoddam esse timebimus arma in bello prælata à dome- ...gia ad templum deferre, nisi Deus aliud dicat. *Plat. de rep. Dial.5*

Vide, Malitia, Vitium.

Schola.

¶ Definitio et Etymolog.

Schola, ludus literarius, gymnasium παιδευτήριον, διδασκαλεῖον, ...σιτήριον, φροντιστήριον, à verbo Gr. σχολάζω vaco: quia cæteris rebus omissis liberalibus studiis pueri vacare debent: vel à vacatione seu relaxatione studiorum. Inde Ausonius, *Grato. Schola nomine dicta est, Iuste laboriferis tribuantur vt otia Musis.*

¶ Exempla Biblica.

Scholarum & Academiarum institutarum exempla: in veteri testamento. I. Samuel Heli discipulus, Samuel apud Heli sacerdotem versabatur, *1. Sam. 3. v.1.* II. Grex Prophetarum, *10. v.5. & 6. v.12.* III. Puer Elisæi, *2. Reg. 9. v.1.* IV. Duodecim Apostoli. *Luc. 6. v.13.* V. Septuaginta discipuli, *Luc. 10. v.1.* Præter duodecim Apostolos, etiam septuaginta eligebat Christus discipulos, qui in sua Schola enutriti, & donis miraculorum ornati & instructi, ablegabantur, *Luc. 10. v. 1.* vt passim in Iudæa Euangelium Christi prædicarent. VI. Discipuli Ioannis, *Ioan. 1. v.28.* Ioannes Baptista quoque habuit scholam, in qua præ aliis quosdam discipulos habuit, quos in vera doctrina instituit: Pater id ex *Ioan. 1. v.28.* VII. Schola Ierosolymitana, *Mat. 11. v.13.* Schola aliquam fuisse Ierosolymis, in qua iuuentus in studiis præsertim sacrarum literarum informabatur, vel inde colligi promptum est, quod Pharisæi etiam suos habuerint discipulos, *Matth. 22 v.15, 61.* VIII. Paulus Gamalielis discipulus, *Act. 22. v.3* vbi commemorat ipsemet Paulus se ad pedes Gamalielis legis doctoris diligenter in patria lege institutum esse. IX. Synagoga Libertinorum, *Act. 6. v.6.* vbi fit mentio eorum, qui fuerint ex Synagoga Libertinorum & Cyrenensium & Alexandrinorum & Cilicum, & Asianorum, disputantium cum Stephano. Vnde apparet diuersa scholarum genera fuisse Ierosolymis. X. Schola Athenienſium, *Act. 17. v.18.* XI. Schola Corinthiaca, *Act. 18. v.8.* Et Tyrannus quidam Corinthi scholam habuisse dicitur, *Act. 18. v.8.* XII. Domesticæ scholæ Paulus, *Rom. 16. v.5. & 1. Cor. 16. v.19.* meminit congregationis, quæ fit in domo Nymphæ. XIII. Timotheus Pauli discipulus, *2. Tim. 3. v.10.14.* scholas Ecclesiasticas singulos Apostolos, vbicunque locorum egerint, aperuisse, non tamen eo videntur quod passim in Synagogis docuerunt, *Act. 13. v.14.5.42.* sed etiam quod suos semper habuerunt discipulos, quos in sacris literis instituerunt, & ad ministerium præparauerunt. Paulus enim se Timotheum docuisse testatur, *2. Tim. 3. v.1.14. & 2. v.* XIV. Schola Alexandrina ab antiquo fuisse Scholam testatur. *Eusebius lib. 5. c. 6.*

Vide, Doctrina, Disciplina, Institutio, Philosophia, Virtus.

Scientia.

¶ Definitio et Etymolog.

Scientia, Græce, ἐπιστήμη, ης, ἡ, ἐπίστημων, ονος, ὁ, ἡ, sciens dicitur. Est autem scientia habitus demonstratiuus. *Secund. Aristot. lib. 6. Ethic.*

Scientia est determinatio intellectus ad alteram partem sum certitudine.

Scibile dicitur secundum potentiam, scientia vero secundum actum vel habitum, ideo non sunt simul natura. *Ex D. Thom. 1. par. q.13. art.7.*

Scientia à scio dicitur. Scire autem proprie est rem ratione & per causam cognoscere: Quid autem à sapientia scientia differat vide supra.

Scientia est intelligentiæ, ingeniique viribus excitata ex vniuersalibus principalibusque veris ac necessariis, & primis ac immediatis.

Scientia, Hebr. *Dahath, maddahh*, à verbo *iadhahh*, nouit, sciuit, cognouit, agnouit. Hinc εἰδέω, ἐδέω, scio, conspicio.

¶ Loci Biblici.

Scientia, pro doctrinæ cognitione, *2. Cor. 11. v.16.* pro vsu & peritia, 8. ℣.7. Scientia vera quæ, *1. Cor. 2. v.2. Col. 2. v.2.3. 1. Tim. 6. 20. 1. Ioan. 5. ℣.20.* scientia à Deo, *1. Sam. 2. ℣.3. Dan. 1. ℣.17.* scientia inflat, *1. Cor. 8. v.1.* scientiam labor comitatur, *Eccl. 1.18.* scientia particularis in piis requiritur, *Ioan. 11. ℣.22. 2. Cor. 5. v.1. Ioan. 1. v.15.18. & 5. ℣.19* scientia Iesu Christi, *Phil. 3. v.8.* scientia salutis, *Luc. 1. v.77.* scientia veritatis, *2. Tim. 3. ℣.7.* scientia falso nominata, *2. Tim. 6. v.20.*

Scientiarum Dominus est Deus. *1. Sam. 2. v.3.*

¶ Patrvm Sententiae.

Non omnis qui ignorat, immunis est à pœna. Ille enim ignorans potest excusari à pœna, qui, quod disceret, non inueniet. Illis autem hoc ignosci non poterit, qui, habentes à quo discerent, operam non dederunt. *Augustin. lib. quæst. & habet. destin. 37. can. Non omnis.*

Hæc tota scientia magna hominis, scire, quia ipse nihil est per se, &

se, & quoniam quicquid est, ex Deo est, & propter Deum est. *idem super Psalm.70.*

Qui se dicit scire quod nescit, temerarius est: qui se negat scire quod scit, ingratus est, *idem in serm. de Ascensione.*

Animæ non imputatur ad reatum, quod naturaliter scire non potest, sed quod scire non studuit, & quod dignam facultati comparandæ, ad recta facienda operam non dedit. Loqui enim non posse, & scire non posse, infanti naturale est, quia ignorantia illo modo inculpabilis est, sed & humanis affectibus blanda atque grata. Non enim vllo vitio illam facultatem comparare neglexit, aut vitio quã comparauerat, amisit *idem lib.3. de lib. arbitr.*

Vera scientia afficit, non extollit: nec superbientes, quos impleuerit, sed lamentantes facit, qua quisque cum repletus fuerit, priori loco se scire appetit, & iam sui conscius tanto per illam robustius sapit, quanto se infirmum in illa verius recognoscit. *Greg. libro 23 Moral.*

Magna virtus boni est cognoscere malos, & firma tutela salutis scire quod fugias. *Ioan. Chrys. de Cognoscibilibus ab homine.*

Præcedit enim scientia virtutis cultum. Quia nemo potest fideliter appetere quod ignorat, & malum nisi cognitum sit, non timetur. *Idem in Politica lib.3.*

Ad maioris culpæ tumultum pertinet, scire quenquam quid sequi debeat, & sequi nolle quod sciat. *Isid. l.2. de summo bono.*

Plerique acceptã scientia literarum, non ad Dei gloriam, sed ad suam laudem vtuntur, dum de ipsa extolluntur, & ibi peccat vbi peccata emendare debuerunt. *idem lib 3. de summo bono.*

Sunt qui scire volunt eo fine tantum vt sciant, & turpis curiositas est. Et sunt qui scire volunt, vt scientiam suam vendant, verbi gratia, pro pecunia, pro honoribus: & turpis quæstus est. Et sunt qui scire volunt vt ardentius ædificent, & charitas est. Et sunt qui scire volunt vt ædificentur, & prudentia est. *Bernard. super Cant. serm. 6.*

Vides quod non probat multum scientes, si modum sciendi nescierunt? Vides quomodo fructum & vtilitatem scientiæ in modo sciendi constitu t? Quid ergo dicit modum sciendi, nisi vt scias? quo ordine, quo studio, quo fine vnumquodq; scire oporteat? Quo ordine? vt illud prius, quod maturius mouet ad salutem. Quo studio? vt illud ardentius, quod vehementius ad amorem. Quo fine? vt non ad inanem gloriam & ostentationem, sed ad tuam & aliorum ædificationem. *Idem super Cant. serm. 36. exponens illud 1. ad Cor. 8. Si quis existimat se scire.*

Scientia parit cognitionem amoris, amor frequentiam, frequentia familiaritatem, familiaritas fiduciam, fiducia facilem imperatorem. *Idem lib. Meditationum.*

Quia quæsiuisti à me in Christo mihi charissime Ioan, qualiter te studere oporteat in thesauro scientiæ acquirendæ. Tale à me tibi super hoc traditur consilium. vt per titulos non statim in mare eligas introire, quia per faciliora oportet deuenire, Hæc est ergo monitio mea, & institutio tua. Tardiloquum te esse iubeo, & tarde ad locutorium accedentem. Conscientiæ puritatem amplectere. Orationi vacare non desinas. Cellam frequenter diligas, si vis in cellam vinariam introduci. Omnibusque te familiarem exhibe. Nihilq; te penitus de factis aliorum intromittas. Nemini te multum familiarem ostendas: Quia nimia familiaritas parit contemtum, & subtractionis subito materiam subministrat. De verbis & factis sæcularium nullatenus te intromittas. Discursus super omnia fugias. Sanctorum & bonorum vestigia imitari non desinas. Non respicias à quo audias, sed quicquid boni dicatur memoriæ recommenda. Et quæ legis & audis, fac, vt intelligas? De dubiis te certifices, & quicquid poteris, in armariolo mentis reponere satage sicut cupiens vas implere. Altiora te ne quæsieris. Ita sequens vestigia, frondes & fructus in vinea Domini Sebaoth vtiles, quandiu vitam habueris proferes ac produces. Hæc si sectatus fueris, ad id attingere poteris quod affectas. *S. Thom. de Aquino in epist. de modo acquirendi scientiam.*

Via ad Deum est scientia, quæ ad institutionem rectæ & honestæ viuendi pertinent. Et disciplinæ bonitas & beatitudo. Per scientiam itur ad disciplinam, per disciplinam itur ad bonitatem, per bonitatem ad beatitudinem. *Hugo de institutione nouitiorum.*

Si quis familiariter scientiam amare didicerit, & ei sæpius vacari voluerit, iucundam valde reddit vitam, & maximam in tribulatione præstat consolationem. *Idem in Didascal. lib.3*

Quis enim scire contentus est, non expetens aliquem fructum scientiæ. *Lactan. Firmia. diuinar. instit. l.3*

Scientia est Deum noscere: virtus colere, in illo sapientia, in hoc iustitia continetur. *Idem lib.6. c.5.*

¶ Poetarvm Dicta.

Antholog. fac. Iac. Bill.

In quo vera scientia sita sit.

Pythagoras olim quid senserit, aut quid acutus
Chrysippus, vel quid Priscus Anaxagoras:
Scire etiam quid Protagoras, Zenoque Plaroque,
Tradiderint, & quid magnus Aristoteles:
Sire etiam, quotnam fuerint Bacchique Ioueique,
Iuscrtum scire hoc, & sine fruge, loco.
Longe alia est multo & melior doctrina piorum:
Nam Lachrymas imo pectore gignit eas.
Ibidem.
Scit legem, docteque tenet iussa omnipotentis,
Qui quod nouit agens diligit id quod agit.
Non satis est Domini præceptum volvere lingua,
Bis meminit Legis, qui memor est operis.

¶ Sententiae Philosophicae.

Sublata cognitione & scientia, tollitur omnis ratio, & vitæ & rerum gerendarum. *Cic. l.1. de Finib. bonor & malor.*

Scientia est in anima sicut accidens in subiecto.

Multa sunt scibilia, quorum non est scientia.

Scibile est prius quam scientia, & sensibile quam sensus.

Scientia est de numero permanentium; & discibile ab ægritudine, vel aliquo huiusmodi, non recedit.

Si quis mediocriter sciuit scientiam, nisi grandis fuerit ab ægritudine, vel aliquo huiusmodi, non recedit.

Quod scientia festinata non crescit, mediocriter autem augmentatur & crescit. *Boet.*

Quam magnos fructus affert scientia diuidendi studiosis nibus.

Scientia diuidendi red dit dociles auditores. *Idem libro onum.*

Scientia est habitus demonstratiuus, cum enim assentimur quodam certo genere, habetque penitus cognita principia scire ac tenere rem dicitur. *lib.6. Ethic. c.3.*

Scientia quid sit hinc perspicuum est, si accurate disputare consectari similitudines placet, quod omnes existimamus, secus euenire non posse. *ibid.*

Quod sub scientiam cadit, id omne necessarium est: ternum. *ibid.*

Scientia doceri videtur posse: & quicquid sub scientiam doceri. *ibid.*

Scientia in iis est quæ permanent, diuturnaque sunt: scientia aliquis sit mediocriter instructus: nisi vi morbi ius eiusdem generis permagna inciderit mutatio. *In Categ. de Qualitate.*

Scientia & artes ex demum certissimæ sunt: quæ in proxime versantur. Quandoquidem quæ & paucioribus dictis sunt, quæ ex additione, certiores: vt Arithmetica, quam metria. Ea etiam quæ causas considerat, ad docendum præsertim cum ii doceant qui causam cuiusque rei affer maiore, *Metaph. c.2.*

Qui scientiam per se suaq; causa sequitur: is eam autem nomine dignissima est, maxime expedit: cuiusmodi est eo quod maxime sub scientiam cadit cernitur. *ibid.*

Eorum quæ casu aut forte fortuna fiunt: nulla potest ex euidenti probatione oriatur, scientia. *Lib.1. de Demonst. 24. T. 43.*

Vna scientia est, quæ in vno quodam genere versatur, rum quæ ex iisdem primis initiis constare cernuntur, quorum itiorum aut partes, aut affectiones sunt illa, quæ per se illi generi conspiciuntur. Diuersæ autem sunt: quorum nec eadem sunt: nec alia sub aliis continentur. *lib.1. de Demonst. cap.23. T.42.*

Omninò quod vnius scientiæ est, conuenire alteri non nisi forte cum vna erit ad alteram affecta, vt in vna altera tur: quomodo ad Geometriam Optice, & ad Arithmeticam ca affecta est, *Lib.1. de Demonst. c 7. T.20.*

Ego scientiam appello, perceptionem illarum propositum quæ nullo medio confirmari possunt. *lib 1. Demonst. c 2. T.*

Omnes homines natura trahuntur & ducuntur, ad scientiam gnitionisque cupiditatem, *Metaph l.1. maiore, c.1.*

Omnis ars & scientia principia quædam & causas in quo rum, quæ ei proposita sunt, quærit. *l.10. Metaph. c.6.*

In rebus præclaris, quæq; in honore & pretio habentur, scientiam numeramus: & aliam alia maiorem ac præstantiorem mamus: vel quod certior sit: vel quod in rebus & præstantiorem & maiorem admirationem excitantibus versetur. *Lib. 1. de mo, c.1. T.1.*

Illa est accuratior & prior scientia: qua simul & quod res sit, cui sit, non autem quod sit, tantum percipitur: quam si quis ea rei tantum causa cognoscatur. *l.1. de Demonst. c.2. T.42.*

Illa semper est certior scientia, quæ in eo subiecto versatur, est omnino à sensuum iudicio disiunctum: quam quæ in re versatur ad sensum maxime ac commodata. *ibid.*

Accuratior est scientia, quæ simplicioribus elementis constat, cuius elementa non nisi ex aliqua adiectione intelliguntur: quam tione Geometriæ præstat Arithmetica. *ibid.*

Perspicuum est tria esse genera scientiarum, quæ rem animad nunt, Physica, Mathematica & Theologia. *l.n.10. Metaph. c.6.*

Scire cur res sit; nihil est, quam primam cuiusq; causam *lib.1. de Demonst. c.10. T.30.*

Scientiam & intelligentiam in arte potius inesse, quam in

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

…ta censemus: sapientioresq; eos qui arte præditi sunt, …ntia valeant, iudicamus: quod sapientia pro scientia & ce… magis omnes sequatur. Id autem propterea fit, quod hi … cognitione habent, illi non item. *Maiore libr. 4. Me…*

…um id quod certo scimus, non potest se aliter habere, il… …sequitur, rem esse necessariam, quæ sub scientiam ca… …ntiam. Atqui scientia demonstratiua est, quam tum … cum mente percipimus alicuius rei demonstrationem. …nstr. c. 4. T. 7.

…rum aliis quæ priora & antiquiora sunt, ars & scientia versa… …Metaph. c. 2.

…hoc ipso quod vna sit, vna est scientia. *libr. 2. de Demon…*

…ntis modis dicitur, nempe aut cognitione vniuersali: aut …aut actu & operatione: quare totidem modis intelligi… …mari lib. 1. de prima Resolut. c. 21.

…quod sub scientiam cadit, non potest aliter se habere: *lib. 1.* …r. c. 6. T. 15.

…uamobrem res est, nihil est quam rei causam nosse. *lib. 1.* …t. c. 7. T. 19.

…inter sensum & scientiam interest: quod si scientia amissa sit, …comparari potest: sensus semel erutus, & amissus, non po… …lib. 1. Top. c. 11.

…scientia præditus est, is maxime in iis est quæ cum aliquo …ntur. Quod hinc scire licet, quia scientia non oritur in no… …alicuius partis motus antecessit: sed alicuius anticipatione. …ntia enim, quæ in parte versatur, vniuersiæ rei scientiam adi… …lib. 7. de Natu. c. 3. T. 20.

…esse & instituisse intelligentiam, id demum scire ac sapere …bid.

…ntia quæ ex habitu actionem eduxit, omnino idem quod res …imposita est, valet: ea vero quæ in habitu solum posita est, …quidam temporis in vno homine illa antiquior est: omni… …temporis quidem ordine. *Lib. 3. de Anim. c. 5. T. 20.*

…dicit præditus est, is maxime in iis est quæ cum aliquo …ntur. Quod hinc scire licet, quia scientia non oritur in no… …alicuius partis motus antecessit: sed alicuius anticipatione. …ntia enim, quæ in parte versatur, vniuersiæ rei scientiam adi… …lib. 7. de Natu. c. 3. T. 20.

…esse & instituisse intelligentiam, id demum scire ac sapere …bid.

…tia quæ ex habitu actionem eduxit, omnino idem quod res …imposita est, valet: ea vero quæ in habitu solum posita est, …quidam temporis in vno homine illa antiquior est: omni… …temporis quidem ordine. *Lib. 3. de Anim. c. 5. T. 20.*

…esse, & non per accidens scire: quando aliquid eo modo …dit per se, & non per accidens scire: quando aliquid eo modo …cognoscere intelligimus, quo illi conuenit: idque per princi… …sunt illi, quia illud ipsum est, propria. *Lib. 1. de Demonst. c. 7.*

…mnia illa naturæ in omnia scientia necessaria: res de qua ali… …concluditur illud ipsum quod inesse alteri ostenditur: & ipsa …ex quibus efficitur conclusio. *lib. 1. de Demonstrat. cap. 8.*

…quid sæpe ad rem sciendam satis esse existimamus: si modo ex …primis quibusdam sumptionibus constet ratiocinatio: cum …multo secus res habeat. Necesse est enim vt ista præterea cum …eo genere prima sunt, naturæ quadam coniunctione sint …tata. *lib. 1. de Demonstr. c. 8. T. 14.*

…scientia non spectatur, quid rectum, cum ne peccatum qui… …opinionis quod rectum est, appellatur veritas. *Ethic. lib. 6.*

…per sensum quidem vlla oritur scientia. *lib. 1. de Demonst. c. 24.*

…scientiam rerum mensuram dicimus, & sensum pari ratione …rum aliquid cognoscimus. Quanquam mensura eorum alia …mensus, quam ipsa aliorum. *lib. 1. 9. Metaph. c. 3. T. 5.*

…ibus ars & scientia, quæ rationis & mentis est, vel rationis a… …rum parte est particeps: in principiis ac causis, vel certioribus, …manentibus versatur. *lib. 1. 5 Metaph. c. 1. T. 1.*

…usq; exercitatione hominibus ars & scientia comparatur. *lib.* …minor Metaph. c. 1.

…scientiæ propemodum infinitæ: Vnde etiam planum est, …mnationes infinitas esse quæ eædem veræ sunt reprehensio… …lib. de repreh. Soph. c. 8.

…ntia & ars quæ in rerum contemplatione cernitur, & id quod …possitum est, eadem sunt. *lib. 3. de anima, c. 4. T. 15.*

…esse quidem quod res sit, est eorum qui eas artes exercent, quæ …ratum iudicio continentur: cur autem ipsa res sit intelligere: co… …est qui scientia & doctrina sunt perpolti. Hi enim sunt qui per… …habent singularum rerum ex suis causis demonstrationes, ac …numero, quod res sit, ignorant. *lib. 1. de Demonstrat. cap. 10.*

…scientia & res quæ sub scientiam cadit, differt ab opinione & re …sibili: quod in rebus vniuersis, iisq; necessariis cernitur scien… …necessaria autem hic dicuntur, quæ se aliter habere non possunt. …de Demonstr. c. 27. T. 44.

…rum rerum, quæ sub scientiam cadunt, vniuersa cognitio, est …prehensior omni sensuum perceptione: imo vero & omni alia per… …ne animi, si modo earum rerum sit, quæ causam aliquam ha… …Nam de principiorum cognitione alia ratio est. *Lib. 1. de de…* …strat. c. 24. T. 43.

…Cognitione vniuersa particularia cognoscimus: propria ac pe… …ularia nescimus. Quo fit vt in iis hallucinemur, non tamen opi… …contraria: sed dum cognitionem vniuersalem habemus, de… …quæ particulari. *Lib. 2. de prima Resolu. c. 21.*

Cum omnium artium & scientiarum finis, & extremum in bo… nis esse tum vel maxime, atq; in maximis bonis est finis eius quæ o… mnium tenet principatum, cuiusmodi est ciuilis scientia, *Lib. 3 d Repu. c. 8.*

¶ Similitvdines.

Philonis Iudæi. quemadmodum canes venatici à longinquo ad feras perueniunt odorem sequentes, cuius eximio sensu à natura sunt præditi: Eodem modo à iustitia, cæterisq; virtutibus exhalantes suaues auras amator scientiæ vestigat, cupiens originem tantæ voluptatis assequi, huc illuc cursitans, & vel ipso honestatis odore, tanquam sacro nidore se recreans, *Lib. de somnis.*

Sicut fontes salientes si multum aquę auferatur, non tantum non diminuuntur, sed dulciores etiam multo redduntur. Ita scientia non decrescit docendi officio, sed magis etiam magisq; fit dulcior: nonnunquam etiam augetur, si in discipulos & familiares transferetur, *Lib. de somnis, & lib. de gigantibus.*

Quemadmodum fax etiam si lucernas multas accenderit, semper manet eiusdem magnitudinis, & nequaquam ne tantillo quidem diminuitur. Sic etiam scientia in homine nequaquam diminuitur, licet docendi ratione in multos transfundatur. *Lib. de gigantibus.*

Ambrosij, sicut vinum non temperatum admixtione aquæ, mentem alienat: Ita & scientia superbum facit, nisi fuerit charitate temperata. *Super epist. Pauli.*

Pii Pontificis, non vt pecuniæ, sic & scientiæ conseruatrix est auaritia: sed qui literas suas magis abscondit, is eas magis annihilat, *Lib. Epistolar. epist. 90.*

Eruditio amplissima est supellex, & hæreditas principatu melior: opes & potentatus & huius honores sæculi, bona fortunæ sunt fluxa, mutabilia, caduca, quæ vt fortuna fulr, huc atq; illuc ferantur, Illa enim mortale genus quasi in ludo habet, & hunc deprimit hominem, illum extollit. Nec enim magnum, ex figulo regem, & rursus ex rege figulum facere. At animi bona, quę sunt, Continentia, Castitas, Fortitudo, Iustitia, Moderatio, Intellectus, Ingenium, Memoria, &c. stabili quodam nexu adhærent homini, nec auferri à nobis nisi cum vita possunt: hæc vere nostra sunt bona, hæc dum luce inter mortales fruimur, vitam præstant suauiorem, postquam migramus ex hoc sæculo, spem dant felicitatis æternæ. *Epist. lib. 9. epist. 105.*

Sunt scientiæ sicut & lumina: qui de suo lumine lumen accendit, sed sibi retinet lucem, & accipienti tenebras aufert. *Epistol. æ. lib. epist. 120.*

Plutarchi. Vt agricolæ lubentius vident spicas inclinatas, quam erectas in altum: nam illas onustas fructu intelligitur, has inanes: Sic adolescentes priusquam profecerunt in philosophia, tument: vbi doctrinæ fructum perceperint, submittunt sese. *in Moral.*

Senecæ. quærimus nonnunquam eos, quibuscum sumus: Ita quidam quod sciunt, se scire nesciunt. *apud Eras.*

Vide, Ars, Disciplina, Philosophia.

Scortum, Scortatio.

¶ Definitio et etymol.

Scortum, Græce πόρνη, πόρνος, & πορνεῖον, scortor dicitur. Est autem scortum meretrix, vel quod sicut pelliculæ subigātur, cum solum calceamentorum omnibus subiectum sit, vel quod in grabatulis pelles stratas tenere consueuissent. Hinc scortor, meretricor: & scorteum, quicquid ex pelle est. Heb. *Zonach.* vide Meretrix.

¶ Loci Biblici.

Scortatio damnatur, *Exod.* 20. 14. *Deut.* 23. v. 17, 18. *Prou.* 5. v. 5. & 6. 9. 24. 25. & 7. 5. & 9 v. 13, 19. & 31. 3. *Matth.* 5. v. 27, 28. *Act.* 15. 20. *Ro.* 1. 9. 28, 29. & 13. 13 1. *Cor.* 6. v. 15, 16, 18. & 10. 8. 2. *Cor.* 12. 21. *Gal.* 5. 19. *Eph.* 5. 3. *Col.* 3. 5. 1. *Thess.* 4. v. 3. 4. 5. *Heb.* 13. 4. *Iud.* 2. 11. *Apoc.* 2. 14. non solum in opere externo, sed & in affectu, *Exo.* 10. 17. *Matth.* 5. 28. scortatio pro adulterio, 9. 32.

Scortationis variæ species, *Matth.* 5. 28. scortationis mala. *Prima*, iram Dei prouocat. *Deut.* 22, 21, *Prou.* 23. 27. *Eccl.* 19. 3, *Ier.* 5 *Osea* 4, 14. 1. *Cor.* 6. v. 9. 13. *Coloss.* 3. 5 *Gebr* 13. 4 *Secundo*, corpus eneruat & facultates absumit. *Iob* 31. 12. *Prouerb.* 23. 27. & 29. 3. & 32. 3. *Eccl.* 9. 6. *Tertio*, infamiam adfert *Eccl* 9. 10 & 41, 21, scortationis etiam occasiones vitandæ. *Eccl.* 9. v. 4. 12 & 42, 12. scortationis pœna. *Deut.* 22. 21, *Ier.* 29. 23. *Ezech.* 22. 11. 1. *Corinth.* 5. 9. & 6. *Vers.* 9. 10. & 10. 8. *Eph.* 5. v. 5. *Apoc.* 21. 8.

¶ Sententiæ Poeticæ.

Faustus.

Non scortum est aliud nisi blanda & subdola Siren,
Quæ trahit humanum sub vada cæca genus.

¶ Apophthegmata.

Antisthenes Athenienſis cum his mulieribus conſuetudinem habendam dixit, quæ beneficium beneficio penſent, & quæ gratiam habituræ ſint. Sentiens, abſtinendum à meretricibus, quæ pretio & pecunia venduntinhoneſtam voluptatem, necpariunt nec amant mutuum: aut à valetudinariis, deformibus & male moratis, quæ gignunt fœtus pœnitendos. *Eſtus dicterium extat apud Laert. lib. 6. c. 1.*

Diogenes ſcorta dicebat eſſe regum reginas, quod ab his quicquid oſtibuiſſet peterent & impetrarent. Nam ideo regum reginas appellabat, non quod eſſent pares vxoribus: ſed quod in ipſos reges regnum exercerent. Reges à populo non ſemper obtinent quod exigunt, at ſcorto nihil negatur. *Laert. l. 6.*

Idem formoſa ſcorta ſimilia dicebat muſco lethalibus venenis temperato, quod adferrent quidem initio voluptatem, ſed quam perpetuus dolor conſequeretur. *ibid.*

Idem conſpiciens quendam meretrici ſupplicem, vt impetraret quod petebat: Quid, inquit, tibi vis miſer? præſtat non impetrare quod rogas. A ſcorto reuci præſtat, quam admitti. Et tamen pleriq; animi & corporis iacturam ambiunt inſtanter, & magno emunt. *ibid.*

Idem, irridebat eos, qui cellas præmptuarias obſeruant vectibus, ſeris & ſignaculis: corpus autem ſuum multis feneſtris & ianuis aperiunt, per os, pudenda, aures & oculos. *Stob ſermo. de intemperantia.*

Socrates, necignem veſtimento occulere poſſibile eſſe dicebat, nec ſcortationem fœdum peccatum tempore. *Eod ſer.*

Maſſinius, extrema dicebat eſſe impudentiæ in ſubeundis vel inſtituendis laboribus meminiſſe imbecillitatis corporum, erga voluptates autem (id eſt, crapulam & ſcortationem) obliuiſci, *Ibidem.*

Crates viſa aurea imagine Phrynes ſcorti Delphis erecta, exclamauit: Ex Græcorum incontinentia trophæum. *Plut.*

Plutarch. ſcortationem deteſtatus, appoſite dicebat, ſcortationē veluti alloquens: An coram omnibus ſcortari? Imo tu teipſum etiam reuentus fugis, noctu ſolum & tenebris ſine teſtibus contumeliam & libidinem committens, nemo quippe honeſtis actionibus caliginem obtendit, lucem eam teſtem reformidans. Immo totum mundum ſolem eſſe optaret, erga ea quæ præclare agit. Vnumquodq; autem crimen nudum conſpicit cauet: prætexes affectus. Iis ergo amputatis, nudas intueamur voluptates. Sunt ebriæ ad ſtuporem, ſe ſtrantur perpetuo, dormiunt ad negotia, ciuitates negligunt, non curam gerunt parentum, non verentur leges. *Ex lib. contra voluptatem apud Stob ſer. 5.*

Demoſthenes. Fertur, aliquando Corinthum nauigaſſe Demoſthenem, illectum fama nobiliſſimi ſcorti Laidis, vt & ipſe famoſo amore potiretur. At quum illa pro nocte ſtipularetur drachmarum decem millia, deterritus magnitudine pretii mutauit ſententiā, dicens: ἐκ ἀγοράζω τοσούτου τὸ μεταμέλεσθαι, Non emo tanti pœnitere: ſignificans, inhoneſtæ voluptati paratam eſſe comitem pœnitentiam. *Eraſ. l. 4. apoph.*

Demetrii legati. quum legatis à Demetrio ad Lyſimachum miſſis Lyſimachus per otium narraret aliquando, quomodo coactus ab Alexandro cum ferociſſima leone colluctatus fuiſſet, & cicatrices oſtenderet in cruribus ac brachiis è ſeræ vnguibus relictas, legati dixerunt: Et noſter rex graues feras: Lamiæ morſus in collo geſtat. Notantes ſuauiorem amatoriorum veſtigia, ſimul alludentes ad Lamiam belluam. *Plut.*

¶ Exempla Biblica.

Scortationis punitæ *exempla*: Sodomitæ, *Gen.* 19.24. Sichimitæ, 34. *v* 25. Iſraelitæ, *Num.* 25. ℣. 1. *&c.* Iſraelita quidam, *v.* 6. Beniamitæ, *Iudic.* 20. *v.* 44. filii Heli, Ophni & Phinees, 1. *Sam.* 2. *v.* 22. 25. & 4. ℣. 17. Iſraelitæ, *Ier.* 5. ℣. 7.

Inter veteres Gallos pro diuisione prædæ orta seditio vsque adeo processit, vt non solùm prædæ, verum etiam imperii magnam partem amiserint: quod frequenter Gallis accidere consueuit, ob immoderatas eorum crapulas atque ebrietates. *Polyb. l. 2.*

Menenius Agrippa, vir facundus & plebi charus, in castra militum Romanorum tumultuantium intromissus, prisco illo dicendi & horrido modo nihil aliud quam hoc narrasse fertur: Tempore quo in homine non, vt nunc, omnia in vnum consentirent, sed singulis membris suum cuique consilium, suus sermo fuerit, indignatas reliquas partes sua cura, suo labore ac ministerio ventri omnia quæri, ventrem in medio quietum nihil aliud quam datis voluptatibus frui, conspirasse inde, ne manus ad os cibum ferrent, nec os acciperet datum, nec dentes conficerent, hac ira dum ventrem fame domare vellent, ipsa vna membra, totumque corpus ad extremum venisse, inde apparuisse ventris quoq; haud segne ministerium esse, nec magis ali quam alere eum, reddentem in omnes corporis partes hunc quo viuimus vigemusque, diuisum pariter in venas confecto cibo sanguinem. Comparando hinc quam intestina corporis seditio similis esset iræ plebis in Senatum Romanum, seditiosorum mentes flexit. *Liu. Decad. 1. l. 2.*

Ea est humanarum felicitatum alioqui in conditio vt momentaneæ sint, inque diem durent: ac quanto quis maiora ab his incrementa accipit, tanto facilius auræ instar concidit: idque præcipue in seditionibus. Quippe homines qui in perturbatis fluctuantibusque rebus versantur, parum aut nihil potius ab iis differunt, qui tempestate iactantur, eodem enim modo susque deque & in omnes partes abripiuntur: ac, siquid eos vel minimum fefellerit, prorsus submerguntur. *Dion. l. 28.*

In seditionibus & bellis omnia præter rationem eueniunt, vbi non iure, sed vtilitate sua ac necessitate amicos inimicosque suos, ii, qui rerum potiuntur, æstimant, ac pro opportunitate temporis coercen, & hostes & necessarios suos iudicant. *Idem l. 48.*

Nullum satis validum imperium est coercendis seditionibus populi, malitia hominum vt cæremonias Deum protegentis. *Tacit. Ann. l. 3.*

In seditionibus accidit, vt vnde plures erant, tandem omnes sint. *Idem hist. l. 1.*

Acerrima seditionum ac discordiæ incitamenta: homines sanguinarii, scelere & metu vecordes, miscere cuncta, modo palam turbidis vocibus, modo occultis ad principem literis. *Idem l. 2.*

Minore spe veniæ crescit vinculum sceleris. *Idem l. 4.*

In communibus iniuriis exercitus seuerius puniuntur. *P. Diacon. in Mauritio.*

In seditionibus omne genus hominum confluere solet. *Procop. de bell. Vand. l. 2.*

Intestinæ seditiones continuo ex nimia felicitate nascuntur. *P. Ionius hist. l. 1.*

Interdum mouet tumultum ex diuersis locis collectus exercitus: & cum pugnare nolit, irasci se simulat, cur non ducatur ad bellum: quod ii præcipue faciunt, qui in sedibus ociose delicateq; vixerunt. Nam asperitate insoliti laboris offensi, quem in expeditione necesse est sustinere, præterea metuentes prælium, qui armorum exercitia declinant, ad eiusmodi præcipitantur audaciam. Cui vulneri multiplex medicina consueuit opponi, vt dum adhuc separati sunt, & in sedibus suis, tribunorum vel vicariorum, necnon etiam principum ad omnem disciplinam arctissima seueritate teneantur, nihilque aliud nisi deuotionem moderationemque custodiant. Campi cursionem (vt ipsi appellant) inspectionemque armorum assidue faciant, nullis commeatibus vacent. Ad nomen, ad signa obseruare non desinant. Ad sagittas iaciendas, ad missilia dirigenda, ad iactandos lapides vel funda vel manu, ad armaturæ gestum, ad vectes iactandos, pro similitudine gladiorum, punctim cæsimque feriendo, multo die, vsque ad sudorem, sunt frequentissime detinendi, &c.

Ita exercitati, & eruditi in sedibus milites, siue illi leuis armaturæ auxiliares, siue equites fuerint, cum ad expeditionem ex sedibus suis conuenerint locis, æmulatione virtutis, prælium magis quam otium esse habeant optare quam ocium. Nemo cogitat de tumultu, nemo seditione, nemo de arte vel viribus gerit.

Dux autem debet esse attentus, vt omnibus legionibus suis, turmis, cohortibus, xiliis vel vexillationibus, à tribunis, vicariis, principibus, ducibus, turbulenti vel seditiosi sunt milites, non pro inuidia sed pro rerum veritate cognoscat, eosq; prudentiori consilio ab exercitu gatos à castris, ad agendum aliquid, quod ipsis prope tabile: aut ad castella vrbesque deputet muniendas, das, tanta subtilitate, vt cum abiiciuntur, videantur quam enim ad contumaciam pari consensu multitudo sed incitantur à paucis, vitiorum scelerumque imparant peccare cum plurimis.

Quod si fieri medicinam necessitas extrema perfuit est, more maiorum, in autores criminum vindicari, metus, ad paucos pœna perueniat. Laudabiliores quorum exercitus ad modestiam labor & vsus inflexit. quorum milites ad obedientiam supplicioruum formalit. *Veget. l. 3. c. 4.*

Seditionum & seditiosorum in ciuitatibus ciuili bello luculenta descriptio.

Græciæ vrbibus acciderunt multa atque atrocia in ciuili quæ solent fieri & fient semper donec eadem erit hominum magis aut minus crudeles & variæ, vt mutationum ciuitatum erunt. Nam in pace & rebus secundis vniuersæ ciuitates homines mentes habent saniores. Quia non cogit necessitas rere vitæ præsidia modis: sed bellum copiam quotidianam trahens, violentus magister est, & ad præsentes occasiones rum impetus incitat. Itaque ciuitates seditionum plenæ posteriora, cum prius facta audirentur, superabant consiliorum, cum in excogitandis artibus opprimendi in pœnarum crudelitate. Vsitata rerum nomina permutabantur. Prætextus causa, furiosa temeritas nominabatur fortis delis: considerata cunctatio nominabatur timiditatis modestia ignauiæ velamentum: circumspectio in vniuersis ties dicebatur: præceps audacia, generositas: ex tuto re, tergiuersatio: accendens odia, fidelis: contradicens cui insidiæ successerant, astutus, qui sibi insidias struxerat hic astutior: qui nolebat esse in partibus, dissolutus aduersarios formidans: quisquis alterum anteuertit laudabatur sic etiam qui id consilium dederat non cognati minus familiares erant aliis coniuratis, quia videbantur ad quoslibet impetus sine excusatione. bant talia sodalitia legitimæ vtilitatis causa: sed iusta cupiditate, & inter se fideles erant, non iure diuino, tate scelerum, & quæ bene dicebantur ab aduersariis non ingenuitate, sed metu, cum ipsis proderant. cisci eum, qui iniuriam fecisset, quam nulla iniuria Iuramenta, induciarum propter præsens periculum quia nulla alia præsidia erant: sed cum altera pars videns aduersarios non munitos esse, dulcius erat duciarum nocere, quam aperte aliquid mouere: idque esse tutius, & victoria fraudulenta sapientiæ laudem Improbi nominabantur industrii, boni, hebetes: quorum probrum erat, alterum gloriosum. Horum omnium cupiditas iniustæ potentiæ & dominationis: inde contentiones ter partes oriebantur. Nam potentiores in ciuitatibus honesto nomine, alteri statum popularem, alteri aristocratiam tuentes: verbis quidem de Republica re ipsa tanta erat acerbitas odiorum, vt alii alios pœnis parentur, & in pœnis finem statuebant, non iustitiam tem ciuitatis, sed potius quam vtrique voluptatem, demnatione per iniusta suffragia, seu iniustoria vi sariis, æmulationi & cupiditati contentionis morem neutris curæ erat pietas: sed qui honesto colore aliquid erant laudabantur. Medii ciues ab vtraque partium quod non tulissent illis aut istis, partim inuidia, ctenus fuissent incolumes. Adeo propter seditiones Græcia omne genus scelerum extitit. Simplicitas maxime est in bonis naturis, cum risu explodebatur: re inter se, obseruare alios, & omnia suspiciose depraua ria erat. Nulla enim oratio firma neque iuramentum ad reconciliationem prodesset. Quia enim altute tur, nullam pacem firmam fore, prospicere malebant, paterentur, quam aliis confidere. Ac stulti sæpe erant quia cum metuerent insidias, & timerent fore vt astutiæ rentur, ipsi priores audacter vim inferebant. Sapienro etiamsi pericula præuidebant, tamen quia exstirpandis tentanda esse, quæ possent consilio obtineri imparati oppri tur. *Thucyd. l. 3.*

Qui in bello contra Imperatorem suum seditionem is in suam ipsius salutem seditiosus est. *Xenophon de exped. lib. 6.*

...ilius consul, senibus remediis aptior, concitatos animos ...ratis frangi putabat eum tutius, tum facilius esse. *Liu. De-*

...ebus quietа mouere, magna merces videtur, *Salluſtius de ...Catil.*

...ma quisque asperrime rectorem patitur, *Idem, orat. ad ...*

...ere cuncta, & priuata vulnera Reipublicæ malis operire ſta- *Tacit. hiſt. l.1.*

...ſſimus quiſque ignauus. *idem, lib.4.*

...ditiosorum animis ...fides, non constantia, non gratitudo ſeditioſorum animis ...ſtes, promittet eos præſentis ſemper imperii, gaudent nouis re- ...rum in expectatione habent, leuitas illorum dux eſt atque ...ad extrema quæque flagitia. Non illos longæ pacis otium, ...non eorum qui in militia educati ſunt, relangueſcere animos ...non præſub principe laudato plurimæ diuitiæ, quarum co- ...mitantes delidiaq; eſſe conſueuit, non belli facies ipſa, quæ eo ...magis formidoloſa apparet, quo longior pax fuit: non ...egrorum ſecuritas, ad quos relictis oppidis commigran- ...eorum deſiderium quæ relinquenda ſunt remorantur.

Tacit. hiſt. l.1.

...ſtica ſeditioſorum exercitus bellis fractus ad extremum tan- ...laborauit, vt alii aliorum corporibus veſcerentur: numine ...nem dignam ſceleribus quæ in proximos patrarant infe-

Theſ. lib.1.

...udentis eſt ſperare, corruptiſſimo ſeculo: tantam vulgi mo- ...rem fore, vt qui pacem belli amore turbauerunt, bellum ...itate deponant, *Tacit. hiſt. l.2.*

...ſcit mirandum, ſi ſeruus ſeditioſus eo domino ſit ſuperior, ...um dominum, (nempe Deum) repudiet. *Zonar. in Gra- ...m.3.*

¶ Hieroglyphica.

...ris ſeditionis ſtudioſum hominem ſignificare qui volunt ...duas marinas ſe inuicem incurſantes pingunt. Videre enim ...ueras, tanquam gregis collegium celebrare, dimicare ...inter ſe cornibus, arietum modo, ac mutua flagellatione ...ſeuire. *Pier. l.28. c.54.*

...corporis humani eſt putridum membrum maturè abſcinde- ...ne pars ſincera trahatur, & ſocietatis humanæ (quam cupimus ...intereſſet, pernicioſos ciues, ſeditioſorum capita, tollere de ...malum paucorum ſerpat in totum corpus publicum. *Coll. Colleſt.*

...macerias & ædificiorum ruinas creſcunt herbæ noxiæ: & ...gorum ciuitatumque vaſtationes, caput tollunt ſeditioſi, ...pios, potentes, & bene meritos viros de gradu deiiciunt, ...ſitatibus, honoribus, vita crudeliter ſpoliant. *Anonym.*

Vide, Bellum, Diſcordia, Inimicitia.

Sedulitas.

¶ Definitio et Etymolog.

...ſtia particularis eſt virtus ſuum cuique tribuens. De publica ...non agimus. Priuata eſt, quam quiſque priuatim præſtare ...tenetur in iis rebus, in quibus peculiaris obligatio intercedit, id- ...eſt in ſua propria vocatione, vel in ſocietate. In propria vocati- ...one quiritur ſedulitas, quæ & diligentia, recta ſolicitudo, fidelitas, ...ſtinatio lenta dici poteſt. Conſiſtit in laudata & exacta præſta- ...tione officii, ſine dolo, ſine fuco & ſimulatione. Eam Horatius oſ- ...tiam cognominat. Græc. ἐπιμέλεια, ἀκρίβεια, ἀπραγμοσύνη. Hebr. *Schaah*, ſolicitudo, cura anxia, oculus mœrorem animo adferens: ...unde *Daagh* ſolicitus fuit, ſolicite metuit, anxie curauit. Affini- ...tem habet cum *Daabh*, tabuit, & *Saagh*, rugiit. nam ſolicitudo ...ſedulitas acris in officii præſtatione, homines efficit rabi- ...camoſos & moroſos. Hinc per metathesin, σπεύδω, σπουδάζω, σπου- ...ſolitus ſum, curo, σπουδή, cura, ſolicitudo, ſedulitas. 2. A verbo *Charedh*, trepidauit, motu corporis tremuit, loco conſiſtere non po- ...tuit, derivatur *Charadhah*, trepidatio, motus feſtinus. Ad ſedulita- ...tem, & diligentiam homines ad rem attenti, & motu continuo a- ...cti (*qui ne puet arreſter en place*) referitur. 3. *Schoked*, ſedulus, ...agens, a verbo *Schakadh*, vigilauit attente, excubias egit, attendit ...ſtanter. Cognationem habet cum *Schakat*, quieuit: nam vigi- ...les & ſedulos viros oportet eſſe mente compoſita, nec non alienos à ...tumultibus & ſtrepitu. Amygdalus, amygdalum, arbor & fructus, ...*Schaked*, nominatur, ab alacritate & maturitate ſedula, quia ante ...alios fructus protrudit atque præuenit cæteras arbores. 4. *Tamidh*, ...diuturnus, continuus, perpetuus, ſedulus. Hinc Ταμίζω frequento, ...Ταμὺς frequens.

Sedulitas verò virtus eſt per quam labores noſtri officii recte in- ...electos, libenter & diligenter exſequimur, vt Deo grata, homini- ...bus talia præſtemus. *Prou.12.4.5. Rom.12.11.2. Theſſ.3.10.* Requiritur præſertim in eccleſiæ paſtoribus, qui in rebus ſacris ſedulitatem ſummamq; diligentiam adhibere debere: *Leuit.19.6.7.* Hac virtute continemur in officio, ne eo deſerto fiamus errones, qui huc illuc vagantur, lautiorem captantes conditionem. Iubemur manere in vocatione noſtra, & munus nobis mandatum ſedulo implere. *Pſal. 37.3. & 128.2.1 Cor.7.24. Col.4.17.*

Sedulitati in officio faciendo ſtudendum eſt, 1. quia à Deo mandatur. *Gen.3.19. Rom.12.8. & 1. Theſſ.4.11.2.* Quoniam ad eam impellere nos debet vitæ noſtræ breuitas, mortis certitudo, Dei iudicium, *2. Cor.5.6. & c.3.* Etiam in hac vita vtilis eſt: facit enim ad rem parandam & abigendam paupertatem. *Prou.10.16.4.* Hoc præſtat, vt nos geramus decenter erga extraneos & proximos, & nullius indigeamus. *1. Theſſ.4.12. 5.* Quia ipſis etiam Gentilibus ſummopere probata fuit: Vndè apud illos admonitio, *Hoc age.* Oppoſita ſedulitati eſt deſidia, ignauia, curioſitas.

¶ Exempla Sacra.

Sedulitatis *Exempla*: Iudæorum redeuntium aduerſarii, *1. Eſdr.4. 23.* Iudæi reduces, *Nehem.4.23.* Ioſeph & Maria, *Matth.2.14.* Iudas proditor, *26.47.* Principes Sacerdotum, & ſeniores populi, *27 1.* Mulieres piæ, Maria Magdalena & aliæ Mariæ, *Luc 24. 1.* duo diſcipuli euntes Emaunta, *v.32.33.* Chriſtus, *Luc.4.v.42.43. Ioh.8.2.* Phariſæi, *7.v.30.31.32.* Maria Magdalena, *20 1.* Petrus & alter diſcipulus, *v 3.* credentes, *Act.2.44.* Sacerdotes & Magiſtratus, *4 1.* Apoſtoli, *5.21.* Iudæi, *9.v.23.24.* Petrus, *10.9.* Paulus, *15.v.35 36.40 21.1. & 20.31. Prouer. 20.13.*

Conſule titulum de Diligentia, Labore & Studio.

Senatus.

¶ Definitio et Etymolog.

Senatus, à ſenio, & à ſinendo: quod Senatores & viri ætate & iudicio graues, & quia magiſtratibus non plus licebat quam Senatus permitteret, Græce βουλή, γερουσία Hebr. *Schahhar*, portæ quæ propter munitionem, iudicia, & Senatum eſt auſtera & formidabilis. Olim enim inter Iſraelitas ius dicebatur in portis ciuitatis. *Zekemim* etiam Senatores dicuntur, à verbo *Zakin*, Senuit, ſenex fuit.

Senatus eligatur ex triginta duodenariis, qui efficiunt. 360. idoneos ad diſtributiones. diſtributit enim quatuor partibus ſecundum nouagenarium ex ſingulis cenſibus proferant ſenatores nonaginta, & qui primi, ſecundi & tertii cenſus fuerint, prima, ſecunda & tertia die, proferat quicunque velit, aliter mulctetur mulcta prout viſum fuerit, quartus quarta proferat & liber ſit a mulcta qui non voluerit proferre, deinde qui ex ſecundo ac primo non profert, mulctetur, ita vt qui ex ſecundo cenſu eſt triplum primæ mulctæ perſoluat, qui ex primo quadruplum. qui ex tertio & quarto impunis ſit proferre nolit. Quinta die conſcripta, & obſignata nomina ferant magiſtratus omnibus ciuibus conſpicienda. ex his quiuis vir rurſus proferat: aut prima mulcta mulctetur, centum vero & nonaginta viris ex vnoquoque cenſu delectis dimidium horum ſorte probent, vt per annum ſint hi ſenatores. *Plat. de legib. dial.6.*

Senatores vt propriis in rebus verſentur, & res domeſticas bene componant, proinde duodecimam ipſorum partem in duodecim menſes diſtributam, vt vna vni menſi diſtribuatur, ad cuſtodiam conſtituemus. *Plat. de legib. dial.6.*

Senatores curam habeant vt ſi quis aliunde veniat, ſiue ex ipſa ciuitate accedat, prompte ipſum admittant, & ſiue quis nunciare aliquid velit, ſiue percunctari ex his quæ ciuitatem aliis ciuitatibus reſpondere conuenit, & ex his quæ pro reſponſione adferuntur, ſi ipſa ex aliis quid percunctata ſit: ſed & nouationum gratia, quæ omnis generis ſemper oriri ſolent, in ciuitate pariat, iidem ſint, vt maxime quidem non fiant: ſi vero fiant, vt celerrime ciuitas ſentiat, & curetur id quod factum eſt. Quapropter hanc præſidentem ciuitatis partem ſemper tum in conuentibus dominam eſſe oportet, tum in diſſoluendis his facultatibus quæ & ſecundum leges derepente accidunt ciuitati. *Plat. de legib. dial.6.*

Senator in ſenatu auctor eſſe debet ſententiarum Reipublicæ conducibilium, etiamſi parum iucundæ auditu fuerint, & aliis in concione adulationis relinquendo, contentus rebus vtilibus, increpans, admonens, caſtigans, non arrogantem inſanamque, ſed ſobriam libertatem proferens. *Phil. Iudæ. de Ioſeph.*

Senatus conſulta ſunt, quæ fuerunt ſenatus authoritate decreta. *Boeth. in topic. Cic. lib.2.*

¶ Adagia.

Amphictyonum conſeſſus, Ἀμφικτυονικὸν συνέδριον.

De frequente grauium virorum conuentu.

Legatus non cæditur, neque violatur. πρέσβυς ἐ τύπτεται, οὐδ' ὑβρίζεται.

Id iure gentium receptum eſt, vt legati publica fide veniant & redeant inuiolati.

Murus aheneus. *Horat.*

Hic murus aheneus esto:
Nil conscire sibi, nulla pallescere culpa.

Vsurpatur pro certo & immutabili animi decreto, schemate nimirum proverbiali.

¶ Emblema.

In Senatum boni Principis.
Dialogismus.
Emblema CXLV. Andr. Alciat.

Effigies manibus truncæ ante altaria diuum
Hinc residunt, quarum lumine capta prior.
Signa potestatis summæ, sanctiq; Senatus
Thebanis fuerant ista reperta viris.
Cum residunt æquis animis grauitate decori
Iuridicos, animo nec variare leui.
Cur sine sunt manibus? capiant, ne xenia, nec se
Pollicitis flecti muneribus sinant,
Cæcus at est Princeps, quod solis auribus absq;
Affectu, constans iussa Senatus agit.

Vide Magistratus, Princeps.

Senectus.

¶ Definitio: et etymol.

Senectus, Græce γῆρας, ατος τὸ, & γέρων, οντος, ὁ, senex, & γηράσκω, senesco dicitur. Hebr. *Zikenah, Psal.*71.9. *Zokunim*, dies omnes Senectutis, *Gen.*37.3. *Zoken*, Senium, *Genes.*48.10. *Zokana*, vetula *Zaken*, Senex. Item vir qui publico fungitur officio: Senator, à verbo, *Zaken*, Senuit, consenuit, senex fuit. Barba etiam *Zaken*, dicitur, quæ senes viros decet.

Est autem senectus, occasus vitæ. *secund. Cic. in Topicis.*

Senectus est vltima ætas durans aliquando tantum, quantum omnes aliæ ætates. *secund. B. Th. 4. sent. dist. 43. art. 3.*

Senex dicitur quasi seminex, hoc est, semimortuus, quod acta maiore ætatis suæ parte iam morti propinquior sit. Nam senex mortem significat. Sisenna, *Quonsam uecq; mea nex, neq; intercessio posse videtur illorum dementem reprimere audaciam.* Hinc deducitur, neco: quod est interficio. A sene senectus, senecta, & senium veniunt eiusdem fere significationis. A sene senatus dicitur quod & locum significat, in quo senatores conueniunt, & ipsos senatores. A senator senatorius deducitur, vt senatoria maiestas.

¶ Biblici Loci.

Seniorum vocabulum, non tam ætatis, quam dignitatis est, & eos designat, qui abiecto nonnunquam epitheto, potissimum in nouo testamento, dicuntur Seniores populi, penes quos, Sacerdotibus & scribis selectis adiunctis, erant iudicia: quæ Hebræi Græco vocabulo *Sanhedrin*, id est, συνέδρια vocant, vt ii plane sint πρεσβύτεροι, quos Latine eadem ratione senatores vocant, *Matth.*16.21 & 27.59. *Deut.*21.2. seniores pro maioribus, *Matth.*15.2. *Marc.*7.3. seniores septuaginta sibi allegit Moses, *Num* 11.16.

Seniorum præceptа, *Act.*16.4 visio. *Apoc.*4.4 senioribus traditur Deuteronomium, *Deut.*13.9 senes quomodo admouendi, 1 *Tim.*5.1 quales esse debeant, *Tit.*2.2 honorandi sunt, *Leu.*19.32 *Iob.*32.6 *Pro.*16.31. senibus florebunt, *Esa.*65.20 senum consilium non aspernandum, 1 *Reg.*12.8.

¶ Sententiae Biblicae.

Senectus virtuosa à bonis honoratur.

Coram cano capite consurge, & honora personam senis, & time Dominum Deum tuum. *Leu.*10.

In antiquis est sapientia, & in multo tempore prudentia, *Iob.*12.

Corona dignitatis senectus, quæ in viis iustitiæ reperitur. *Prouerb.*16.

Dignitas senum canicies, 20.

Senectus venerabilis est, non diuturna, neque annorum numero computata. Cani sunt sensus hominis, & ætas senectutis, vita immaculata, *Sap* 4.

Ne spernas hominem in sua senectute, etenim ex nobis senescunt. *Eccl.*8.

Quam spacioſum caniciei iudicium. Quam speciosa veteranis sapientia, & gloriosus intellectus & consilium. Corona senum multa peritia, & gloria illorum timor Dei, 25.

Tu loquere, quæ decent sanam doctrinam: senes vt sobrii sint pudici, prudentes, sani in fide, in dilectione, in patientia *Tit.*1.

A Deo remunerantur.

Adhuc multiplicabuntur in senecta vberi. *Psalm.*61.62.

Corona senum filii filiorum. *Prou.*17.

Vitiosa reprobantur.

Tres species odiuit anima mea, pauperem superbum, & diuitem mendacem, & senem fatuum, & insensatum, *Eccl.*25.

Per centum annorum morietur, & peccator centum annorum maledictus erit. 65.

Egressa est iniquitas de Babylone à senioribus iudicibus, qui videbantur regere populum. *Dan.*13.

Inueterate dierum malorum. *ibid.*

¶ Patrvm Sententiae.

Quum sibi homines optant senectutem, quid aliud optant, quam longam infirmitatem? *Aug. de catechizandis rudib.*

Sit senectus nostra puerilis, & puericia senilis, id est, vtraque senectus nostra sit cum superbia, nec humilitas sine sapientia, *ibid.*

Oportet vt senilis sermo non solum sit grauis, sed etiam [illegible] *in serm.*

Infantia nostra innocentia sit, puericia sit reuerentia, adolescentia patientia, iuuentus virtus, senium meritum, senectus nihil aliud quam canus sapiensque intellectus. *ibid.*

Cum cuncta vitia in sene senescant, sola auaritia iuuenescit.

Quid naturam accusas? ô homo: habet illa impedimenta senectutis, senectutem & infirmitatem: sed senectus ipsa in bonis moribus dulcior, in consiliis subtilior ad constantiam subeundæ mortis potior, ad reprimendas libidines fortior: Infirmitas corporis, sobrietas mentis est. *Am. in hex. lib.*1.

Pascha, Hebraice dicitur transitus, sc. quia per hoc mysterium de peioribus ad meliora transitur. Bonus transitus est, de peioribus transire ad iustitiam, de vitiis ad virtutes, de senectute ad iuuentutem, infantiam autem dico, non ætatis, sed simplicitatis, *Pascha.*

Ætates quædam sunt meritorum. Nam & senectus [illegible] inuenitur in pueris, & innocentia infantium inuenitur in [illegible] *ibidem.*

Nemo enim tam fractis viribus & decrepitæ senectutis est, qui non se putet vnum adhuc annum esse victurum. *Hieron. ad eam epist.*

Omnes pene virtutes corporis mutantur in senibus & crescit sola sapientia, decrescunt cæteræ vires. *in epist. ad Nepot.*

Senectus eorum, qui adolescentiam suam honestis [illegible] struxerunt, & in lege Domini meditati sunt die ac nocte, [illegible] doctior, viu certior, processu temporis sapientior, & veterum bidiosorum fructus dulcissimos metit. *ibid.*

Inter abusiones huius seculi, sola mala senis obstinatio, qui mihi proximus, mortis non abhorret aduentum, qui quasi ad [illegible] huius mundi positus, foris spectat, nec tamen vitæ præsentis [illegible] dit egressum, nec futuræ considerat. Audit nuntios mortis [illegible] dere non vult eis. Tres sunt enim nuntii mortis. Casus, infirmitas, senectus Casus dubia, infirmitas grauia, senectus certa nuntia. Casus nuntiat mortem latentem, infirmitas apparentem, senectus præsentem. Ex incertitudine mortis timor, ex infirmitatis grauitate color, ex certitudine senectutis non obstinatio, sed officiosa militias sequi deberet. *Hugo de claustro anima lib.*2.

Canities tunc est venerabilis, quando ea gerit, quæ canitiem decent: quum vero iuueniliter senex conuersatur, plus iuuenibus ridiculus erit. *Chrys. sup. epist. ad hom. serm.*7.

Plus omnibus religiosi operam dare senibus conuenit, quos [illegible] sentis seculi florida ætas transacta deseruit. *Cyprian.*

Quis stolidus fieri potest, si mens ad perfectionem festinet [illegible] contendat? quando totius corporis habitu senectute [illegible] mo ad interitum properat, dum oculi caligant, aures grauantur, [illegible] unt, capilli fluunt, facies in pallorem mutatur, dentes lapsi [illegible] minuuntur, cutis arescit, flatus non suauiter oleat, pectus [illegible] tur, tussis cachinnat, genua trepidant, talos & pedes tumor [illegible] Homo interior qui senescit, his omnibus aggrauatur, & hæc [illegible] ruituram iam domum nostri corporis cito prænuntiant.

Quid superest, nisi dum huius vitæ defectus appropinquat, [illegible] aliud cogitate, quam quomodo futuræ aditus prosperatus [illegible] prehendatur, quisque senex appetat? Iuuenibus enim incertus [illegible] ius vitæ terminus instat: senibus vero cunctis maturior exitus [illegible] recessus. Cauendæ ergo sunt homini duæ particulæ, quæ in [illegible] carne non veterascunt, & totum hominem ad peccandum [illegible] cor videlicet & lingua. *ibid.*

Sicut non sunt omnes viuentes pari modo vel feruentes [illegible] vel disciplinis ac moribus optimis instituti; ita nec senes [illegible] cuncti vno modo, vel perfecti possunt, vel probatissimi reperiri. uit: æ enim senum non sunt canities capitis, sed industria [illegible] tis, ac laborum præteritorum stipendia metiendæ. *In Coll. abbatis Moysi. secunda, c.*12.

Non omnium seniorum, quorum capita canities tegit, [illegible] vitæ longæuitas sola commendat, nobis sunt imitanda vel [illegible] spectanda, seu traditiones ac monita suscipienda, sed eorum laudabiliter vitam suam, ac probatissime compertus in [illegible] signasse, nec præsumptionibus propriis, sed maiorum [illegible] bus institutos. *ibid.*

Sunt nonnulli, quorum etiam quod est lugubrius maior [illegible] ne dubio reperitur: qui in tempore tuo, quæ ab adolescentia [illegible] conceperunt, atque ignauia senescentes, autoritatem sibi [illegible] turitate morum, sed annorum numerositate, conquirunt. *ibid.*

Nihil est quod senectuti magis noceat, ac dies homines [illegible] et, quam tristitia, languor animi atque ira. Nihil enim est [illegible] nectute iucundius. *Cass. in quadam epist.*

¶ Sententiae Poeticae.

Phocylides.

Αἰσθάνεται παλιγκοτῶν ἄφρων, εἰκεῖν δὲ γήρασιν
Ἔργον γὰρ γήρεως πάντων γενεῇ σὺ μάλιστον.
Time are tana tempora habentes, cede senibus
In sedendo & in officijs in omnibus nobilitatque aqualiter.
Τιμᾶν ὁμοίως πατρὸς ἴσως τιμᾶι γήρεως.
Honorem tuum patris aqualibus honoribus honora.

Menander.

Ἀστὶν ἀφανὲς γῆρας ἰσχὺν σώματος.
Senem deler senectus cum corporis.
Τοὺς δ' ἀμείνους εἰσὶ τῶν γερόντων.
Sententia autem meliores sunt seniorum.
Καλὸν γὰρ γῆρας καὶ τὸ μὴ γῆρᾶν πάλιν.
Pulchrum senescere, & non senescere rursus.
Χαίρειν ἄνδρ' ἔξεστιν ἐν νέοις γήρᾳ.
Licet vir est inter iuuenes senex.
Μόνον χρόνε μάντις, ὀ φρονῆσεως.
Canities temporis indicium non prudentia.
Φύσεις γήρως, ἃ γὰρ ἔχεται μόνον.
Tuus senectutem, non enim venit sola.
Ἔκλυτοι τοῖς γήρεσι τοῖς ἀνθρώποις βάρος.
Difficile senectus est hominibus onus.

Philo.

Αἱ πολλαὶ συνῆλθον γήρασι τῷδε, οἱ γὰρ ἄτερ νέ,
Μᾶλλον τῶν πολλῶν εἰσιν ὀνειδος ἔτων.
Canities cum mente honorabiliores. Quæ enim sine mente,
Magis multorum sunt & superiorum annorum.

Menacretes.

Τέρας ἐστὶν μὴ ἀπὸ πάσης ἐυχαίας. ἢν δὲ ποτ' ἐλθῇ,
Μισθὸν τὰ μὴ ἔτι οἱ ἀεὶ κρείσσον ὀφειλομένου.
Senectus dum quidem abest, quilibet optat. Si vero unquam
quam accesserit,
Accusatur. Est autem semper melius debitum.

Euripides in Phœnissis.

Ὀρθοῖ, κἀπάντα τῶν γήρᾳ κακῶν
Ὕβριν, ἀλλ' ἀμπειρία τῶν γερόντων
Ἐχυρὸ δέδοχε τῶν νέων σοφώτερον.
Quia non omnia mala senectus
Affert, sed experientia senum
Plus sapientia demonstrare potest, quam iuuenes.

Idem in Bellerophonte.

Ὀρθοῖ νὴ τὸ θεῖον μὴ ἔντονος χέρες.
Τοιοῦσι δ' ἀμείνους εἰσὶ τῶν γερόντων.
Ὀρθὸς χέρσος ὁ δ' ἄπρακτος ποικίλων πόνων.
Ossa, manus quidem iuuenales ad agendum robusta sunt
Seniorum autem sententia sapientia præstant.
Tempus enim multam & varium doctrinam parit.

Menander Comicus.

Quamuis cetera longum tempus nobis auferre
Soleat prudentiam tamen firmiorem facit.

Euripid. in Menalippe.

Παλαιὸς ἄνδρ' ἔρχ' μὴ νεανίαν,
Βραδὺς δ' ἰσχὺν τῶν γερόντων κράτος.
Verum hoc dictum est. Opera quidem iuniorum,
Consilia autem seniorum esse habere.

Idem in Peleo.

Senectus o fili iuuentibus annis.
Sapientior est, atque tutior.
Experientia vincit imperitiam.

Sophocles in Tyrone.

Τὸν δὲ πάντα χρόνον πάντα φέρει καὶ κρύπτει τέλος.
Senectus omnia docet mores que temporis.

Crates ex Antiphane.

Ὑπερβάλει μὲν γῆρας ὡς πικρὸν μέγας
Οὐμὸς τυχὸν, δάκτυλος ὃν δ' ἐγὼ λέγω,
Οὐ πάντες ἐπιθυμοῦμεν, ἀν δ' ἔλθῃ ποτέ,
Ἀνθρωπ', οὕτως ἐσμὲν ἀγχέφιλοι φύσει.
Τὸ ζῆν γὰρ ἅπασ ἐστὶν ἡδονὴ τοῖς
Exprobrasti mihi senectam ceu magnum malum:
Quam qui non assecutus fuerit, morte multatur.
Quam omnes desideramus. At si quando venerit,
Ægre ferimus, adeo ingrati naturæ sumus:
Nullus enim tam diligit vitam quam qui senescit.

Antiphanes ex Philoctete.

Σοφὸν γάρ ἐστι πρὸς τὸ βιοῦσθαι τὸ γῆρας,
Τὸ γῆρας, ὡς δὲ πολλ' ἰδὼν τὸ γῆρ μανθάν.
Sapientia nonnihil ad consultationes habet
Senectus, ut qua multa viderit atque didicerit.

Corn. Gallus.

Stat dubius, tremulusque senex, semperque malorum
Credulus, & stultus qua facit ipse timet.
Laudat præteritos, præsentes despicit annos,
Hoc tantum rectum, quod facit ipse putat.

Erinna.

Hæ sunt primitiæ mortis, hæ partibus ater
Defluit & pigris grassibus ima petit.
Non habitus, non ipse color, non gressus eundi,
Non species eadem, quæ fuit ante manet.
Labitur ex humeris, demisso corpore vestis.
Quæq; breuis fuerat, tam modo longa mihi est.
Contrahitur, miregi, modo decrescimus ipsi:
Diminui nostri corporis ossa putes.
Nec cœlum spectare licet, sed prona senectus
Terram qua genita est, & reditura videt.
Fitq; tripes, prorsus quadrupes, vt paruulus infans.
Et per sordentem flebile serpit humum.
Ortus cuncta suos repetunt, matremq; requirunt,
Et redit ad nihilum, quod fuit ante nihil.
Hinc est quod baculo incumbens ruitura senectus,
Assiduo pigram verbere pulsat humum.
Et numerosa mouens certo vestigia passu,
Talia rugato creditur ore loqui:
Suscipe me genitrix, nati miserere laborum,
Membra velis gremio fessa fouere tuo.

Ouid. 15. Met.

Inde senilis hiems tremulo venit horrida passu,
Aut spoliata suos, aut quos habet alba capillos.
Nostra quoq; ipsorum semper requiesq; sine vlla
Corpora verumur, nec quod fuimusue, sumusue,
Crastinus erimus.

Ouid. 14. Met.

Sed iam felicior ætas
Terga dedit, tremuloque gradu venit ægra senectus.

Corn. Gallus.

Se solum doctum se iudicat esse peritum,
Et quod sit sapiens despicit ipse magis.
Multa licet nobis referens, eademque reuoluens
Horret & alloquium conspuit ipse suum.
Deficit auditor non deficit ipse loquendo.
O sola fortes garrulitate senes!
Omnia nequid quam clamosis vocibus implet.
Nil satis est: horret, quæ placuere modo.
Arridet de se ridentibus ac sibi plaudens
Incipit opprobrio lætior esse suo.

Corn. Gallus.

Turpe seni vultus mitis, vestisque decora,
Atque etiam est ipsum viuere turpe senem.
Crimen amare socer, crimen consilia, cantus.
O miseri! quorum gaudia crimen habet.

Ouid. 8. Met.

Membra leuant baculis, tardique senilibus annis
Nituntur longa vestigia ponere cluio.

Calpur. Ecl. 5.

Aspicis, vt nobis tam pridem mille querelas
Adferat, & baculum premat inclinata senex tua.

Horat. Art.

Multa ferunt anni venientes commoda secum,
Multa credentes adimunt.

Corn. Gallus.

Tu me sola tibi subdis miseranda senectus,
Cui cedit quisquis vincere cuncta potest,
In te corrumus: tua sunt quæcunque fatiscunt,
Vltima quæque tuo conficis ipsa malo.

Chilon per Auson.

Grata senectus homini, qua partu iuuenta.

Iuuenal. 11.

Non pramaturi cineres, nec funus acerbum
Luxuria, sed morte magis metuenda senectus.

Ter. l. hor. 4. 1.

Senectus ipsa est morbus.

Hor. Art.

Multa senem circumueniunt incommoda, vel quod
Quærit, & inuentis miser abstinet, ac timet vti:
Vel quod res omnes timide gelideque ministrat,
Dilator, spe longus, iners, auiduſque futuri,
Difficilis, querulus, laudator temporis acti
Se puero, censor, castigatorque minorum.

Iuuenal. 10.

Sed quam continuus & quantis longa senectus
Plena malis: deformem & tetrum ante omnia vultum
Dissimilemque sui deformem pro cute pellem,
Pendentesque genas & rarescentia adspice crura.
Quales vmbriferos vespandet Tiburis agros,
In vetula scalpit iam mater simia bucca.
Plurima sunt iuuenum discrimina: pulchrior illa
Hoc atque illo multum hic robustior illo.
Vna senum facies, cum voce tremente labra,
Et iam leue caput, madidique infantia nasi.
Frangendus misero gingiua pœnis inermi.
Vsque adeo grauis vxori gnatisque sibique
Vt captatori moueat fastidia Cosso.

Non eadem vini, atq; cibi torpente palato
Gaudia.

Ibidem.

Præterea minimus gelido iam corpore sanguis
Febre calet sola: circumsilit agmine facto
Morborum omne genus, quorum si nomina quaras,
Promptius expediam, quot amauerit Hippia mœchos,
Quot Themison agros tot sumpserit occiderit vno,
Quot Basilius socios, quod circumscripserit Hirrus
Pupillos.

Ibidem.

Ille humero, hic lumbis, hic coxa debilis ambos
Perdidit ille oculos. & luscis inuidet, huius
Pallida labra cibum capiunt digitis alienis.
Ipse ad conspectum cœnæ deducere rictum
Suetus, hiat tantum: ceu pullus hirundinis, ad quem
Ore volat plena mater ieiuna, sed omni
Membrorum damno maior dementia: quæ nec
Nomina seruorum, nec vultum agnoscit amici,
Cum quo præterita cœnauit nocte, nec illos,
Quos genuit, quos eduxit.

Ibidem.

Vt vigeant sensus, ducenda tamen sunt
Funera gnatorum, rogus aspiciendus amatæ
Coniugis, & fratris plenæq; sororibus urnæ
Hæc data pœna diu viuentibus, vt renouata
Semper clade domus multis in luctibus, inque
Perpetuo mœrore, & nigra veste senescant.

Boeth. II.

Venit enim properata malis inopina senectus,
Et dolor ætatem nosse inesse suam.
Intempestiui fundantur vertice cani,
Et tremit effæto corpore laxa cutis.

Ouid. 1. Art.

Ventura memores tam nunc effuge senecta,
Sic nullum vobis tempus abibit iners.

Ter. Hec. 3. 4.

Odiosa est hæc ætas adolescentulis.

Hor. 2. Epist. 2.

Non es auarus, abi, quid, cætera iam simul iste
Cum vitio fugere? caret tibi pectus inani
Ambitione? caret mortis formidine, & ira?
Somnia, terrores magicos, miracula, sagas,
Nocturnos Lemures portentaq; Thessala rides?
Natales grate numeras? ignoscis amicis?
Lenior, & melior fis accedente senecta?
Quid te exemptat iuuat spinis de pluribus vna?
Viuere si recte nescis: decede peritis.
Lusisti satis: edisti satis: atque bibisti:
Tempus abire tibi est: ne potum largius æqua
Rideat, & pulset lasciua decentius ætas.

Propert. 2. 25.

Miles depositis annosus sedulat armis,
Grandæuique negant ducere arat a boues.
Putris, & in vacua requiescit nauis arena,
Et vetus in templo bellica parma vacat.

Ter. Adelph. 5. 3.

O noster Demea!
Ad omnia alia ætate sapimus rectius:
Solum vnum hoc vitium adfert senectus hominibus:
Attentiores sumus ad rem omnes, quam sat est.

Iuuen. 10.

Rex Pylius magno si quidquam credis Homero,
Exemplum vitæ fuit a cornice secundæ.
Felix nimirum, qui per tot sæcula mortem
Distulit, atque suos iam dextra computat annos,
Quique nouum toties mustum bibit, oro parumper
Attendas quantum de legibus ipse queratur
Fatorum & nimio de stamine, cum videt acris
Antiochi barbam ardentem, nam quærit ab omni,
Quisquis adest, cur hæc in tempora duret,
Quod facinus dignum tam longo admiserit æuo.

Ouid. 5. Fast.

Magna fuit capitis quondam reuerentia cani:
Inque suo pretio grauitas senilis erat.

Iuuen. 13.

Improbitas illo fuit admirabilis æuo.
Credebant hoc grande nefas, & morte piandum,
Si iuuenis vetulo non assurrexerat, & si
Barbato cuicunque puer, licet ipse videret
Plura domi farra, & maiores glandis acernos.
Tam venerabile erat præcedere quatuor annis,
Primaque par adeo sacra lanugo senectæ.

Ouid. ad Liuiam.

Ipse tibi emissus nebulosum lustrat Auernum:
Sic liceat, fortis verba tot ore sonet.

Quid numeras annos? Vixi maturior annis
Acta senem faciunt hæc numeranda tibi.

Sen. Hipp. Act. 2.

Latitia iuuenem, frons decet tristis senem.

Ouid. 9. Met.

Iura senes norint, & quid liceatque nefasque,
Fasque sit inquirant, legumque examina seruent.

¶ Sententiæ Philosophicæ.

Iucundissima est ætas deuexa iam non tamen præceps.

Amplectenda est & amanda senectus, plena est voluptatis scias vti. Gratissima sunt poma cum fugiunt. Deditos vino extrema delectat. Quod in se iucundissimum hominis vitæ habet, in finem sui differt.

Nihil turpius quam senex, viuere incipiens. *Senec. ad Lucil. 21.*

Numera annos tuos, & pudebit eadem velle, quæ voluisti rantur ante te vitia.

Turpis & ridiculosa res est elementarius senex. Desine velle senex, quæ voluisti puer. Hoc opus sit, hoc cogitatio veteribus malis finem.

Quisquis senex ad sapientiam peruenit, annis peruenit.

Bene agitur cum senectute, si ad illam longo studiorum uenerit. *Idem in epist.*

Iuueni parendum, seni obtemperandum. *Idem libro, de nesic.*

Infantes ita bene sentire, id est, iudicare non possunt *Arist. lib. 7. Pysic.*

Puer, & multum senes sunt immemores, propter nu tum accidentem corporib, *idem lib. de Memoria & rem*

Senectus est frigida & sicca.

Labor exsiccat & senium inducit, vnde multum labora scunt magis.

Animalia multum cocuntia cito senescunt, quia sperm perfluitas nutrimenti, & amplius quam sustineri possit ex siccat. Et propter hoc mulus est lõgioris vitæ quam asinus d ex quibus fit, quia ipse non generat. *idem lib. de causa longi & breuitatis vitæ.*

Cõplexio iuuenum calida est & humida, senum vero frig & humida. *Commentator super Ari. de causa longitudinis & lutis vitæ.*

Proprium hominis est canescere senectute. *Idem libro, de malibus.*

In prima ætate & in seniori, & in infirmis sperma non est. *ca. 25.*

Senes increduli sunt, quia multis annis vixerunt, & a pa decepti fuerunt, & peccauerunt. *Arist. Eth. lib. 2. c. 16.*

Senes mali suspicioli sunt propter incredulitatem. Secundo amant valde, neq; oditint, propter inexperientiam. Sed in Biantis additionem, & amant vt oditur: & oditint vt amen

Senes sunt pusillanimes, quia humiliati sunt à vita.

Senes formidolosi sunt omnia pertimescentes.

Senes seruiunt lucro. *Arist. Eth. lib. 2. c. 16.*

Verecundia non conuenit omni ætati, sed tantum iuuenes verecundos laudamus, senem autem verecundum laudabit. *idem lib. 2. Eth.*

Potentia autem est in iunioribus, prudentia in seniori *lib. 7 Polit.*

Senes non fiunt amici cito. *idem lib 8. Eth.*

Interrogatus Solon philosophus: qua spe fretus, tam audisisteret Pisistrato tyranno? ait senectute. *Laert. Diogenes de morib. Philosoph.*

Vt hydra serpens, vires arboreas necat, ita vetustas amnorum necat. *Macrob. lib. 2. Saturn.*

Vetustas quidem nobis, si semper sapimus, adoranda est. *libr. 3.*

Non sunt in senectute vires, nec postulantur quidem nectute.

Quid mirum igitur in senibus, si infirmi sunt aliquando id ne adolescentes quidem effugere possint.

Pythagoreo more, exercendæ memoriæ gratia, quod dixerim, audierim, egerim: commemoro vesperi. Hæ sunt citationes ingenii, hæc curricula mentis. Semper enim in diis laboribusque viuenti, non intelligitur, quando obrepctus.

Nihil est otiosa senectute iucundius.

Habet senectus honorata præsertim tantam authoritat plus sit quam omnes adolescentiæ voluptates.

At sunt morosi, & anxii, & iracundi, & difficiles senes, si quet iam auari. Sed hæc morum vitia sunt, non senectutis. Co se putant, despici, illudi.

Quin etiam illa ætas multo plures quam nostra morbos facilius in morbos incidunt adolescentes, grauius ægrotbet: facilius curantur, itaque perpauci veniunt in senectutem.

enim ratio & consilium in senibus est, qui si nulli fuissent, omnino fuissent ciuitates.

ere adolescens diu se victurum, quod sperare idem senex ecillansipienter sperat. Quid enim stultius quam incerta pro beris, falsa pro veris?

meliore conditione quam adolescens, cum id quod ille spe eniendus est. Hic vult diu viuere, ille diu vixit.

quæ vero, quæ secundum naturam fiunt, sunt habenda in bo- Quid autem tam secundum naturam, quam emori seni-

ue adolescentes mihi mori sic videntur, vt aquæ multitu- mmæ vis opprimitur. Senex autem, sicut sua sponte nulla vi consumptus ignis extinguitur: & quasi poma ex arboribus illum, vi velluntur, si matura & cocta, decidunt.

tem ætatum certus est terminus, senectutis autem nullus terminus.

er superiorum ætatum studia decidunt, sic etiam occidunt

uerè senectus, non solum non molesta, sed etiam iucun-

liberati autem senes, nec difficiles, tolerabilem senectutem a-

ue enim in summa inopia leuis esse senectus potest.

ntissima sunt omnino arma senectutis, Scipio, & o Lælii artes moneque virtutum, quæ in omni ætate cultæ, cum diu quæque vixeris, mirificos afferunt fructus non solum, quia nquam deserunt hominem, ne extremo quidem tempore ætatis etiam id quidem maximum est) verum etiam quia conscien- actæ vitæ, multorumque benefactorum recordatio iucun-

iam quiete, pure & eleganter actæ ætatis placida ac lenis se-

entem vitia insipientes, & suam culpam in senectutem trans-

ibi igitur asserunt, qui in re gerenda versari senectutem ne-

ribus aut voluptatibus aut celeritate corporum res ma- gnarum, sed consilio, authoritate & sententia, quibus non mo- lo, sed etiam augeri senectus solet.

Consilium, ratio, sententia, constant in senibus, quæ nisi in illis summum consilium maiores nostri non appellassent senatum.

Grauitas est videlicet florentis ætatis, prudentia senectutis.

Memoria minuitur: credo, nisi eam exerceas, aut etiam si sis admodum tardior.

Senex vero quenquam senem audiui oblitum, quo loco thesaurum reposuisset. Omnia, quæ curant, meminerunt.

Maneant ingenia senibus, modo permaneat studium & industria. Non solum in raris & honoratis viris, sed in vita etiam priuata & communi.

Nemo est tam senex, qui se adhuc annum non putet viuere posse.

Quamquam senectus si nihil quicquam aliud vitii apporteret, cum hoc vnum id sat est, quod diu viuendo, multa quæ non vult, vi-

Ipse per se ipsa sibi audientiam, disertis senis copiosa & mitis

Quid enim iucundius senectute, stipata studiis iuuentutis?

Adolescentia enim & intemperans adolescentia, effœtum corpus facit senectuti.

Multi igitur exercitatio & intemperantia, etiam in senectute con- seruat aliquid pristini roboris, *Cic. lib. de Senectute.*

Omnia orta occidunt, aucta senescunt. *Sallust. in Iugurtha.*

Senectuti iuuentus ita cumulatum & circumspectum honorem dedit, tanquam maiores natu adolescentium communes pa-

Senatui ad cœnam diligenter quærebant, quinam ei conuinio non interfuturi: ne senioris aduentum discubitu præcurrerent: eoque mensa priores consurgere & abire patiebantur. Ex quo apparet, cœnæ quoque tempore quam parco, & quam mo- desto sermone his præsentibus soliti sint vti. *Valerius Maxim. li-*

Melior enim ætas imperium Romanum rexit, & duplicauit. Multis excellentissimis inuamentis decotata, in altissimo mate rio fastigio fuisse. *idem. lib. 4.*

Ad meam sententiam explicandam me confero, existimans non propter longum tempus & rerum per vitam actarum expe- rientiam errоribus non obnoxios esse: iuuenibus autem impe- rio esse ad bona tum vires corporis quibus illi freti, temere capessunt, & maiora appetunt: tum inconsiderationem & vilium. At qui fuerit mihi testis illorum, quæ dixit So- crati ensis, qui lege sanxit, ne quis admodum iuuenis ad ma- gistratu aut consultationes admitteretur, quamuis pruden- tissimus esset visus. Cæterum quod à cupiditatibus senes immunes sunt, & nihil amplius ab eis turbantur, hoc maximum & pul- cherrimum à diis donum hominibus datum esse reor, per quod diuinæ naturæ quodam modo similes fiant. Nam dii, *vt ait Homerus*:

Οὐ γὰρ σῖτον ἔδουσ' ἐρίνυσ' ἀίδηλα, οἶνον.
Non comedunt fruges, non potant feruida vina.

Senes autem à superfluis & molestis abstinentes, ipsorum vsu nihil egent, indigentiæ molestiis liberati, & frugalis animi rebusque suis contenti voluptate fruentes. Etenim ab impetu & appetitu in venerem ruente seiunctum esse, dii boni! quanta vtilitas & furoris molestiæque amissio dicenda est: quo tempore bruta & cupiditatibus obnoxia pars animæ sopita improbos dominos effugit: rationalis vero pars oculis animæ pulchritudinis voluptate fruitur: deinde inutilium lasciuarum rerum mentionem omnino facit nullam. *Iuncus de Senectute.*

Similiter & senectus ad iuuentutem se habet. Hæc aggrediendo quippiam præualet: illa prouidendo nunquam seipsum sine mentis custodia relinquit: sed quid agat, aut quid egerit, considerat: vt futura præsentium, præsentia autem præteritorum collatione scrutinans, ipsa sese recte dirigere possit: ad præteritum tempus memoriam accommodans: ad præsens, sensum: ad futurum vero prouidentiam. Semper enim memoria nobis adest præteriti temporis, prouidentia futuri: præsentis autem sensus. Propterea hominem bene beateq; victurum, non sensu solum & memoria, sed etiam prouidentia valere oportet. *Architas Pythagoricus Philosophus, in lib. de viro bono & felice.*

Atqui Sophocles de senibus eleganter dixit,

Σμικρᾷ παλαιὰ σῶματ' ἐνέσ ῥοπῇ.
Vetusta paruo corpora momento ipsa viuunt.

Mors enim senilis diuersorio similis est: inuenilis autem, tanquã eiectio & naufragium est. Elabitur enim anima violenter contrito corpore. *Themistius de anima.*

Γῆρας γίγνοθαι, παρὰ τὴν τὸ θερμοῦ ὑπόλειψιν.
Senectutem ob caloris defectum fieri. *Parmenides.*

Ἰσχὺς μὲν σωμοφθίσιτος ἀγαθά. γῆρας δὲ σωφροσύνης ἄνθος.

Robur & forma corporis bona sunt: Senectus autem flos est temperantiæ & prudentiæ. *Democritus.*

Bœotius quidam, cum iam natus annos plusquam septuaginta thesaurum reperisset, sublato crure ipsum contempsit, & præteriit, vt qui non amplius vsui sibi futurus esset. Ita senectus animum & tranquillum reddit, & multæ pecuniæ studium & impensas adimit. *Phauorin de Senectute.*

Ex omnibus humanis exercitiis senectutis certamen in pretio habetur: nam & si gymnica exercitia pulchra sunt, ea tamen corporum certe sunt: senectutis vero certamen animorum bonorum præsertim iudicium. Sed quantum corpori præstat animus, tantum etiam animorum exercitia corporum exercitiis priora sunt. *Xenoph. de Rep. & legib. Lacedæm.*

Epicharmum aiunt, quum omnino esset ætate proiecta, cum quibusdam æqualibus sedentem in confabulationibus singulisque dicentibus, alio, mihi satis est quinquennio viuere: alio mihi tres: tertio dicente mihi quatuor, respondentem cordatum senem dixisse. O vir optime, quid mutuo litigatis & contenditis de paucis diebus? Omnes enim quiconuenimus, quodam fato propinqui sumus morti. Itaque tempus est nobis omnibus ocyus discedendi, antequam aliquod senile damnum experiamur. *Ælianus var. hist. libr. 2. ca. 34.*

Miserum est instrumentum senectuti recordatio crudelitatis. *Ant. Marc. lib. 29.*

Est ita natura comparatum, vt *Senes* quauis in re iuuenibus adsentur, atq; imprimis obliti se iuuenes aliquando fuisse eorum sint affectibus oppido quam offensi. *Pausan. lib. 7.*

Senex intempestiuis voluptati quam rebus publicis vacat. *Plut. in Pompeio.*

Lentiora sunt senum consilia, & omnia alia priusquam bellum experiri malunt, *P. Iouius hist. lib. 1.*

De Senectute. Dial. LXXXIII.

Francisc. Petrarch.

Dol.

Senui R. Viuere optabas, & vixisse te pœnitet, an quid aliud rei est? D. Senui. R. Ibas assidue, & peruenisse te stupes, stupendum potius, nisi quo semper ires aliquando peruenires. D. Senui. R. Quidni viuendo

do

do senueris,& eundo processeris? An tu ætatem retrogradam expectabas,vt velox,vtque instabile,sic irremeabile tempus est. D. Velocissime senui. R. Dicebam tibi,tempus fugere:iam credere incipis, dici nequit non modo inter opiniones hominum diuersorum , sed vnius eiusdem hominis quid interfit. Iuuenis ante oculos ætatem habens longissimam opinatur, hanc ipsam senior à tergo respiciens videt esse breuissimam.Semper futura præteritis longiora videntur, cum vel æque sint breuiora,quo ad finem properantibus, naturalis motus solet esse vehementior. D.Senui.R.Est vnde gaudeas,si tamẽ non inter vitia senuisti, aut si vel ad vltimum surrexisti,bona tibi & vtilis est senectus,nec exiguum diuini fauoris indicium. Memineris, vt Ægyptium senem Cæsar alloquitur,nec ingratum diis ætatis asserit argumento. D.Senui.R.Hac in re saltem vnus ex paucis, ex tot enim millibus millium eorum, qui nascuntur, quota pars illorum est,qui ad senium vsque perueniant? Ex his ipsis paucissimi sunt,quibus iustum senectæ spacium explere datum sit. D.Senui valde.R. Prodigium , ac stupor valde senis occursus,metienti anno,quod ille periculosis passibus huc venerit.Insignis quidem senum raritas, ingens casuum vitæ mortalis argumentum est.D.Senui. R.Durum ac difficile stadium cucurristi, mirum nisi iam fessus, & quietis appetens lætæ proximam metam spectes. D. Cito senui. R. Vitæ cursus nunc breuis,nunc breuissimus,longus nunquam durus semper asperque & ambiguus,huius vltima pars senectus, finis autem est mors. Quid hic habes querimoniæ singularis?senuisti ? Pergisse iam debes vitæ munus, venisti ad exitum, quiesce.Amens viator est qui labore viæ exhaustus,velit ad initium remeare. Nihil fessis gratius hospitio.D.Senui.R.Multum tibi placuit vitæ labor,si eum transisse fers grauiter.D.Senui,R.Si viuere delectabat, en vixisti,si oportebat,paruisti.Et quis sanæ mentis,vel quod fieri optauerit factum doleat,nisi male se optasse sentiat , vel quod neque omitti, neque sine multo labore agi poterat actum esse non gaudeat? Vndique igitur gaudendum tibi est,seu voti compos delectabilis, seu necessario & graui officio.D.Senui,& voluptates corporis fugauit ætas.R.Vtere animi voluptatibus quæ nec minores,& profecto stabiliores sunt,nec vnquam fugiunt,& nisi cum anima,huic hærent,hanc sequuntur. At corporeæ voluptates venientes culpam ferunt,abeuntes pœnitentiam pudoris,& doloris materiam relinquunt. Histe explicitum , ac liberum gaudere debes, & libertatrici tuæ gratiam habere,quæ te manibus tuorum hostium eduxit tibique debitum munus , sed neglectum,dilatumque suscepit. D.Senui,solitisque voluptatibus carco. R.Nouis assuesce:habet & senectus voluptates suas,quas gustare vbi coperis,quæ nunc doles amissa fastidias,& reuerti nolis.D.Senui, & incanui.R.Boni sensi verenda canities plus habet non modo authoritatis,sed honestæ etiam voluptatis , quam fœdæ omnes iuuenum illecebræ.Neque vero mutati doloris te pæniteat. Nam quis tam corrupto sensu tamque obliquo potest esse iudicio , vt non candidorum calathos liliorum , quam nigrantium carbonum cistas aspicere, seque si transformandus sit,cygno similem malit esse quam coruo? D.Senui, & squalentes arant vultum rugæ.R.Et tellus arata fructum fert vberius,& vitæ maturiores fructus bene culta in senectute proueniunt.Rugæ te offendunt oris,vultum animi compone. Non illum rugæ occupant,non variant anni nisi vt formosior sit in dies.Denique semper te, si non tu eum neglexeris,honestabit.D. Senui,fugisque & informi situ obsitus vix me ipsum agnosco. R. Hoc tibi iam ab initio euenturum dixi, minus quidem auido speculo imminebis,minus tuis forsitan , minus haud dubie mulierularum oculis placebis,quibus placere velle stator ne vanitas an libido sit nescio. At qui fidem , qui constantiam, qui prudentiam quærunt, certius inter has nugas quam in planis , ac mollibus maxillis,se quod cupiunt reperturos sperent. D. Senui,meliorque post tergum ætas remanet.R.Immo deterior.Non semper quæ delectant magis, atque optantur meliora sunt. Multi malum tuum concupiscunt, quod non esset, nisi quia illud Satyri verum est. *Pauci discernere possunt vera bona.* D.Senui,& lætiores abiere dies. R. Omnium ferme diestemporum inter se simillimi.Animi hominum diuersi,quin vnus idem animus secum discors, hinc iuuentæ furor, hincpatientia senectæ talibus vitam impleuere iudiciis , vt melius putet esse, quod peius est, optimumque, quod pessimum. Cæterum dies omnes in se boni Bonus enim rex est,& conditor seculorum. Itaque hic feruidus,hic gelidus, hic siccus, hic humidus , hic nubilus,hic serenus,hic turbidus, hic tranquillus, si ad vniuersi decorem naturæque ordinem aspicias: boni omnes. Ad vos autem, vestrique iudicium relati,ex æquo prope omnes malis mœsti,dubii, solliciti,laboriosi,anxii,amari,querulis,flebiles , ærumnosi. In his tu mihi nescio quos nominas lætos dies,qui dum aderant,tristes lamentisque suis pleni erant , nunc vt læti videantur,nihil est causæ,nisi quod abierunt,quoque illis pretium,de siderium tibi auget irrediturl,multaque secum tibi olim segnius forsan amata rapientes. Stultus enim nihil plene amat,nisi quod perdidit.D.Senui. O si dilapsa redeat iuuentus! R.O non minus stultum, quam inane votum! vt tu sentis. At si altius aspires,non inefficax,redibit enim in tempore,& vt scriptum vides,renouabitur vt aquilæ iuuentus tua. D. Senui,& ætas bona retro est.R.Omnis ætas vt bona bonis, sic male vtentibus mala, vtriusque autem breuis prorsus & extremo proxima est, vbi vos manet hinc bonorum merces, hinc supplicium malorum, quænam hæc igitur ætas bona,vbique aspera , semperque fugax, nisi tum ad æternitatem via est. Alioqui & si dulce aliquid habet nem fuga dulcedinem extunctura videntur. Quis enim gustat? Fugienti Dario,fœtidæ atque obscœnæ potus ampli simus fuit.Sitis vt putat Cicero,vt ego sentio, gustum mutat xerat.Vrgebat in tergum Alexander victor. Vos à tergo tempus premit.Anni celeres,præcepitesque dies,horæ te oculos autem mors est,nec ætatis reditus , nec nec præuentis est transitus. Viæ huius tot difficultaque terroribus obsitæ,quænam quæso pars bona est? nempe ætatem probris,ac libidinibus aptiorem,bonam hic quidem fandi mos vt bonum dicatur quod affectptissimum est,quamuis effectus ipse sit pessimus. Sic do captis insontibus, sic tyrannus arcem libertati plebis sic veneficus præsentaneum aconitum,sic sicarius pugiptum cædibus bonum vocat.Sic vos igitur ætatem bonam id scilicet quod maxime cupitis apta est vocatis. Itaque storum,qui annos irreduces deplorant. Puertiam quafantiam videas optare,quæ profecto optimæ partes quam longissime à senio bonum esset , vt memorant, tam ac soliram iuuentutem , nec incipientem,nec a senectam pessimam omnes & periculosissimam vitæ parte scentiam requirunt.O quintum & vigesimum annum, te reliquimus , ne quem lateat quam vos præterierunt fœditatum, qui non nisi tempus apprime illis idoneum *referat si Iupiter annos* ! R. At nil tale suspirantem legi tem.nil Platonem,nil Fabium,nil Catonem & fucre fatetur sapientes regibus rariores. Itaque si rex Euandrius piens non æque sane illud Euandrium suspirium tam nostris est senibus vulgatumque. Surdam.fluti fœties,& adolescentiam reuocant.ac suspirant,nec suspiritis tantum votis,sed medicaminibus irritis, atque inani artificio fertur indomitæ, qua in re facete admodum *lusit* Horatius ceps canescendi cuidam cui aliquid negauerat, cunden easdem partes medicato interim crine redeuntem ita de,inquit,hoc iam patri tuo negaui. D. Senui. O si deat iuuentus ! R. Reuerfuram modo illam dixi,sine dico. Si tam facile votorum omnium compos fias, sum voles,pauper certe diuitias optare potest. Libertatem speciem deformis,sanitatem æger,fessus requiem,exul patriam iuuentam optare verus senex nequit. Puerile potius votum Senui ,heu curtam cito dulcis me iuuenta deseruit! R. Non cito deseruit, quod iuuabat , nunquam non properat quod angebat.Vanum autem exoptare quod habeat neque habitum.& si redeat nociturum sit,sed iam parce hoc animo fueris cito canus fieri poteris,senex nunquam rium enim iuuentutis in sene quid est aliud, quam quam ria senectutis? D.Senui,incuruatusque sum. R. Iam aspice, vnde venis,& quo pergis cogita,hinc egressus tura te principii, simulque finis admonet. Poteras aberracum tibi iter ostenditur,sane id quidem est satis ingredi tus intende.Solent cœci in via manu retrahi. D.Subscribo Immo sensim,pedetentim,paulatim,leniter: sed nihil omnia subito eueniunt, sicut econtra cogitantibus omnia subitum,quod si flenda tibi fuerat senectus, singuli dies erant. Illis enim passibus ad hunc terminum ibas D. R.O votorum instabilitas: Hucmaxime anhelabas,hucoptabas, huc non posse pertingere formidabas,quo cum tum esset ingemiscere,nostrum incredibile, nisi tam ordi senes fieri volunt omnes , senex esse vult nemo, immo esse ad miseriam,senes dici ad iniuriam trahunt, quasi senuisse, quod profecto nullis videri debet, nisi quibus vixisse,quæ ingens non inficior turba est, cui te tamen esse oportet,vt nostro colloquio frui possis .Alioqui vtambantur sana consilia,in animum non descendent.D.Tanto R.Et quos ager , & quos æquor, & quos bellum,& quas pit singula detrimenta dinumerat,tu vnus in fiaem expe tu queri incipis,dum iuxta est querelarum finis omnium. R. Stultum est senectutem non cogitare,nisi cum venerit. profecto si venturam, si assidue venientem prosperilis imperturbatus aspiceres. Heu mihi tam senex sum: R. igitur desles ? Durum ac difficile munus implesse, datur iter ac scrupeum transisse:atque inamœnam hanc fabulam se? At qui comico more plaudendum erat, D. Senex sum. litus es , vt nuper tibi pertamiliariter notus vnus modo sententiam rei huius extempore protulit non moderatam, tiquis parem. Amico enim dicenti,compatior tibi , nam iam senescis, esses vtinam qualis eras quando te primum ito ille respondit. Parum ne tibi ergo amens videor , nisi rem mihi nunc etiam amentiam impreceris ? Noli quecompati. quod sim senex,sed compatere quod iuuenis fuitum sensum tegit breuis ista responsio,quod metiri,imo ætatis huius bona probauerit , & illius mala meminerit, igitur gratulare. Quanquam illud quoque verum sit, q

…esentiunt, & mala nolentibus. Vito autem bono & vi-
…uito, & passionum hosti pluris est haud dubie dies vnus,
…ed secutas temporis integer, quam illius alterius integer
…Heu mihi! nam senui. R. Iam si perstas tibi quoq; cum
…dicitur non senuisse miserum, sed vixisse, ita vt hæc sub
…tam inepte dicetes. Parcite autem iam lamentis queru-
…& volentes ite sub imperium naturæ. Nihil flendum illi-
…ex statuit, quod naturale autem magis homini nato,
…tem senescere, senem mori? At vos condit omis imme-
…nque respuitis, cum vel alterum vel vtrunq; necessario
…it. Quod si neutrum volebatis, & tertio abstinendum
…um mihi credite non fuit. Patimini senescentibus sta-
…rum animos aliquando senescere, neq; semper in vobis
…ere oportet, nec redire licet nec subsistere. Idq; vobis fa-
…esse immortalitatem animæ & corporis instaurationem
…hus, quam cæteris quibuscunque, quibus vel horum al-
…vel vtrunque. Frustra, inquit, obiectamini humanum-
…quod nascendo subiistis excutitis. D. Senui & vires cor-
…æ sunt. R. Si auctæ sunt vires animi bene est, feliciter
…Maiora enim gesta esse semper geri posse animi viribus
…oris nemo nisi animi inops est, qui neiciat. Sin vires et-
…vt sæpe accidit) per ignauiam decreuere fatcor inutiliter
…crimen non ætatis. D. Senui & res meas agere nequeo.
…animo sit agendum, tanto id sene melius fieri comitat,
…experientiæ illi plus est, rerum q; notitiæ, & passionum
…malis vinculis expeditior animus. At res alias non agere
…sed egille, cui corporeus labor omnis à tergo est, cui si
…inhærent, nec avelli vult ridiculum illud antiquum re-
…senis, quiuslus à principe fori laboribus abitinere,
…æ imbecillis hinc ætas, hinc fortuna opulens mereba
…dolunt, vt sequasi mortuum fieret, atque ab omni familia
…mirus senex, qui quietem ceu speciem mortis horreret,
…sene aptius quiete. nihilque sit tu pius sene laborioso, ac
…cuius vita omnis tranquillitatis exemplar esse debet. Di-
…gores a philosophis, quid est illud quamque optabile le-
…uere, vita vt memorant, peracta, qua maxima tamen
…ullum inexpleta moritur? D. Senui & repente fugit ætas
…forma, valetudo, velocitas, vires vestra fere omnia fugiunt,
…net, nec cessura senio, nec morti. Illi vni bono stabili ab i-
…dendum erat, sed neglectum difficilius fuit ad extremum
…uti studium nulla ætas respuit, immo quod difficili-
…tior virtus, multi posse seipsos ac sapere vix tandem in le-
…ere, serum quidem at intempestiuum minime, & si enim
…uitæ desinent, at instanti saltem morti vti vtile. Cui, hercle
…t sine horrore, mœstitiaq; transigi posset, si non vltimum
…totum vitæ, tempus impenderetur, bene (nisi fallor) im-
…esset. Nam nec frustra nascitur qui bene moritur, nec inuti-
…qui feliciter desit. D. Senui. iam vicina mors est. R. Mors
…nibus vicina esse potest, & sæpe ibi quoq; vicinior est vbi
…ablentior. Nemo tam iuuenis qui non possit hodie mori.
…am senex, qui non possit annum viuere. Si nihil aliud quam
…incidat. D. Prorsus senui. R. Immo maturuisti, an hoc de-
…poma cum maturuerint querentur si sensus illis ac fermo da-
…& non potius gratulentur se ad id peruenisse ad quod nata
…Est vt cæterarum rerum, sic ætatis maturitas quædam, quæ
…dicitur, quod vtita esse videas, & ætas & mors iuuenum a-
…quidem & dicitur & acerba est. Acerbitari autem obiecta ma-
…quæ cum in pomis, ac frugibus bona sit, quid nisi in homi-
…optima, non quod nesciam antequam maturescant multa
…cere, ea vero non ætatis culpa, sed peruersitas est naturæ, non
…omnium, sed multorum, qui ad bonum nati magno nitu in
…rendunt. Maturuisse igitur debes, si quid in te succi nobi-
…lem messoristui manum securus expecta. Non mors illa quā
…sed laborum finis, ac principium vitæ est, non mors, inquā,
…lisvitæ terminus, ad quem pauci tranquilla nauigatione
…ant, sed pene omnes nudi flentes, ac naufragi. Tu per me-
…senectutem leue iter in finem prospero agens vento è multis
…fluctibus portum subis. Subducenda iam fessa puppis in ter-
…ubi, & quocunque te flexeris de fine cogitandum, idque vtilius
…quam ætatem bonam (quod stulti solent) & naturam matrem
…am accusare.

¶ Apophthegmata.

Bias, Senectutem dicebat portum esse malorum: quod omnes
…ossugerent, sperantes miseriarum finem. Mori autem vnicuiq;
…mpiu est. Id ethnici quidem existimabant esse præclarum.
…diana pietas docet esse nefarium scelus. *Eras. ex Laer. l.4.ca.7.*
…ertum Anton in Melisp. par.2.serm.17. & Maxim. serm.41. aliique
…am adscribunt.

Idem docebat, nulli exprobrandam esse senectutem, ad quam ō-
mnes optant peruenire. Absurdum enim est aliis probro dare, quod
quis optat sibi contingere *Laer. l.4.e9.*

Zenon dicebat, turpe esse seni, aut prospicienti senectutem, ex cō-
mentario sapere. *Senec. epist.33. qui alibi ait*, turpis & ridicula res est
elementarius senex

Cleanthes interdum, cum foderet, solebat seipsum increpare. Id
forte admiratus Ariston: Quem, inquit, increpas? Tum Cleantes ri-
dens: Senem, inquit, qui tamen habet, quidem habet, sed mentem non ha-
bet. Seipsum innuens. *Laer. li.7.c.2.*

Eratosthenes vigentem ætatem Veri comparabat, declinantem
æstati & autumno, senectutem hyemi. *Stob ser.115.*

Democritus, senectutem omnimodam imperfectionem esse, di-
cebat, eo quod omnia habeat, & omnibus indigeat. *Stobæus sermo-
ne 115.*

Drogenes, percontanti, quis esset in vita miserrimus? Senex, in-
quit, egenus. Siquidem vbi naturæ præsidia destituunt homi-
nem, extraneis rebus fulcienda est ætatis imbecillitas. *Laertius
libro 4.*

Phauorinus dicebat, Pythagoram & Platonem sensisse, senectutē
non esse finem curriculi huius terreni appellandam, sed potius bea-
tæ vitæ initium. *Stob serm.114.*

Theodectes dicebat, senectutem & nuptias res esse similes. Vtram-
que enim (inquit) consequi desideramus: postquam vero nacti fu-
mus, tristamur. *Stob serm.66.*

Euripides. Archelaus rex opiparum lautumq; conuiuium amicis
suis parauerat, cunq; in eo conuiuio Euripides proxime, sibi assiden-
tem Agathonem tragicum poetam iam senem, se plurimum amare
diceret, Archelao interrogante, cur amandus esset homo senex?
Per Iouem, inquit, Ver non solum est bonorum optimum, verum
etiam autumnus. Comparat autem florentem iuuentutem verno
tempori, quo omnia sunt in herba: senectutem autem autumno fœ
cundissimo. *Ælian. lib.11. de Var. hist.*

Agesilaum regem cum quis interrogaret, cur per acrem hye-
mem lolo pallio tectus obambularet absq; tunica homo tam pro-
uectæ ætatis? Vt nquit, iuuenes hanc vitæ rationem imitentur, cum
exemplum habeant & extremæ senectutis hominem, & principem:
Sapienter admonens, senibus ita viuendum esse, vt adolescentibus
exhibeant recte viuendi formam: & vulgus nihil imitari libentius,
quam quod à viris principibus conspexerint factitari. *Plutar. in
Lac.*

Alexander, cum senem quendam capillos inficientem vidisset,
dixit: Non capillos, sed genas tinge, *Max. serm.41.*

M. Cato. Cum senectuti adiint multa probra, dicebat non esse
addendum malitiæ dedecus, sentiens, senectutem multis nominibus
vulgo male audire: veluti cum audit, deformis, edentula, luscisa,
imbecillis, obliuiosa, indocilis. Hæc ferre satis est, vt non accedat cri-
men improbæ vitæ, quod omnibus quidem fœdum, sed seni fœ-
dissimum. Alii narrant hoc ab illo dictum in senem obuium vitæ
contaminatæ: Ne ætatis tuæ malis addas turpitudinem. *Plut. in Ro.
apoph.*

Fridericus Imp. Cum in vrbe quadam præfectum, senem admo-
dum, & ætate iam imbecillem dedisset, non defuerunt adolescentes,
qui sibi præfecturam loci committi peterent. Cum igitur senem a-
mouendum dicerent, Fridericus dixisse fertur: Senem amicum oppi-
do, non amico oppidum commendamus, sentiens, dignum esse, vē
senex iam à ciuibus ad mortem vsque foueretur. *Æn. Syl. lib.4. de
reb. gest. Alphonsi.*

Chilon, Ausonius Chiloni hanc tribuit sententiam: Optabilem
esse senectutem iuuenilem, molestam vero iuuentutem senilem.
Maxima malorum pars, ob quæ male audit senectus, à vitiis homi-
num proficiscitur: habet autem ex sese nonnulla commoda, plurimarum rerum vsum, ac memoriam, consulendi facultatem, reuerentiam & authoritatem. hæc si adsint commoda, adsint quæ incommoda, ea senectus optabilior est multorum iuuentute, vitiis & inertia niarcente. Videas autem in nonnullis iuuenibus senilem imbecillitatem, senilem somnolentiam, senilem ignauiam, senilem morositatem: horum iuuentus peior est senectute. Nam cum senecta carent, senio tamen abundant. Ausoniani versus sic habent:

Grata senectus homini, quæ paribus iuuentæ:
Illa iuuentus gratior, quæ similis senectæ.

Cleanthes ad quendam contumeliæ causa obiicientem senectu-
tem: Et ego, inquit, abire cupio: verum vbi reputo me omni ex par-
te sanum, siue legendum est, siue scribendum, rursum maneo. Si-
gnificans, se quidem haudquaquam esse vitæ cupidum: verum ob
senectutem neminem debere è vita decedere, donec vires suppe-
tunt ad vitæ munia. *Laert. li.7.c.2.*

Gorgias centesimum septimum agens annum, rogatus, quare
tamdiu vellet in vita manere? Quia nihil, inquit, habeo quod accu-
sem senectutem. *Cic. lib. de senectute.*

Sophocles, iam extremæ senectutis, à filiis accusatus est demen-
tiæ. At is pro apologia iudicibus recitauit tragœdiam, quam
proxime scripserat, rogans, num ea videretur delirantis? Fertur &
hoc dixisse: Si sum Sophocles, non deliro: si deliro, non sum So-
phocles. Sentiens, in eruditis ac sobriis animi vim non elanguc-

icere, sed reuigescere potius vsu & exercitatione. *Eras. Roter. lib. apoph. ex Cicerone.*

Cyrus apud Xenophontem moriens extremæ iam senectutis negabat, se vnquam sensisse senectutem factam imbecilliorem, quam fuisset a dolescentia. Maxima pars incommodorum, ob quæ vulgo male audit senectus, ab intemperantia vitæ proficiscitur. *Brus. lib. 6. c. 7.*

M. Crasso quum Parthi per legatos renuntiassent, vt suæ ætati consuleret a bello abstineret, insolenter respondit: In Seleucia istis mandatis responsum dabimus. Hic Agisis, legatorum vnus sublata manu mediam palmam ostendens: Prius, inquit, in hac manu nascentur feræ, quam tibi Seleuciam conspiciendi sit futura potestas. *Plut. in Crass.*

Crasso conflictugo cum Parthis, exta è manibus deciderunt, hoc cæteris vt inauspicatum ostentum interpretantibus, ac prælium dissuadentibus; Huiusmodi, inquit, incommoda multa nobis senectus adfert. At arma mihi nunquam è manibus cadent. *Plutarchus.*

Considius, Cæsare consulatum asse. uuto, adiuuantibus Pompeio & Crasso, quum omnia pro libidine gerentur, ac pauci senatores in Curiam conuenissent, Considius quidam natu prægrandis, idcirco non venisse senatores dicebat, quoniam illius arma militesq; pertimescerent. Cui Cæsar: Quin tu, inquit, hoc quoq; reformidans domi te non contines? At Considius: Senectus, inquit, me facit intrepidum. Quum enim vitæ pauxillum superfit, non est, cur magnopere sim solicitus. *Eras. li. 4. apoph.*

Postio Romulus, qui centesimum excesserat annum, Augusto percontanti, qua tandem ratione illum corporis animique vigorem seruasset? Intus, inquit, multo, foris oleo. Tradit Plinius, naturam hominibus duos dedisse liquores optimos, oleum, foris adhibendum corporis, vinum intus. Mel autem ob humidam calidamque vim, admodum senibus accommodum est. Nunc mel in totum à mensis submouemus, & oleum corpori infundimus. *Eras. lib. 8. apoph.*

Isocrates. Senectus, ait, adeo morosa & querula est, & pro minimis rebus anxia, vt iam tæpius meam ipse naturam culpauerim quam aliorum nemo contempsit. *Eod. serm.*

Demonactis seni crura intumuerant, id videns quidam: Quid isthuc, inquit, mali est, Demonax? Tum ille: Charon, inquit, me momordit. Pro cane dixit Charontem, innuens, senectutem morti vicinam. *Eras. lib. 8. apoph.*

Alexis, cuidam videnti ipsum iam senio fessum ægre lenteque incedere, ac roganti, quid ageret? Paulatim, inquit, morior: siue pedetentim morior: significans, senes non viuere, sed lente mori. *Stob serm. 115.*

Iosephus, Ptolomæo Oniam accusanti: Veniam, inquit, quæso præsta: non enim te latet, senes, puerosq; eandem mentem habere. *Brus. l. 9. c. 7.*

Chilon dicebat, honorem à iunioribus habendum senectuti: vt ipsi facti senes ab aliis habeantur in pretio: Ea res gemmam habebat vtilitatem. Siquidem vt senum authoritas ac reuerentia temperabat ætatem lasciuam à peccando: ita senes cauebant, ne quid committerent, quo iuuenibus vel ob ineptiam ludibrio potient esse, vel ob turpitudinem pernitiosi: sed inter omnes iuuenes, omneisq; senes ea esset reuerentia, quæ inter parentes ac liberos. *Laert. lib. 1. c. 4.*

Anonymus quidam profectus Lacedæmonem, quum vidisset honorem quem iuniores præstant senioribus: in sola, inquit, Sparta expedit senescere. Paupertas onus est miserum, & graue, vt ait Comicus: sed in hac molestiarum maxima pars est, quod homines facit etiam ridiculos, vt ait Satyricus. Sic inter commoda, quæ fert ætas ingraescens, non minima pars est, quod senes fere contemptui sunt ac ludibrio. Proinde Sparta visa est multis honestissimum virtutis domicilium. *Plut. in Lac.*

Anonymus Senex in Olympiis cupidus erat spectandi certaminis, quod agebatur. Sed quum nulla vacaret sedes, ad varia loca sese conferens, ludibrio erat, ac scommatis petebatur, quod nullus eum exciperet, vt vero peruenit ad Lacedæmonios, ibi non solum pueri omnes assurrexerunt, verum etiam viri multi cesserunt illi locum. Id factum quum cæteri Græci, quotquot aderant, plausu comprobassent, patriumque morem supra modum collaudassent: senex

Concutiens canasq; genas & tempora cana,
Ac fusis lachrymis,

Heu miseriam! inquit, vt omnes Græci norunt, quid sit honestum, sed eo soli vtuntur Lacedæmonii. *Eras. ex Plu. in Lac.*

Alexander, quum hyeme duceret exercitum, assidens igni recognoscere prætereuntes copias cœpit, quumque videret senem quendam horrentem frigore, & ad ignem stantem, considere loco suo iussit, dicens: Si in Persida natus esses, in regia sella sedere tibi capitale foret: in Macedonia nato, conceditur. *Eras. l. 4. apoph. ex Curtio.*

Solon, Quum Pisistratus occuparet Rempubl. resq; videretur ad manus tesam spectare tyrannidem, neq; quisquam auderet illius conatibus obsistere, Solon productis armis & ante ædes positis inclamare ciues: at vbi Pisistratus ad illum mittere contarentur, qua re fretus hoc auderet, Senectute, inquit, senectus reddit formidolosiores: il i conciliauit audaciam parum vitæ superesset, etiamsi nullus occideret. Ita Plato *in commentario: An sens sit gerenda Respub.* Diogenes Laert. *aliquanto fusius narrat libr. 1. memnit & Cicero in Catone iore.*

Cesellius, cum triumuiris non obtemperaret, & multa Cæsaris temporib. loqueretur admonentibus amicis vt fi Diuæ, inquit, res sunt, quæ ceteros reddunt formidolo tem maximam suppeditant fiduciam, senectus & orbus. cito periturus est, etiamsi nemo occidat. Et orbus nec curet, nec habet pro quibus timeat. Solet enim vltio in lo pagari. *Val. Max. lib. 6. c. 2.*

M. Caltrisius, Placentiæ magistratum gerens, Cn. Calp suli iubenti decretum fieri, quo sibi obliges à Placentin tur, non paruit, atque adeo minitanti dicentique, gladios: respondit, Et ego annos: Declarans, senectus tum, non metuere gladios. *Val. Max. l. 6. c. 2.*

¶ Similitvdines.

Olympiodori. Rationem tui habeto ante obitus diem. sc. tion sol obten breicat, & luna, & stellæ. huiusce modi bræ vnicuique contingunt in extremo vitæ obitu. Tu salutem tuam, priusquam aquam terramq; soluanti. Cor hoc nostrum, quod veluti nubes quædam videm cumbere, ac superpositum esse, defunctis nobis in simi resoluitur, aquam scilicet atque aetem: In ipsa enim domus, hoc est, animæ custodes commouentur, & obl nant, ac remittuntur, quæ prius rectæ ac intentæ fuera res, quæ hoc loco vitia fortitudinis nuncupantur: dom conturbantur in ipso formidabili à corpore nostro em custodes domus intelligi, corporis nostri materiales om biles, qui in mortis articulo contendi vires extinguit etiam molentes otiosi sunt, hoc est, dentes ipsi ac molares, tos ori cibos molunt atque comminunt: non quod pro ro pauci sint, sed quia ad paucitatem virtutis officiu Pupillæ quoque oculorum, quæ veluti per foramina spiciunt, tenebris obducuntur, cum meatus omnes & vitæ, quibus vti sumus in vita, penitus occludantur: tunc homo tenui vocis filo ac infirmo loqui, & cum exi spirat, voce vix ægreq; per dentes resonante. Præterea hæc mortis incommoda comprehendant, cura, vt in vtro peretisq; virtutem. *in Eccl. c. 12.*

Antiphanis: Vita nostra persimilis est vino, cum superne acescit. *Apud Stob. serm. 113.*

Plutarchi. Ibin, aiunt, vbi consenuit, iamq; quod est vin expirauit, magis aromatice olere: sic gloriam senum tranquilla consilia sedatiora. *in Moral.*

Vt gaudent, qui à turbidis dominis aufugerunt: Sic gaud bent senes qui ætatis beneficio libidine non inte. antur ab

Vt cantor senex nō omittit artem, nec abiicit lyram, si sequitur harmonias, & vocis fugitat contentionem, ut ptiorem: Sic in senectute non oportet a Republ. pro sed eligere negotia remissiora, quæ conueniant ætati. bus.

Nouella vitis copiosius gignit vinum, sed vetustior plura loquuntur iuuenes, sed vtiliora senes. *in Moral.*

Vt adolescentem, in quo senile est aliquid: sic senem, adolescentis probi est aliquid, laudamus. *ibi.*

Vt petulantia & libido magis est adolescentum, quam nec tamen omnium adolescentum, sed non proborum: sic ftultitia, quæ deliratio appellari solet, senum est, non nium. *ibid.*

Vt adolescentibus bona indole præditis sapientes fam tur, leuiorq; fit eorum senectus, qui a iuuentute colunt guntur: Sic adolescentes senum præceptis gaudent, quib tum studia ducuntur. *ibid.*

Senecæ. Quemadmodum in naue, quæ sentinam trah aut alteri obsistitur, vbi plurimis locis laxari cœpit & curri non potest nauigio dehiscenti: Ita in senili corpore nus imbecillitas sustineri & fulcri potest, vbi tanquam difficio omnis iuncta dilabitur: & cum alia excipitur, tur, circumspiciendum est, quomodo exeas. *Lib. 2. epist. 9.*

Adisce illos, qui non aliter, quam quibus difficilius sant se, & hoc atque illo modo componunt, donec quæ dine inuenant, statum vitæ suæ formando, subinde in eu manent, in quo illos non mutandi odium, sed senectus pigra deprehendit. *Apud Eras.*

Plinii. Vti ciconias nemo aduenire sentit, sed adesse mo discedere, sed discessisse, quod noctu clanculum vtrumque: Ita Iuuentutem nemo intelligit discedere

senectutem non sentimus aduenire, sed aduenisse. *Lib.*10.

Plautus Philemo. Clanculum ipsa subrepit senectus, in quam quicquid habet infelicis & incurabilis mali natura. Et nisi protinus velut æs alienum reddat vitam, natura ipsa more creditoris instat, & exigit pignora: ab hoc visum, auditum ab illo vtrumque. Quod si pertinacius restiterit, dissoluit, mutauit. Nonnulli ad extremam quidem ætatem vigent, sed non bene morientes.

Auerdamus, Vt orbium diuersus in contraria nisus motum temperat: ita senum cunctatio iuuenum in Republ. feruorem præcipitantiam moderatur. *in Simil.*

Currente flumine tantum habes, quantum hauris: ita ex annis nostris cumbus nihil accipis, nisi quod in res duraturas collocauisti. *in Simil.*

Plutarch. Pueros insolescere absente præceptore, est leuioris indicium: ed iam iam ipso imminente, argumentum contemptus est. Idem Deus grauius punit desipientem adhuc senectute, quam subnascentem iuuentutem. *in apopht.*70.

¶ Adagia.

Ἀρχὴ γηρᾶς ἡ ἀκμή. *Theoc.*

Ouidius, Quos amor angit, in vna luce senescunt. *Quadrabit in eos, quos*

Horatius, Edendus ætatis cura premit, ante tempus canescunt.

Virgilius, Quos ego ... Ἐξοὺς ἔφην.

Horatius, Multos paterna canities, siue Etrusci. Ἐξ ἱερᾶς πόλεως.

Horatius, Quod festinatis incedit abitura per annos, dicitur præpropera. Sed festinatus incedit abitura per annos, dicitur præpropera. *Sed festinatus* iam senectam canos, qui tamen iuuenes etiam dum haberi

Horatius, Senilis. Γερόντων.

Horatius, Senectus de se viribus efferto.

Horatius, Senectutem accelerant. *Homer. Odyss.* τ. κῆρα γὰρ ἐν χειρὶ τίθησι γεραιὸς ἀνήρ.

Horatius, Quippe repente homines curisq; malisq; senescunt. Quippe repente homines curisq; malisq; senescunt, *quæ* quadrabit, qui multis laboribus atq; malis exercuti, ante tempus senescunt.

Horatius, Senectus.

*Iurisconsulti lib.*3. *dictum est de mortuis, id ad hominem ob longam* Non tam defectum viribus accommodare licebit, aut in eum conferetur animo.

Οὐχὶ γέροντι ἔοικας τε καὶ ὀξέϊ ἴνις ἔχοντι. Nam iam non nervis carnes atq; ossa cohærent.

Horatius, Cum prudentia.

Horatius, Diuinus quidem, attamen rerum peritiam non idoneis ad no- Quod conficiendum, apte dicetur illud Homeri:

Καὶ πολλοὶ περ ἐόντες ἀνεγκαίοι πολεμίζειν.

¶ Exempla Biblica.

Senectutis *exempla*: Abraham, Sara, *Gen.*18.11.& 24.1. Loth, 19. Isaac, 26.18 & 35.29. Iacob, 44.20.& 48.10. Iosiah, *Ios.*29.*v.*1.2. Gedeon, *Iud.*8.32 Senex in Gabaa, 19.16.& *c.* Noemi, *Ruth.*1.12. Eli, 1. *Sam* 2.& 4.18. Samuel, 8.1.& 12.2. Isai, 17.12. Berzellai, 2. *Sam.*19.*v.*31.32. Dauid, 1. *Reg.*1.1. *Par.*23.1. Salomon, 1. *Reg.*11.4. Propheta quidam, 13. Ioiada, 23.1. *Par* 24.15. Tobias senior, *Tob.*13.1. Iob, *Iob.* 42. Simon, 1. *Macch.*16.*v* 2.3. Zacharias, *Luc.*1.18 Paulus, *Philem.* Ioannes, 2. *Ioan.v.*1.& 3. *Ioan.v* 1.

¶ Hieroglyphica.

Senectus *per aquilam* videtur, per *Canos* senectutem, locorum vbique occurrentem, dicere: sed illud commemoratione non iniucundum est, quo in hanc sententiam ostenta olim præmonstrauere. *Galba* quidem, cum is prouinciam Hispaniam Tarraconensem inisset, sacrificaret, intra ædem publicam accidit: vt puero è ministrorum tenenti, capillus repente toto capite canescceret: quod in mutationem significare Aruspices responderunt, successurumque iuueni senem: nam is Neroni alterum & 30. nato annum agenti maior successit. *Pier. Val. l.*32 *p.*301.*C.*& 302.*D.*

Oliua arboris hieroglyphicum in diuinis literis accipitur senectutis, quæ manifestum est senecturis indicium. Fertur ad hanc sententiam locus apud Salom ad calcem Ecclesiæ. *Florebit amygdalum, & pinguescet locusta, & dissipabitur caparis, atq; hæc omnia fient, quando homo ierit in domum æternitatis suæ profecturo*, hoc est apud Eucher. Canescet homo, tumebunt pedes, & concussa frigescet. *Pier Val. l.*52.*p.*501.*C.*& 502.*D.*

Sensus.

¶ Definitio: et etymol.

Sensus Gr. αἰσθησις, εως, ἡ, & αἰσθητὸς, ἡ, ὁ, sensibilis dicitur. Est autem sensus potentia passiua. *secund. B. Th.* 1. *part.q* 79. *art.*3. Sensus exteriores sunt tantum quinque, secundum modus immutationis ab obiectis, scilicet visus, auditus, olfactus, gustus & tactus. *secund. B. Th.*1. *part.q* 78. *art.*3.

Sensus interiores, *secund. Arist.* sunt tantum quatuor, secundum quatuor modos operationum, scilicet sensus communis, imaginatiua, æstimatiua in aliis animalibus, sibi cogitatiua in homine, & memoratiua, sensitiua: licet sint quinque, *secund. Auicennam*, scilicet sensus communis, imaginatiua, phantasia, æstimatiua, & memoratiua, sensitiua, *secund. eundem*, 1. *part.q* 78 *art.*4. De his sensibus tam interioribus, quam exterioribus, vide supe in arbore animæ. A sensu dicitur sententia, de qua infra.

Sensibile proprium est, quod non contingit altero sensu sentiri, & circa quod non contingit errare. *secund. Arist. l.*1. *de Anima.*

Sensualitas dicitur à sensu, est vis appetitiua sensitiuæ partis. *sec. B. Th.*1. *part.q.*81. *art.*1.

Sensualitas proprie nominat potentiam appetitiuam tantum. Sensibilitas vero comprehendit omnes vires sensitiuas, scilicet apprehensiuas & appetitiuas. *secund. eund.* 2. *sent. dist.*24. *q.*2. *art.*1.

¶ Loci Biblici.

Sensus carnis, pro humano iudicio, *Col.*2 18. sensus piorum qualis, 1. *Ioan.*5.20. sensum Christi tenet Paulus, 1. *Cor* 2.10. sensum Dei nemo nouit, *Rom* 11.34. non sensu at malitia pueri simus, 1. *Cor.*14. 20. in sensu abundet vnusquisque, *Rom.*14.5. sensuum humanorum imbecillitas, *Luc.*24.16.

¶ Sententiae Philosophicae.

Sensus quædam est commutatio: & nihil sensum habet, quod non sit anima præditum. *Lib.*2. *de anim. c.*4. *T.*37.

Vbi sensus est, cum dolor & voluptas consequuntur. *Lib.*2. *de anim.c.*2. *T.*21.& 3. *T.*27.

Duobus modis sensus dicitur: quorum vnus vis & facultas est: alter actio quædam. *Lib.*2. *de anim c.*5. *T.*53.

Sensu aliquid percipere, est aliquo modo affici ac pati. *Lib.*2. *de anim.c.*11. *T.*118.

Sensus est id, quod vim habet accipiendi, sine materia formas & species rerum sub sensum cadentium. *Lib.*2. *de anim.c.*12. *T.*121.

Omnes sensus in iis animantibus, quæ non imperfecta sunt nec debilia, reperiuntur. *Lib. de anim.c.*2. *T.*131.

Sensus semper verus est eorum, quæ sunt eius iudicii. *Lib.*3. *de anim.c.*3. *T.*152.

Sensus munere suo fungi nonpotest, postquam res, quæ vehementer sensum mouet, incidit. *Lib.*3. *de anim.c.*4. *T.*7.

Nullum corpus, quod locum de loco mutet, animo sine sensu est præditum. *Lib.*3. *de anim.c.*12. *T.*62.

Sensu ipso, animalis naturam à non animali distinguimus. *Lib. de sens.c.*1.

Vno sensu duo res percipi non possunt, nisi inter se misceantur. *Lib. de sens.c.*7.

Sensu nec futura, nec præterita cognoscimus: sed modo præsentia. *Lib. de Memor.c.*1.

Sensus prouenit à corde: & sentire partes tantummodo possunt, quæ sanguinem obtinent. Sensus etiam exquisitiores pecopartes, quæ sanguinem habent sinceriorem, absolui necesse est. *Lib.*2. *de part ib. anim c.*10.

Quæ ante suas sensorias partes, productiores veluti aquæ ductus possident: hæc procul sentire possunt. *Lib.*5. *de generat. aniqual.c.*2.

Sunt sane sensus, qui plurimi habeantur, & supra quos nullum adesse alium generis sui nouerimus, numero quinque: visus, auditus, olfactus, gustus, tactus. *Lib.*4. *de hist. anim.c.*8.

Quæ sensu percipiuntur, intereunt, mouenturq; omnia. *Lib.*8. 2. *Metaph.c.*4. *T.*12.

Solent manum iniectantibus fatis sensus hominum hebetari & obscurari. *Am. Marcell. lib.*14.

Largitionis, prædæ, & priuati dulcedine commodi, sensus publicorum malorum adimitur. *Liu. Decad.*1. *l.*1.

Sententia.

¶ Definitio. et etymol.

Sententia, Græc. διάνοια, ας, ἡ, & διανοέω, animaduerto dicitur. Est autem sententia determinata acceptio alterius partis contradictionis. *secund. B. Th.*3. *sent. dist.*23. *q.*2. *art.*2.

Sentire, vnde sententia deducitur, proprie est sensu percipere, quod ad corpus duntaxat pertinet, vnde quinque corporis sensus sunt appellati, de quibus supra. Interdum sentire ponitur pro intelligere. Nonnunquam iudicare. Hinc etiam sententia deriuatur quæ & sic definitur.

Sententia est iudicialis definitio, quæ controuersiis finem imponit, pronunciatione competentis iudicis, condemnationem vel absolutionem continens. *secund. Gofre.*

Sententia est appellatio iuris ad particulare factum. *secund. B. Thom.*1. *secund. q.*96. *art.*1.

Sententia est non de singularibus, sed de vniuersalibus enuneiatio: nec de omnibus vniuersalibus, sed de quibuscunq; operationes sunt, quæ ad agendum eligenda vel fugienda sunt. *secund. Arist. lib. 2. Rhetor*

Sententia est æqui & boni viri iudicium rectum. *Arist. 6. Ethic. cap. 11.*

¶ Sententiae Philosophicae.

Sententia, perspicacia, prudentia, & intellectus, ad eosdem referentes dicimus: habitus enim omnes sunt ad idem tendentes: omnes enim hæ facultates vltimorum sunt, & particularium. *ibid.*

Sententia est pronunciatum non de singularibus, sed de vniuersalibus: nec de vniuersalibus omnibus, sed de his, quorum actiones sunt, eas; persequimur, aut fugimus ad agendum. *Rhet. 2.*

Sententiarum genera quatuor sunt: aut cum subiectione rationis, aut sine subiectione rationis: quæcunq; quidem confirmationem desiderant, sunt, quæ incredibile, aut contrauersum aliquid continent, quæ nihil incredibile, sine subiectione rationis Et harum aliæ, quia ante cognitæ sunt, nihil rationis indigent, aliæ simul arqueinferuntur, innoteſcunt: at quæ rationem subiectum habent, aliæ partes enthymematis sunt: aliæ enthymematicæ quidem, sed non pars enthymematis, quæ in primis quoq; probantur: hæ vero sunt, in quibus causa rei, quæ dicitur, extat. *Arist. Rhet. 2.*

Sententiæ de incredibilibus aut controuersis non sine subiectione fationis ponendæ sunt: sed aut proponenda ratione sententiam pro conclusione adhibere oportet, aut hæc proposita priora subiicere, & etiam obscura, vt Laconica subiicienda. *ibid.*

Sententias de iis rebus, quarum est peritus, grandiori natu dicere conuenit. *Arist. Rhet. 2.*

Sententias & fabulas & adoleſcentes proferant, indecorum est. *idem ibid.*

Sententias de re vniuersa, in vniuersum dicere, in conquestione atque indignatione maxime conuenit, & in his, aut cum exordiris, aut postquam demonstraueris, *ibid.*

Sententiæ peruulgatæ & communes si sunt vtiles, vsurpandæ sunt: & aduersus ea, quæ in ore vulgi sunt, sententiæ proferendæ. *ibid.*

Sententiæ magnum ad dicendum auxilium auferunt: vnum quidem propter vanitatem eorum, quam audiunt: quia lætantur, si quis in vniuersum loquens, in opiniones, quas ipsi in parte habent, inciderit. *Arist. Rhet. 2.*

Sententiæ morales reddunt orationes, *ibid.*

Sententiis vti debemus, & in narratione, & in fine. *idem Rhet. 3.*

Sententia est aduersus res omnes opinionis propriæ declaratio. *Arist. Rhet. ad Alex. c. 11.*

Sententiarum duo sunt genera: alterum credibile, alterum incredibile, cum credibile dixeris, nullæ reddendæ sunt causæ, cum credibile dixeris, causæ paucis dicendæ sunt, vt & deacitatem & incredulitatem fugias. *ibid.*

Sententiæ eæ semper sunt asserendæ, quæ in rebus præsentibus quam consentaneæ, ne, quod dicitur, inconcinnum & violentum appareat. Et eas multas faciemus, aut ex propria natura, aut ex superlatione, aut ex similitudine. *ibid.*

Sententiæ à commendationibus differunt, quia eæ solum ex contrariis constant: sententias vero, & de repugnantiis, & simpliciter ipsas secundum se ostendere possumus. *Arist. Rhet. ad Alex. cap. 15.*

Sententia in his versatur, quæ quomodo aliquis est, vel non est, ostendunt, vel vniuerse enuntiant. *idem de poet. c. 4.*

Sententias debet ostendere, soluere, perturbationes præparare; & exaggerare & diminuere. *ibid. c. 19.*

Sententia Aristotelis est minoris dubitationis omnium sententiarum. & magis conueniens, vt sit vera. *Auerr. in 12. met. tex. co. 18.*

Sententia est rationis decretum, quod secundum emergentes casus pro tempore & loco tunc est vltimum. *Albert. Magn. Ethic. 5. tract. 4. c. 1.*

¶ Adagia.

Palinodiam canere. Παλινῳδεῖν. *Plato.*

Est diuersum ab his quæ prius dixeris, dicere, atq; in contrarium vertere sententiam. Sich selbſt auff das Maul klopffen. Wider hinein liegen/ was er zuuor herauß gelogen hatte.

Calculum reducere,

Est mutare factum. cuius te pœniteat, aut vertere consilium rei non satis commode institutæ. Cicero.

Vertere tela. Funem reducere.

Est in diuersum mutare sententiam. Persius.

Quæ dederam supra repeto, funemq; reduco.

Horatius:

Nunc retrorsum
Vela dare, atq; iterare cursus cogor relictos.

Consilium in melius commutandum.

Si quando iubebimus mutare consilium, vtpote fœdum ac stultum, aut reprehendemus quisquam, vt inconsulte factum, vsui fuerit illud Homeri:

Τίς τοίην Θεσπρωτὶς ἐφέστιος ἔβλητο βουλὴν
Ἐκ στήθεσσι σέθεν, καὶ ἐξέλετο φρένας ἐσθλάς.
Quis tibi consilium submisit inutile tandem
Diuorum, famamq; exemit pectore mentem?

Imitabor Nepam.

Imitari Nepam dicitur, qui retrocedit.

Repehentio cogitationis,

Quam ipsi reprehendimus animi nostri consilium, aut opinionem parum honestam, aut parum strenuam, locus erit huic versiculo:

Ἀλλά τίη μοὶ ταῦτα φίλος διελέξατο θυμός:
Sed mihi cur animus secum hæc in pectore versat?

Talum reponere. τὸ πεπτὸν ἀναθέσθαι.

Dicebantur, qui quod parum ex sententia enenerat, vel assumunt, posterioribus corrigebant.

Vide, Philosophia, & Scientia.

Sepultura.

¶ Definitio et Etymolog.

Sepultura, Græc. τάφος, ὁ, & θάπτω, sepelio dicitur Hebr. *Shurah* sepultura, *Keber*, & *Kabbrah* sepulchrum, a verbo *Kabbar*, sepelit, occultauit sub terra abscondit. Cognatum habet cum *Rakabh*, putruit: nam in sepulchro est putredo cadauerum: item cum *Caphar*, forauit: quia in foramine terræ mortui hominis occultatur. Est autem sepultura locus consecratus loco ecclesiastico, vel cœmiterio factus, in quo corpus defuncti quiescit. Vel sepulchrum est locus concauus, in quo ossa defunctorum conduntur.

Sepultura inuenta est, ne horror & fœtor sit viuis, & ad resurrectionis futuræ. *ex B. Th. 4 sent. dist. 15. q. 1. art. 3.*

Sepulcris non dicitur, quasi sine pulsu, vt quidam volunt sepeliendo. Sepelio vero a sepiendo, quia cada uer ternæ sepiatur alio genere materiæ circumsepitur, sepultura modo ipsum sepulchrum significat, modo actum ipsum sepeliendi.

¶ Biblici Loci.

Sepelire mortuos opus misericordiæ, *Genes.* 23. 19 & 25. 9 & 35. 29 & 50. 5. 13. 25 *Num* 20. 1 *Deut.* 10. 6 & 21. 23 *Iosue* 24. 30 *Iudic.* 7. 1 *Sam.* 25. 1 & 31. 13. 2 *Sam.* 2. 32 & 3. 32. 1 *Reg.* 2. v. 10. 34. 14 & 11. 13. 26 & 14. 31. 2 *Reg.* 13. 2. 21. 2 *Par.* 15. 14 & 24. 16 & 35. 24. 4 *Esdr.* 2. *Tob.* 1. 2. & 2. v. 3. 7 & 4 v. 3. 18 & 8. 14 & 12. 12 & 14 v. 13. 15 & 58. 16 *Matth.* 14. 12 & 27. 58 *Ioan.* 19. 39 *Act.* 13. 26. 1 *Cor.* 15. 4.

Sepulchra concupiscentiæ. *Num.* 11. 34. sepulchrum Idololatriæ, *Deut.* 34. 6. sepulchra dealbata, *Matth.* 23. 27. sepulchra Christi, 27. 57. in sepulchra Prophetarum extructa, 23. 29.

¶ Sententiæ Patrvm.

Nec aliquid nocet fidelibus, negata eorum corporibus sepultura, nec si exhibeatur, aliquid infidelibus prodeſt. *Augustin. de agenda pro mortuis.*

Quibus peccata dimissa non sunt, à sacris locis post mortem iuuari non possunt: quia quos peccata grauiora deprimunt, eos ab eris locis se sepeliri faciunt, restat, vt de sua præsumptione iudicetur: quia eos sacra loca non liberant, sed de culpa tenentur accusant. *Augustin. de ciuit. Dei, cap. 12. lib. 1. & hab. 13 q. 2. can. Non peccata.*

Massagetæ & Derbices miserrimos putant, qui ægrotant, & parentes, cognatos, propinquos, cum ad senectutem pernerint, iugulatos deuorant: rectius esse dicentes, vt à sepeliendis à vermibus comedantur. Tibareni, quos dilexerint senes, strangulant in patibulis. Hircani volueribus & canibus semiuiuos proiiciunt. Caspii bestiis mortuos proiiciunt. Scythæ eos, qui à decem annis amati sunt, viuos infodiunt cum ossibus mortuorum. Bactri canibus ad hoc ipsum nutritis obiiciunt senes. Quod cum Alexandri præfectus Nicanor emendare voluisset, pene amisit principatum. *Hier. contra Iouinian. c. 36.*

Vbicunque sepeliamur, Domini est terra & plenitudo. Studium quod oportet fieri, efficiatur. Lugere autem & deplorare lamentari eos, qui ab hac vita decedunt, ex pusillanimitate contingit: hoc autem ex desperatione futuræ resurrectionis fieri. *Ioan. Chrysostom.*

¶ Poeticæ Sententiæ.

Lucan lib. 7 Pharsal. in fin.

Libera fortunæ mors est, caput omnia tellus
Quæ genuit: cælo tegitur, qui non habet urnam.

Agricius in Aurora.

Væ tibi cessator demens: vecordia mentem
Franget, & inciultum fœda sepulcha prement.

¶ Sententiae Philosophicae.

...mihi quidem antiquissimum sepulturæ genus id fuisse vide-...quod apud Xenophontem Cyrus vtitur. Redditur enim terræ ...et ita locatum ac situm, quasi operimento matris obduci-...demque ritu in eo sepulchro, quo procul ad fontis aras re-...solemus. Numam conditum accepimus, gentemque Corne-...vsque ad memoriam nostram hac sepultura scimus esse vsam.

...hostes quidem sepulturam inuident. *Tacit. Ann. l. 1.*

...clarorum virorum sepulchrum omnis terra est, & monumentū ...non tantum inscriptio in tumulo, sed etiam non scripta memo-...rantium non in tumulis commoratur. *Thucyd. l. 2.*

...mnem mortuum, inquit lex in 12. tabulis, in vrbe ne sepeli-...ito. *Cic. l. 2. de legib.*

...singulorum opiniones animaduertam, nationum varios ...perspicere cum liceat. Condiunt Ægyptii mortuos, & eos ...seruant. Persæ etiam certe circumlitos condiunt, vt quam ...perseueraneant diuturna corpora. Magorum mos est, non ...corpora suorum, nisi à feris sint antea laniata. In Hyrcania ...publicos alit canes, optimates, domesticos. Nobile autem ge-...quod canum scimus esse: sed pro sua quisque facultate parat, à ...tenetur: eamque illi optimam esse censent sepulturam. *Cic. ...mil. l.*

...sepultura erit, vbicunque pro filio Dei occubuerimus, ...in Man. Comm. l. 1.

¶ Apophthegmata.

...ereri cicutam bibiturus, à quibusdam interrogatus, quomo-...ri vellet? Eomodo dixit, quo vobis facillimum fuerit. *Stob.*

...Athenienses ridens, qui de sepulchris maiorum & ducum ...gloriarentur, dicebat: Duces & plerosque maiores, de qui-...bebant, extra fines suos sepultos esse, probra vero popu-...publicis sepulchris. *Teles de exilio, apud Stobæum*

...protici se humatum iussit. Tum amici: Volucribus ne ...Minime vero, inquit, sed bacillum prope me, quo abigam, ...Qui poteris? Illi aiunt: non enim senties. Quid igitur ...ait, laniatus oberit, nihil sentienti? *Laert. Cic. lib. 1.*

...rogatus à Xeniade, quomodo sepeliri vellet? In faciem, in-...causam. Quoniam, inquit, paulo post futurum ...meliora fiant superiora: hac alludens, quod id temporis Ma-...rum potirentur, atque ex humilibus fierent excelsi: quod ...tercurrunt omnia, fore vt cadauer etiam ex prono fieret su-...Fortassis illud sensit, nihil referre, quo statu corpus exani-...matur: qua ira re magna erat vulgi superstitio, porrectis enim ...pedibus efferebantur: stantes cremabantur: & hodie ...audio, sepeliuntur Iudæi, certe supini sepeliuntur omnes ...*Eras. Diogenis dictum extat apud Laert. lib. 6. & Brus.*

...dicebat, si canes cadauer suum lacerarent, Hircanam sepul-...fore: sin vultures, Iberam. At si nullum animal accederet, ...tempus pulcherrimam sibi fore sepulturam, corpore pretio-...rebus, sole, inquam, & imbribus, absumpto. *Stob. serm. 120.*

...interrogatus, nam seruum ancillamve haberet? negauit. ...percontator adiecisset: Quis igitur te efferet, si moriaris? ...mo, inquit, erit opus. Multi superstitiose soliciti sunt, quo-...per quos efferantur. Hac cura prorsus vacabat Diogenes, ...dicebat, quin futurus esset aliquis, qui cadauer eiiceret, vel ...quod domum faceret vacuam. Quanquam illi contigit ho-...nesta sepultura. *Laert. l. 6.*

...*Xenocrates*, cum Lampsaci moreretur, quærentibus amicis, ...ne Ciazomenas in patriam afferri ibidemque sepeliri? Non ...est, inquit: Vndique enim ad sepulchrum tantundem viæ ...*Cic. in Tusc. l. 1. Laert. l. 2. c. 3.*

...*Anonymus*. Quodam exuli Athenienſi cuidam exprobrante, ac ...dicente: In patria sepulchro quidem dignaberis, sed instar impio-...rum Athenienſium in Megarica. Imo (inquit) quemadmodum ...Megarenſium in Megarica, *Teles de exilio apud Stobæum serm.*

...*Euripides* dicebat, mentes hominum insanire, cum sumptus in-...impio mortuis profundunt. *Stob. serm. 122.*

...*Lycurgus*. Lycurgus sepulchrorum vniuersam superstitionem ...permittens, vt non solum intra ciuitatem humarentur ca-...dauera, verum etiam vt monumenta templis vicina haberentur. ...nouit & funebres expiationes: nec concessit, vt quicquam vna ...cum haueret sepelieretur (nam aliæ nationes, si quid fuisset viuo ...charissimum, id mortuo addebant in sepulchro, damnosa simul ac ...non sine superstitione: quasi mortui sentiant aliquid) sed in puni-...mentibus, & oleæ foliis ex æquo posito omnes sepeliri iussit. Ve-...tiam titulos & inscriptiones addi monumentis, præterquam ...quin bello cecidissent. Sustulit autem & luctus & fune-...rum, quas reliquorum hominum vulgus incredibili sum-...apparatu, etiam per conductos ploratores celebrare consue-

uit, magna specie dementiæ, quasi manium sit vllus sensus: aut si quid sentiunt, iisdem rebus delectantur, quas in vita non iudicio, sed animi vitio dilexerunt. *Eras. ex Plut. in Lacon.*

Socrates. Eo die, quo Socrates bibiturus erat venenum, Apollodorus ei pallium multi pretii ad solatium obtulit, vt eo indutus moreretur. At ille recusans donum: Quid, inquit, hoc næum pallium, quod viuenti conuenit, mortuo non conueniet? Damnans quorundam ambitionem, hoc mirto studio prouidentium, vt quam honorificentissime efferantur ac sepeliantur. *Eras. l. 3. apoph.*

Cyrus. De sepultura sua cum ita statuisse ferunt: Meum corpus, ô charissimi filii, cum moriar, neque in auro condite, neque in argento, neque in alia re prorsus vlla: sed illud terræ reddite quam primum. Quid enim hac re beatius, quam terræ misceri, quæ pulchra & bona omnia gignit atque nutrit? *Xenophon. de Cyri pedia, lib. 8.*

Semiramis, Constructo sibi monumento, inscripsit: Quicunq; rex pecuniis indiguerit, aperto sepulchro, quantum opus est, capiat. Darius autem cum aperuisset, pecunias quidem non inuenit, sed in huiusmodi scripta incipit. Nisi vir malus esses, & pecuniarum inexplebili desiderio flagrares, haud sane loculos mortuorum commouisses. *Plut.*

Demonactem morientem amici rogabant, quomodo vellet sepeliri: Ne quid, inquit, ista res vos habeat sollicitos: fœtor me sepeliet. Et dicentibus: Indignum facinus, si talis viri corpus laceraretur à canibus: Quid inquit, incommodi, si & mortuus alicui sim vsui: *Eras. l. 8. apoph.*

Olympias. Alexandri mater Olympias, quum audiuisset, filii cadauer insepultum fuisse abiectum, inter lamenta dixit hoc quoque: O fili: qui studebas cœli particeps esse, huc toto impetu properans, ne iis quidem potiri valuisti, quæ sunt mortalium omnium communia, terra ac sepultura. Alexander viuus ambiebat diuinos honores: defuncto nec vltimus ille contigit honos, quem quiuis homo persoluit homini, quamlibet humili. Narrant enim Q. Curtius, & Plutarchus, Alexandri corpus multis diebus insepultum iacuisse, ob graues procerum concertationes de successione principatus. Fuit & alter Alexander Epiri rex, Olympiadis frater, huius corpus amne in hostium castra deuectum est, itaque ab his fœde lacerātum. Vnius tamen mulieris opera sepultum est, licet mutilum. *Refert. Tit. Liuius Decad. 1. l. 8.*

Neronem Imp. in fuga, quum Phaon libertus hortaretur, vt in specum egesta arena conderetur: negauit se viuum sub terram iturum. *Sueton. in Vita Neronis.*

Zisca Hussitarum dux & Imperator fortissimus, iam moriturus, cum à militibus interrogaretur, quomodo sepeliri cuperet post mortem? Pellem, inquit, mortuo mihi detrahite, relictoque feris cadauere, ex cute tympanum facite, quo in prælijs vtamini. Et sic, vt hostes nostri viuentis aspectum non ferebant, ita mortui sonum, fugam adornantes, audire nequibunt. *Æn. Sylu. lib. 3. comment. de reb. gest. Alphonsi regis.*

¶ Biblica Exempla.

Sepultorum honorifice, *exempla*: Sara, *Genes. 23. v. 4. 15.* Abraham, 25. v. 8. Debora nutrix Rebeccæ, 35. v. 8. Rachel, *v. 16. & 48. v. 7.* Iacob, 48 v. 26. & c. 50. v. 5. &c. Ioseph, v. 24. 25. 26. *Exod. 13. 19.* Iosue, 24. 32. Rebecca, Lia, *Gen. 49. v. 30. 31.* Maria, *Num. 21.* Aaron, *v. 28. Deut. 10. 6.* Moyses, 34. v. 5. 6. Eleazar, *Ios. 24. 33.* Iosuah, 24. v. 29. 30. *Iudic. 2. v. 8. 9.* Gedeon, 8. v. 32. Thola, 10. v. 1. 2. Iair, v. 5. Iephthe, 12. v. 7. Abesan, v. 10. Aialon, v. 11. Abdon, v. 15. Samson, 16. v. 31. Samuel, *1. Sam 25. v. 1. & 28. 3.* Saul & Ionathas, 31. 12. 2. *Sam. 2. 5. & 21. v. 12.* Asael, *2. Sam. 2. v. 31. 32.* Abner, 3. 31. Isboseth, 4. 12. Achitophel, 17. v. 23. Saul, Ionathas, & septem filii eius, 21. 12. Dauid, *2. Reg.* 2. 10. Iacob, v. 34. Salomon, 11. v. 43. Propheta verbo Dei inobediens, 13. v. 29. 30. Filius Ieroboam, 14. v. 17. 18. Roboam, v. 31. Abia, 15. 8. Asa, v. 24. 2. *Paralip. 16. v. 13. 14. 3. Esdr. 1. v. 30. 31.* Baasa, *1. Reg. 16. 6.* Amri, *v. 28.* Achab, 22. 38. Iosaphat, *v. 51.* Ioram, *2. Reg. 8. 24.* Ochosias, 9. 28. Iehu, 10. 34. Ioas, 12. 21. & 14. 16. Ioachas, 13. 8. Elisæus, *v.* 14. Amasias, 14. v. 19. 20. Azarias, 15. v. 7. Ionatham, *v. 38.* Achas, 16. 20. 2. *Paral 28. v. 27.* Manasses, *2. Reg. 21. v. 18.* Amon, *v. 26.* Iosias, v. 23. 30 & 35. v. 24. Ioiada, 2. *Paral. 24. 16.* Ozias, 26. v. 23. Ezechias, 32. 33. quidam Israelitæ, *Tob. 1. 21. & 2. 3.* Israelita iugulatus, 12. 12. Tobias senior, 14. 3. Raguel, v. 16. Manasses, *Iudic. 8. 3.* Iudith, 12. 12. Tobias senior, 14. 3. Raguel, v. 16. Manasses, *Iudic. 8. 3.* Iudith, 16. 28. Mathathias, *1. Macchab. 2. 70.* Iudas, 9. 19. Ionathas. 13. 25. Ioannes Baptista, *Matth. 14. 12.* Iesus, *Marc. 15. 46. Ioan. 19. v. 38 39. 40.* Ananias, *Act. 5. 5.* vxor eius, v. 9. 10. Stephanus, 8. 2. Sepultura honorifica carere, afflictio est, & iræ diuinæ ac vindictæ signum *exempla* Iezabel, *2. Reg. 9. 33.* Israelitæ, *Psalm. 79. 3.* Ioram, *2. Paral. 21. 9.* Iudæi, *Ierem. 8. v. 1. 2. & 14. 16. v. 4. 5. 6. 7. & 25. 33.* Ioachim, 22. *v. 18. 19.* Sedechias, 3. 4. 5. Antiochus, *2. Macch. 9. 28.* Prophetæ Euangelici, *Apoc. 11. 9.* Sepultorum ossa ex sepulchris eiici, & ad solem expandi iræ diuinæ aduersus peccatores accensæ signum. *Ierem. 8. v. 1. 1.*

Vide, Mors, Resurrectio.

Sermo.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

SErmo, Græce λόγος ὁ. Est idem quod loquela. Dicitur autem à conferendis simul compositis & contextis verbis. Hinc sermocinor, loquor: & sermocinatio, collocutio.

Sermo Heb. *Omer. Emer*, dictum, pronunciatum, eloquium, à verbo *Amar*, dixit, quod significat actum dicendi. Cognationem habet cum *Iamar* & *Mur*, mutauit: nam dicendo mutantur literæ, syllabæ, verba, tempora, nomina, pro necessitate orationis. Hinc ἑρμῆς, ἑρμέας. Interpres, ἑρμηνεύω, interpretor, ἑρμηνεία, dictio, dictionum expositio. 2. *Dahar, Dibbrah*, verbum, eloquium. Sæpe pro re quæ verbis recitatur, quod Latinis est negotium, à verbo *Dabhar*. loquutus est, verbis reddidit sententiam & voluntatem animi sui, vertit sermonem ad omnem tropum orationis consuetæ. In summa significat rem animo conceptam prolixius enarrare omni tropo & genere loquutionis, vt ab audientibus recte intelligatur, & ideo sæpe vtendum est verbis & figuratis loquutionibus ad nostram consuetudinem accommodatis. Cognationem habet cum *Rabhadh*, ornauit, strauit flosculis, seu tapetiis, ad decorem seruientibus, sic enim sermo noster refertus debet esse figuris ad maiorem intellectum.

¶ BIBLICI LOCI.

Sermo, aut verbum, ex Hebræorum idiotismo: *Primo*, pro re quauis, aut indefinita particula. Vide VERBVM. *Secundo*, pro viua voce. aut libris conscriptis, 2. *Thess.* 2. 2. pro sponsione seu promissione, *Tit.* 1. 3. κατ' ἐξοχήν pro doctrina Euangelica, *Act.* 16. 6. *Philip.* 1. 14. quæ dicitur sermo Christi, *Colos.* 3. 16. sermo vitæ, *Philip.* 2. 16. sermo veritatis, 2. *Cor.* 6. 7. sermo iustitiæ, quo docetur iustitia: hoc est, Euangelium, *Heb.* 5. 13. quam significationem obtinet iustitiæ vox, *Rom.* 1. ℣. 17. 18. sermo vnus omnibus, ante extructam turrim Babel, *Gen* 11. ℣. 1.

Sermo pro fucata dicendi ratione, 2. *Cor.* 11. ℣. 6. proprietatis doctrina, *Gal.* 6. ℣. 6 sermo damnandus, *Ephes.* 4. 29. *Colos.* 3. 8. sermo laudandus, *Prouerb.* 15. ℣ 1. 23. & 16. 21. & 25. 5. sermo piorum qualis, *Matth.* 5. 37. & 12. 36. *Ephes.* 4. 29. & 5. 3. *Colos.* 3. ℣. 8. 1. *Pet.* 3. 10. Vide Pro sermo caro factus est, *Ioan.* 1. ℣. 14. hoc est, homo factus est, per synecdochen, vt *Esa.* 45. *Ioel.* 2. ℣. 28. sermo auditionis Hebræis pro sermone auribus percepto, *Thess.* 2. ℣. 13. sermonem Dei quærere, 1. *Reg* 22. ℣ 5. Vt in sermone continet nos Deus, orat Paulus, 2. *Thess.* 2. ℣ 17. sermone Dei loquatur, qui loquitur. 1. *Pet.* 4. ℣. 11. sermones Dei proicere, 1. *Sam.* 15. ℣. 26.

¶ SENTENTIAE POETICAE.

Sat. 4 S. l. 6.

Nobis verus amor, medioq; Helicone petitus
Sermo, hilaresq; loci brumalem absumere noctem
Suaserunt, mollemq; oculis expellere somnum.

Horat, Art.

Omne tulit punctum, qui miscuit vtile dulci.

Auson. Eidyl. 11.

Est & Non cuncti monosyllaba nota frequentant:
His demptis nihil est hominum quod sermo volutet.
Omnia in his, & qui ab his sunt, omnia siue negoti,
Siue oti quidquam est, seu turbæ, sine quietis, &c.
Qualis vita hominum, duo quam monosyllaba versant.

Virg. 8. Æneid.

Ibat rex obsitus ævo,
Et comitem Æneam iuxta, natumq; tenebat,
Ingrediens, varioque viam sermone leuabat.

Virg. 1. Æneid.

O Dea, si prima repetens ab origine pergam,
Et vacet annales nostrorum audire laborum,
Ante diem clauso componet Vesper Olympo.

Ouid. 15. Met.

Desinet ante dies, & in alto Phœbus anhelos
Æquore tinget equos, quam consequar omnia dictis,
In species translata nouas.

Plaut. capt.

Si ego item memorem, quæ me erga multa feciſti bene,
Nox diem adimat.

¶ PHILOSOPHICA. PLACITA.

Verba inuenta sunt, non quæ impedirent, sed quæ indicarent voluntatem. *Cic. pro A. Cæcin.*

Interpres mentis est oratio, verbis discrepans, sententiis congruens 1 *de leg.*

Sermone eo debemus vti, qui notus est nobis. 1. *Offic.*

In primis prouideamus, ne sermo vitium aliquod indicet inesse moribus: quod maxime tum solet euenire, cum studiose de absentibus detrahendi causa, aut per ridiculum, aut seuere, aut maledice, contumelioseque dicitur. 1. *Offic*

Quoties aliquid aut dicimus, aut loquimur, toties de nobis iudicatur, 1. *de Orat.*

Diligentissime linguam continere; mihi virtus interdum minor videtur, quam omnino non irasci. *Cic. ad Q. Frat.*

Id ipsum dicere nunquam est non ineptum, nisi quum necessarium. 1. *de Orat.*

Habent suum modum, quæcunq; opportuna dicuntur; sed

Tacere noli, vbi non oportet. *Pro Rosc. Comœd.*

Oratio debet esse ornatior sententiis, quam verbis, *part. or.*

Non tam copia quam modus in dicendo quærendus est. *Manil.*

Decorus est sermo senis, quietus, & remissus, facitq; prosectum audientiam diserti senis compta oratio & mitis. *Cato maior.*

Difficile est dictu, quantopere conciliat animos hominum facilitas, affabilitasq; sermonis. 2. *Offic.*

Quidam nimium dicunt, nec tamen totum. *Quint. l. 1.*

Nisi maxima rerum versantur momenta, non debemus esse soliciti.

Verba honesta moribus perdidimus.

Sermone hominem, vt æra tinnitu dignoscimus. *idem lib.*

Viue moribus præteritis, & vtere verbis præsentibus.

Tanquam scopulum, & sic fugias inauditum atque insolens verbum.

Multo magis viua vox afficit.

Melius eadem pronunciat, qui peperit, *Gell. l. 1.*

Sermo senilis libenter audiendus.

Euitanda est sermonis curiositas. *Plat. de Republ.*

Quod bene dicitur, repetere non nocet. *idem de Repub.*

Omnis sermo, si breuior fuerit, quam oportet, obscurat intellectum: si longior, difficilis erit retentio, & dilapsui memorem inducit.

Sermo dicentis non interrumpendus. *Arist. Polit.*

Quod facere institueris, nil prædicare, nam si facere negaueris, rideberis.

Noli eito loqui, est enim insaniæ indicium.

Dicenda sunt, quæ vtilia futura sunt, & dicenti & audienti.

Celeritas sermonis non habet iustitiam, tardi vero immodici multum proficiunt ad sapientiam.

Aut silere oportet, aut meliora silentio adferre.

Sermonis vitium in lingua est, facti vero in animo. *Pythag.*

Hominis sermonem Themistocles aulæis assimilauit. Quos admodum enim ea si explicemus figuras ostendunt inesse, contrahantur easdem occultant: idem & orationi vsu venit. *Plut. in Themistocle.*

Vocis sub tyrannide periculosa est libertas. *idem in Aratu.*

Quicunque potentioris impotens desiderium aperte improbat, illud magis adauget: at qui suaui sermone applaudit, impetum animi retundit, & dum quædam pollicetur, frenat cupiditatem. *Heliod. l. 1.*

Quam rarissime, & iucunde apud hominem loquendi vim habet potestatem & necis in acie linguæ portantem. *Anon. Mart. libro 18*

Orationem quæ nobis cordi est, facile comprobare solemus. *Zonar. in Alex. Comn.*

Vide hominum leuium & inconstantium orationem fuisse inanem haberi, atque temere huc illuc errare, sine ponderis vllo honore. Contra vero quum fidei quempiam rationem suam habere constiterit, eius orationem, si quid rogant, tanquam sui quam aliorum vim. Eundem si quendam ad officium reuocarit, minando id facilius quam alios puniendo consequi potest. Remo plus proficere promittendo, quam alios statim dando. *Max. de expedit. Cyri, l. 7.*

¶ APOPHTHEGMATA.

Solon, sermonem operum simulachrum esse dicebat. Eaque quæ in opus prorumpunt, prius animo concepta, verbis indicant. *Max serm.* 14.

Thales dicere solebat, multiloquium non ostendere hominem sapientem. Sapiens enim non nisi quum res exigit, loquitur, & quidem cissimis suum ostendit animum. Stultus autem, etiam nemine non efflagitante, loquendi finem non facit. *Eras. lib. 7. apoph. Laert l. 1. c. 1.*

Epicurus, sapientis sermonem dicebat magnificentiorem esse grabato, panno & stramentis: tunc enim non tantum veri ceptorem, sed testem. *Senec. epist* 20.

Isocrates, Duo (inquit) tibi tempora dicendi præscribo, vt rebus indubie tibi perspectis, vel necessariis verba facias, in quibus solis oratio præstat silentio: in aliis vero tacendum potius quendum *Stob. serm.* 34.

Romulus dicere solebat, vasa fictilia sono & percussa homo vero sermone explorandum esse. *Max. serm.* 15.

Cenopidas, Qualis cuiusque esset natura, talem esse dicebat monem. *Max. serm.* 15.

Demonax solitus est dicere, in speculis vultus figuram, loquiis autem animi naturam & imaginem cerni posse. *Max. sermone* 15.

Idem dicebat, orationem ac sermonem hominis quasi animi formam effingere & proferre, *ibid.*

Pyth-

...gerari. Optabilius (inquiebat) sit tibi lapidem temere pro-...rum sermonem otiosum. *Stob. serm.34.*

...ermonem εἴδωλον τοβίκε, id est, vitæ simulacrum ...que velut vmbram esse, dicebat. Qua quidem sententia ...potuit verius. Nam nullo in speculo melius expressiusq; ...figuram corporis, quam in sermone pectoris imago repræ-... Neque homines ex sermone iecius, quam ærea vasa tinni-...contur. *Laert.*

... Audiens adolescentem variis de rebus assidue loquentem, ...speculo faciei figura, in verbis autem animi qualitas vniuſ-...hominis deprehenditur. *Stob.*

...Citieus. Adolescenti considenter loquenti: Non dixerim, ...adolescens, quæ mihi succurrunt. Subnotauit vir pruden-...sermonis procacia æstimari morum impudicitiam. *...p.11.*

...nius. Fontem & originem male viuendi esse, dicebat non ...obscœna & turpia loqui. *Stob. serm. de intemperantia.*

...ratus, sermone faceto tanquam sale, parce vtendum esse ... *Stob. serm.34.*

... aebat, sibi videri mirum, quod quum vlla aut opercu-...emerent homines, nisi pulsu aut tinnitu exploratum, in e-...homine solo ast ectu essent contenti. Significans hominem ...melius cognosci, quam ex oratione. Vt igitur, qui vas ...nuncio parant emere, digito pulsant, atque ex tinnitu red-...noscunt, sitne integrum, probæ argillæ, ac bene coctum: ...quam minus aliquot emant homin m, oportebat ad di-...prouocare, atque ex oratione deprehendere, qualis sit, ...*lib.6.*

...ates dicere solebat, qualis homo est, talis etiam eius erit ...orationi autem facta similima, factis vitam. *Cicero lib.5. ...quæst.*

... In bello quidem ferrum, dicebat, auro præstare ad de-...dum se, in vita autem, sermo eruditus diuitiis. *Stob. serm. ...rat.*

... Sermonem eruditum, tanquam bonum sigulum, elegan-...animam ornare dicebat. *eod serm.*

... Quum diues quidam filium adolescentem ad Socratem ...tus indolem illius inspiceret: ac pædagogus diceret, Pater ...Socrates, misit filium, vt eum videres: tum Socrates ad pu-...Loquere igitur, inquit, adolescens, vt te videam. Significans, ...hominis non tam in vultu relucere, quam in oratione: ...sit certissimum, minimeq; mendax animi speculum. *...apoph ex Apuleio. Florid. l.1.*

...ysippus interrogatus, quid esset mens hominis? sermonis fon-...respondit: quemadmodum enim riuuli ex fonte fluunt, ...ex corde & mente hominis procedit. *Stob. serm.1.*

¶ Similitvdines.

...Chrysostomi. Sicut ignis de modica scintilla magnum conflat ...tum: ita & sermo malus de leui occasione magnam succen-...citium. *in cap.5. Matth. homil.9.*

...antes. Qui male loco separantur, sermone vero colli-..., tantumque inuicem discordant, quantum oculi strabi, ...dentes, & non visu sed positione dissidentes, quibus etsi ...rabi sint, obici possint, non tamen quod cæci. *De Pen-...*

...emadmodum in harmonia artificiali & musica alius est sonus ...acremissus, quum alia quædam chorda pulsatur, omnia ...unius sunt moderatoris & artificis, ad vnam harmoniæ sua-...tendentia: Ita & in his opifex & magister sermo, in aliis ...alius cuiusdam opificii aut artis proposuit virtutem: cun-...in medium posuit, omnibus communi ac humano com-...vti volentibus, vitam nostram colligans, illamq; reddens ...orem. *contra Iulianum.*

...emadmodum aqua, quæ non certis canalium marginibus di-..., sed per aream diffunditur planitiem, euanescit: Ita & res per ...vastitatem diffusa, lectorem fallit. *Lib.3. de Theologia.*

...dæi. Quemadmodum doloribus, timoribus, aliisque ...illos fauor, sedulitas, dexteritasq; amicorum sæpe refouet: ...sæpe, sed semper, grauissima onera, quæ nobis imponit vel ...communis necessitas, vel externus casus aliquis ex improui-...dimouit præsentissimum sermonis rationis veremedi-...que socius & amicus familiarissimus à natura nobis est non ...dus, quam adglutinatus, vt visibiliter, sic insolubiliter. *...nius fol 371.*

...ea, quæ in tenebris abdita sunt, cælantur, donec lux afful-...indicet: Ad eundem modum cogitationes meas recondi ...intuibili, donec vox lucis more cunctas retegat. *Lib. Quod ...sit.*

...Cyrenei. Mentis quasi vestitus quidam verba sunt, quibus ...incedit, & vel male vel bene adornatur: quemadmodum ...corpore: hic autem speciem, aut deformitatem hominibus ...*De providentia, lib.1 fol.72.*

...Patriarch. Speculo similis est sermo: & sicut in illis re-...tur species corporis & formæ, ita in colloquiis animæ forma expressa conspicitur. *Apud Antonium part.1. sermon. 28. Meliſſa.*

Pii Pontificis. Sicut qui longo tempore coniecti in vinculis fuerint, si posterius soluantur, ob vinculorum consuetudinem, nequeunt ambulare: Ita qui sermonem diutius astrinxerunt, si quando loquendum ex improuiso fuerit, commutescunt. *Epistolarum lib.epist.414.*

Romyli. Quemadmodum vas fictile sono & tinnitu: hic homo sermone probatur. *Apud Ant. in Meliſſ. part.1 serm.48.*

Demosthenis. Vt in speculis vultus figura: sic in colloquiis animi character cernitur. *Apud Max. serm.15.*

Plutarchi. Vt tædium ostio carentium, & crumenarum absque vinculis nulla est vtilitas: Ita multo magis oris clausiro carentis nullus est vsus. *in Moral.*

Vt in calamitatibus firmissimi atque optimi amici desunt vtiliter: sic & sermones optimi. *in Moral.*

Qui in Platone & Demosthene nihil quærunt, nisi puritatem Attici sermonis, quid aliud agunt, quam ii, qui in pharmacis nihil amant, nisi fragrantiam & nitorem, vim purgandi seruandiq; negligunt? *in Moral.*

Erasmi Roterodami. Quemadmodum Protogenes Pictor Apellem ex vnica linea cognouit, nunquam alioqui visum: Ita ex vnico responso ingenium & prudentiam viri deprehendet, qui sit ipse sapiens. *in similib.*

E voce agnoscimus hominem, facie non conspecta, nam sua cuique vox: Ita ex oratione licet hominis vitam coniectare. *In similibus.*

Nouella vitis copiosius gignit vinum, sed vetustior melius: Ita plura loquuntur iuuenes, sed vtiliora senes. *in similib.*

Taurus aues, cum sit pusilla, tamen boum vocem imitatur: Ita nonnulli, cum re sint exigui, tamen loquuntur reges ac satrapas. *in similib.*

Torsueri. Vt placet vbique cibus citra saturitatem: sic sermo intra sobrietatem. *in apoph.114.*

¶ Hieroglyphica.

Sermonis efficaciam persuadendique vim ostentare veteres si voluissent: *Mercurii simulachrum* grandiori iam ætate, barbatum & effœto propemodum corpore, natura tamen obscœnius excitata, eaque tantum parte validissimum faciebant. *Pier. Val. lib. 34. pag.323. A.*

Sermonem vero inanem ostendere volentes, *Mercurium* eundem iuniori specie ac prorsus impubi cum effinxissent, attracta illi pudenda vel defidentia faciebant. In his enim, qui nondum ex ephebis excessissent, infœcundam & imperfectam esse orationem animaduerterant: vtpote quo ætas illa ad prudentiam nondum esset idonea. *Pier. Val. 34. p.323. B.*

Oculum etiam iuuenimus *sermonis* esse hieroglyphicum apud sacerdotes Ægyptios: sermonem ipsum dupliciter considerari, Vno modo, quatenus à natura loquendi facultatem consequimur: altero, quo in hoc vel illud idioma linguam inflectimus, & in proprio artem & elocutionem adhibemus. Illum simplicem sermonem per linguam tantum figurari: sed si cultum & elegantiam accessisse innuere vellent: linguæ oculum subsanguineum subiiciendum. *Pier. Val. l.33. p.306. E.*

Vide, Oratio, pro sermone, & tit. de Lingua.

Seruitus.

¶ Definitio. et etymol.

SEruitus, Græce δουλεία, ας, ἡ, & δοῦλος, ου, ὁ, seruus dicitur. Seruitus Heb. *Hebhodhah.* Dicitur seruitium & cultus, à verbo *Habhadh,* seruiuit alicui tanquam seruus hero suo, coluit, opus seruile fecit. Cognationem habet cum verbo *Habbar*, mutuatus est: nam vti alicuius seruitute, est mutuari eius laborem. Est autem seruitus humana institutio iuris gentium, qua quasi Domino alieno contra naturam subiicitur, *vt habetur Instit. de iure personarũ, §. Seruitus.* Dicitur autem seruus, quod in bello seruari non necabantur, sed vitæ seruabantur. Eius diminutiuum est seruulus, & ab hoc seruilis, & aduerbium seruiliter: seruitus & seruitium, quod in singulari est ipsa seruitus. Terent. *Ego hoc tibi pro seruitio debeo conari manibus & pedibus.* In plurali vero interdum ipsi serui. Sallust. *Interea seruitia repudiabas.*

¶ Loci Biblici.

Seruire duobus dominis impossibile. *Matth.6. v.24.* seruire Deo, *Ioſ.22. v.27.* Deo & Dæmonibus, *2. Reg.17. Vers.28.* seruiendum soli Deo, *Exod 23. v.25. Deut.6. v.13. & 10.12. & 11.13. & 13.4. Matth.4.10 Luc.4.8.1. Tim 1.9.* vt seruiremus ei, redemit nos Christus, *1. Theſſ.1. v.9.* seruiamus inuicem *Gal.5. §.13.*

Seruitus ex peccato, *Geneſ.9.25.* seruitus peccati, *Ioan.8.34. Rom.6.* seruitus sanctimoniæ, *Vers.18.19.22. Gal.3.13.1. Pet.2.16.*

seruitus pro coniugalis vinculi obligatione, 1. *Corinth.* 7. 15. seruitutis & adoptionis spiritus, vocatur à Paulo ipse Spiritus sanctus. *Roman.* 8. 15. seruitus est circumcidi, *Galat.* 2. 4. seruitium Dei quale, *Luc.* 1. 74. à seruitute Diaboli liberati, *Deuter.* 5. 6. Legis, *Hebr.* 2. 15.

Seruis quomodo à pueritia tractandus, *Prouerb.* 29. *versic.* 15. 21. seruus Hebræus quousque detinendus, & quomodo tractandus, *Exod.* 21. 2. *Leuit.* 25. 39. *Deuteron.* 15. 32. *Ierem.* 34. 14. serui, qui perpetuæ se addixit seruituti, subula auris est perforanda, *Exodi* 21. 6. *Deuter.* 15. *versic.* 17. (*Vide Psalm.* 46. 7. *Hebr.* 10. 5.) seruus fugiens, *Deut.* 23. 15. seruitus inutilis damnatur, *Prou.* 14. 35. seruus laudandus, *Versic.* 35. & 17. 2. & 27. 17. Serui nomen tribuitur etiam Christo, *Esa.* 42. *v.* 1. *Matth.* 12. 18. iuxta illud *Philip.* 2. *v.* 7. quatenus fuit Minister, & quidem Prophetarum caput. Seruus Dei, κατ' ἐξοχήν, pro Moyse, *Apocal.* 15. *v.* 3. vt describitur, *Deut* 34. *versic.* 10. serui fidelis descriptio, *Matth.* 24. *v.* 45 mali, *v.* 48 seruus Christianorum, 20. *v.* 26. 27. seruus Dei esse nequit, qui quærit hominibus placere, *Galat.* 1. *v.* 10. seruus Dei Moyses, *Num.* 12. *Versic.* 7. seruus fidelis, seruus Abraham, *Gen.* 24. 2 *&c.* seruus omnium, Paulus, 1. *Cor.* 9. *v.* 19. seruus probus Iacob, *Genes.* 31. *v.* 39. seruus non est maior domino suo *Ioan.* 15. 20.

Serui Dei Israelitæ, *Leuit.* 25. 42. serui Dei omnes nos, quibus talenta data sunt, *Matth* 25. 14. serui Dei sumus inutiles, *Luc.* 17. *Versic.* 10. serui Dei sumus, liberati à peccato, *Ioan.* 8. *v.* 36. *Roman.* 6. 22. serui Diaboli, liberati per Christum, *Deut.* 6. 12. serui Iudæorum, peregrini, *Leuit.* 25. 44. serui peccati, *Ioan.* 6. *Versicul.* 34. serui Regis omnes, 1. *Sam.* 8. *v.* 17. serui quales esse debeant, *Ephes.* 6. *vers.* 5. *Coloss.* 3. *v.* 22. 1. *Timoth.* 6. 1. *Tit.* 2. *v.* 9. 1. *Pet.* 2. *versic.* 18. serui sumus iustitiæ, *Roman.* 6. *v.* 22. de seruis emendis, *Exod.* 21. 2. *Deut.* 15. 12.

Seruorum conditio, *Exod.* 21. *v.* 20. 1. *Corinth.* 7. *v.* 21. 2. *Timoth.* 6. *vers.* 1. Seruorum & famularum consolatio, & erga dominos ac dominas suas officium, *Gen.* 16. *Vers.* 4. 6. 9. & 24. *vers.* 1. 2. *&c.* & 30. *vers.* 35 & 31. *v.* 4. & 39. *v.* 1. 6. *Exod.* 2. *v.* 2. 20. 2. *Reg.* 5. *v.* 20. 25. *Prou.* 14. 35. & 17. 2. & 19. *Vers.* 10. & 29. 19. *Eccles.* 2. *vers.* 7. *Eccl.* 7. 22. & 10. *versic.* 28. *Irrem.* 34. *Vers.* 8 *locl.* 2. *v.* 29 *Luc.* 12. *Vers.* 37. 45. *Actor.* 12. *v.* 13. 1. *Corinth.* 7. *versic.* 22. *Ephes* 6. *vers.* 5. 6. 8. *Coloss.* 3. *Vers.* 22. 1. *Timoth.* 6. *versic* 2. *Tit.* 2. *Vers.* 9. 1. *Petr.* 2. *versic.* 18. 19. Seruis Dei fides habenda, *Exod* 4. *vers.* 5 *Deuteron* 18. *vers.* 15. 2 *Paralip.* 20. *Vers.* 20. Seruis Dei confirmatio necessaria. *Exempla*: Elias, 2. *Regum.* 1. *Versicul.* 15. Paulus, *Actor.* 27. *Versicul.* 24.

¶ Sententiæ Biblicæ.

Seruitus diuina singularis.

Dominum Deum tuum timebis, & illi soli seruies. *Deuteronomii*, 6. & 10.

Vsquequo claudicatis in duas partes? Si Dominus est Deus, sequimini eum. 3. *Reg.* 18.

Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. *Matth.* 4.

Nemo potest duobus dominis seruire: Aut enim vnum odio habebit, & alterum diliget, aut vnum sustinebit, & alterum contemnet. 6.

Domino Christo seruite. *Coloss.* 3.

Virtualis.

Dixit Samuel ad populum: Nolite timere, vos fecistis vniuersum malum hoc: veruntamen nolite recedere à tergo Domini: sed seruite Domino in omni corde vestro 1. *Reg.* 12.

Timete Dominum, & seruite ei in veritate, & ex toto corde vestro. *ibid.*

Tu Salomon fili mi, scito Deum patris tui, & serui ei corde perfecto, & animo voluntario. 2. *Par.* 28.

Seruite Domino in timore. *Psalm.* 2.

Seruite Domine in lætitia, 99.

Seruus tuus sum ego, da mihi intellectum. 118.

Ecce sicut oculi seruorum. Sicut oculi ancillæ, 138.

Fili, accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia & timore, & præpara animam tuam ad tentationem. *Eccl.* 2.

Seruus meus es tu, elegi te, & non abieci te. *Esa*, 41.

Quis vestrum habens seruum, arantem aut pascentem boues, qui regresso de agro dicat illi: Statim transi, & recumbe: & non dicit: Para quod cœnem, & præcinge te, & ministra mihi, donec manducem & bibam, & posthæc tu manducabis & bibes? Nunquid gratiam habet seruo illi, quia fecit, quæ ei imperauerat? Non puto. *Luc.* 17,

Sic & vos, cum feceritis omnia, quæ præcepta sunt vobis, dicite: Serui inutiles sumus: quod debuimus facere, fecimus, *ibid.*

Liberati à peccato, serui facti estis iustitiæ. Humanum dico, propter infirmitatem carnis vestræ. Sicut enim exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem: ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem. *Roman.* 6.

Nunc soluti sumus à lege mortis, in qua detinebamur: ita vt seruiamus in nouitate Spiritus, & non in vetustate literæ. 7.

Sic nos existimet homo vt ministros Christi. 1. *Cor* 4.

Non estis vestri. Empti enim estis pretio magno Glorificate & portate Deum in corpore vestro. 6.

Cum liber essem ex omnibus, omnium me seruum feci, vt plures lucrifacerem. 9.

In omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros in multa patientia. 2. *Cor.* 6.

Regnum immobile suscipientes, habemus gratiam, per quam seruiamus placentes Deo, cum metu & reuerentia. Heb. 12.

Vos scitis à prima die, qua ingressus sum Asiam, quomodo vobiscum per omne tempus fuerim, seruiens Deo cum omni humilitate. *Actor.* 20.

Salutaris.

Custodit Dominus animas seruorum. *Psalm.* 97.

Filii seruorum tuorum habitabunt, & semen eorum in sæculum dirigetur. 102.

Perdes omnes, qui tribulant animam meam, quoniam ego seruus tuus ego sum. 143.

Ecce intelliget seruus meus, & exaltabitur, & eleuabitur, & sublimis erit valde. *Esa.* 52.

Nunc liberati à peccato, serui autem facti Deo, habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem vero vitam æternam. *Roman.* 6.

Seruus malus profectum Domini negligit.

Quis est omnipotens, vt seruiamus ei? *Iob.* 21.

Huiusce modi Christo Domino nostro non seruiunt, sed ventri. *Rom.* 16.

Malum pœna incurrit.

Si dixerit malus seruus in corde suo: Moram facit Dominus meus venire: & cœperit percutere conseruos suos, manducet autem & bibat cum ebriosis: veniet Dominus serui illius in die qua non sperat, & hora, qua ignorat, & diuidet eum, partemque eius ponet cum incredulis. *Matth*, 24.

Ille seruus, qui cognouit voluntatem domini sui, & non præparauit nec fecit secundum voluntatem eius, vapulabit multis: qui autem non cognouit, & fecit digna plagis, vapulabit paucis. *Luc.* 12.

Seruitus peccati in seruitutem.

Amen amen dico vobis, quia omnis, qui facit peccatum, seruus est peccati. *Ioan.* 8.

An nescitis, quoniam cui exhibetis vos seruos ad obediendum, serui estis eius, cui obeditis, siue peccati ad mortem, siue obœdientiæ ad iustitiam. *Rom.* 6.

Libertatem illis promittentes, quum ipsi serui sint corruptionis. A quo enim quis superatus est, huius & seruus est. 2. *Petr.* 2.

Homini damnosa.

Seruus non manet in domo in æternum. *Ioan.* 8,

Non regnet peccatum in vestro mortali corpore, vt obediatis concupiscentiis eius. *Rom.* 6.

Quum enim serui essetis peccati, liberi fuistis iustitiæ. Quem ergo fructum habuistis tunc in illis, in quibus tunc erubescitis? finis illorum mors est. *ibid.*

Seruitus humana onerosa.

Euigilans Noe ex vino, quum didicisset, quæ fecerat ei filius minor, ait: Maledictus puer Chanaan, seruus seruorum erit tribus suis, *Genes.* 9.

Duæ gentes sunt in vtero tuo, & duo populi (ait Dominus beccæ) ex tuo ventre diuidentur. Populusq; populum superabit, maior seruiet minori. 25,

Eme nos in seruitutem regiam, & præbe semina, ut pereat cultore redigatur terra in solitudinem. 47.

Manus fortium dominabitur: quæ autem remissa est, tributis seruiet.

Pretio empti estis, nolite fieri serui hominum. 1. *Cor.* 7.

Seruus bonus fideliter operatur.

Filio doloso nihil erit boni: seruo autem sapienti prosperi actus, & dirigetur via eius. *Prou* 14.

Seruus sapiens dominabitur filiis stultis. 17.

Seruo sensato liberi seruient. *Eccl.* 10.

Serui obedite dominis carnalibus cum timore & tremore, in simplicitate cordis vestri, sicut Christo: non ad oculum seruientes, quasi hominibus placentes, sed vt serui Christi. *Eph.* 6.

Serui obedite per omnia dominis carnalibus, non ad oculum seruientes, quasi hominibus placentes, sed in simplicitate cordis timentes Deum. Quodcunq; facitis, ex animo operamini, sicut Domino, & non hominibus, scientes, quod à Domino accipietis retributionem hæreditatis, *Coloss.* 3.

Quicunque sunt sub iugo serui, dominos suos omni honore dignos arbitrentur, ne nomen Domini & doctrina blasphemetur. Qui autem fideles habent dominos, non contemnant, quia fratres sunt, sed magis seruiant, quia fideles sunt & dilecti. 1. *Timoth.* 6.

Seruos dominis suis subditos esse, in omnibus placentes, non contradicentes, non fraudantes, sed in omnibus fidem bonam ostendentes. *Tit.* 2.

nere illos principibus & potestatibus subditos esse, dicto obe-
re ad omne opus bonum paratos esse. 3.
ere subditi estote in omni timore dominis, non tantum bonis
is subditi sed etiam dyscolis. 1. Petr. 2.

A domino suo vtiliter remuneratur.

ctus est regi minister intelligens. *Prou.* 14.
ens vt promptus ad gerendum negotia in aulis regum ministrat,
quod primatos aut obscuros. 22.
ut fidelis seruum in veritate operantem, nec mercenarium dan-
am suam *Eccl.* 7.
ctus quasi anima tua: non defraudes
rimas senectus sit tibi deducta quasi anima tua: non defraudes
m libertate, neq; inopem derelinquas illum. *ibid.*
et tibi seruus fidelis, sit tibi quasi anima tua, si læteris eum in-
hilagum conuertetur 33.
ominis eadem facite illis, remittentes minas, scientes, quia
m & vester Dominus est cœlis: & personarum acceptio non
ud eum. *Eph* 6.
minis, quod iustum est æquum, seruis præstare, scientes, quo-
& vos Dominum habetis in cœlo. *Col.* 4.

Seruus malus officit aliter operatur.

Baculus, & virga, onus asino: Panis, & disciplina, & opus seruo.
ere in disciplina, & quærit requiescere, laxa manum illius, &
libertatem *Eccl.* 33.

A domino decenter coarctatur.

rimas verbis non potest erudiri, quia, quod dicis, intelligit: & re-
ere contemnit. *Prou.* 9.
delicate a puertia sua nutrit seruum suum, postea sentiet
mum nascetur. *ibid.*
m & clorum ceruicem subigunt, neruus & tormenta seruum
ctum. Mitte illum in opus, ne vacet: otium enim multa vitia
dige eum ad opus, quod officium eius postulat. Quod si
inuerit iuris, grauia illum compedibus. *Eccl.* 33.

¶ Patrvm Sententiæ.

ne seruiat caro tua animæ tuæ? Deo seruiat anima tua: debes
positis regere. *Aug. super Ioan.*
Quum mihi accidit, vt ne amplius cantus, quam res, quæ cani-
ur, pœnaliter me peccare confiteor, & tunc mallem non
nere cantem. *lib.* 10. *confess.*
ndum tibi Deus seruiri vult, non vt nimietate sua debiles
ad postea medicorum suffragia requirant. Temperandum est
ui in vtero potest, cœptum obsequium magis prouehatur,
ue considerantiam minuatur: intemperantia enim ipsam a-
ui quietam facit, vt quum de infirmitate sollicita est, non
addita sit diuinis seruitijs. Damnum ergo affert improui-
. Anima enim in tranquillitate posita totum cor extollit ad
nugno consilio obsecrandum, quæ petenda sunt. *Ambro. in* 1. e-
ad Tim.
accingi in diuino seruitio properat, quid aliud, quam se cō-
ui aduersarij certamen parat? vt liber in certamine victus tu-
ui quietus sub tyranni de in captiuitate seruiat. Vnde cum Deo
dium or oritur, nobis ab aduersarijs durior pugna referuatur.
ius mor.
emo potest in vna & eadem re Omnipotenti Deo seruire, atq;
bolus gratus existere. Nam Deo amicum se denegat, qui e-
ficere inimico. *In hom. super Ezech.*
ebatur seruo Dei, quæstas, mercenario felicitas, filio veritas.
ebatur. Vadam ad portas inferi. Mercenarius non videbo Do
um Deum in terra viuentium. Filius, psalmos nostros cantabi-
hc. Bern. in quadam serm.
Quorum domus non dicit pulchritudinem parietum, ait mini
um pretiosissimos apparatus, sed ipsorum actuum beatissimam
ritatem, quibus cuncta gaudet Ecclesia, scilicet in Psalmorum
ione, in precum sanctitate, in Christiani populi deuotione
ungens, qua vbicunq; habitat Deus, gloria est. gloriosum effi-
quid inhabitare dignatur, & ab hospitijs merito crescit ho-
magnitudo. *Cassiod. super Psalm.* 25.
Quamuis hoc nec a laicis videatur exceptum, specialiter tamen
ceribus probatur impositum, vt tales ministros habeant: qui
regulas non repugnent. *super Ps.* 100.
eus iustinet, vt corrigar, flagellat, vt erudiat, probat, vt præstet,
ubi vt cœlum non cooperiat terram, non potest fieri. vt Deus
ongat sibi purissime seruientem. *super Psal.* 102.
quaslibet largitates malorum seruientium manus, quia
ionis puritas per limosa corrumpitur: sic affluentia boni prin
malis distributoribus immutatur. 11.
Quæ rema conditio seruitutis! natura liberos genuit, sed fortuna
constituit, seruus cogitur pati, & nemo finitur compati, do-
mpellitur, & nemo condolere permittitur. Sic ipse vero
est, alienæ viuere quadra. *Innocent. de vtilit. at. condr. hu-*
ane.
Seruum quicunq; vel metu frangitur, vel delectatione irretitur, vel
ciabilibus ducitur, vel indignatione exasperatur, vel mœrore de-
ur. seruitus enim est omnis passio. *Ambr. de Iacob & vita beata.*

Manebat, inquit, ante vini inuentionem omnibus inconcussa li-
bertas, nemo sciebat à consorte naturæ suæ obsequia seruitutis exi-
gere. Non esset hodie seruitus, si ebrietas non fuisset. *Præclara D.*
Ambrosij sententia.

Bonus etiam si seruiat, liber est: malus autem, si regnat, seruus est:
nec vnius hominis. sed quod grauius est, tot dominorum, quot vi-
tiorum. *Aug. l.* 4. *de ciuit. Dei.*

Conditio seruitutis iure intelligitur interposita peccatori. *Aug. ibid. l.* 20.

Est sapienti seruire libertas. Ex quo colligitur, quod stulto impe-
rare seruitus est: & quod peius est, quo paucioribus præsit, pluribus
dominis & grauioribus. Seruit enim propriis passionibus, seruit su-
is cupiditatibus, quarum dominatio nec nocte nec die fugari potest,
quia intra se dominos habet, intra se seruitium patitur intolerabi-
le. *Hier. in epist. ad Simplicianum.*

¶ Poetarvm Dicta.

Phocylides.

Γαστὴρ ὀφειλόμενον δασμὸν παρέχω θεράποντι.
Venter vt debitam mercedem præbeat seruo.
Δοῦλῳ πάντα νέμοις, ἵνα τοι κατὰ θυμὸς ἐὴν.
Seruo pacto tribuas vt tibi beneuolus sit.
Στίζ μωτε μὴ γεώψῃς ἐπονειδίζων θεράποντα.
Notas ne inures vituperans seruum.
Λαμβάνε καὶ βουλὴν παρ' οἰκέτου εὐφρονέοντος,
Cape etiam consilium a famulo bene sentiente.

Menand. Stob. serm. 60.

Οταν τύχῃ τις εὐνόητος οἰκέτου, κἂν ἐξῇ
Οὐδὲν κτῆμα κάλλιον βίῳ.
Quum quis incidit in seruum bonum,
Nulla est possessio melior,

Menand.

Μακάριος ὅστις μακαρίοις ὑπηρετεῖ.
Beatus qui beatis seruit.

Sen. Troad. Act. 4.

Durum, inuisum, & graue est
Seruitia ferre.

Plaut. Capt.

Decet innocentem seruum atq; innoxium
Confidentem esse suum apud herum potissimum.

Propert. 3, 4.

Omnia enim debet sine dano nuntius esse,
Maioremq; timens seruus habere fidem.

Plaut. Mil.

Nam homini seruo suos
Domitos oportet habere oculos, & manus
Orationemq;.

Plaut. Epid.

Sed taceam optimum est, plus scire satius est,
Quam loqui seruum hominem: ea sapientia est,

Plaut. Asin.

Non decet superbum esse hominem seruum.

Plaut. Perf.

Qui hero suo seruire vult, bene seruit seruitutem,
Ne adepol illi multa in pectore suo collocare oportet,
Quæ hero placere censeat præsenti, atq; absenti suo.

Plaut. Menæch.

Clientes sibi omnes volunt esse multos: bonine an mali sint,
Id haud quærunt, res quæritur magis, quam clientum
fides.
Quoiusmodi cluent si est pauper, atque haud malus,
Nequam habetur: sin dives est, habetur vt cliens
Frugi, qui neq; leges, neque æquum vsquam co-
luit,
Sollicitos patronos habent, datum denegant, quod datum
est.

Claud. 3, Stil.

Fallitur, egregio quisquis sub principe credit
Seruitium, nunquam libertas gratior exstat.
Quam sub rege pio.

Plaut. Menæch.

Homines captiuos qui catenis vinciunt,
Et qui fugitiuis indunt compedes,
Nimis stulte faciunt. mea quidem sententia,
Namque homini misero si ad malum accidit malum.
Maior libido est fugere, & facere nequiter.
Nam se ex catenis eximunt aliquo modo.
Tum compedites tarnam lima prorepunt,
Aut lapide excutiunt clauum.

Famulus, & mores illius quales esse oportent,
Ioannes Campanus.

Scis mihi quia Polydare potes ratione placere,
Si quæ præscribam præcipiamque facis.
Lex igitur sit prima: fidem seruato. deinde

A domini mundas rebus habeto manus.
Odi mendacem, non possum ferre proterum,
Nec tu lusorem crede placere mihi.
Odi qui multum sese mihi iactat: & odi
Alterius famam qui lacerando premit.
Displicet indoctus, nimium mihi displicet ille,
Qui multo semper murmure tussiet facit.
Non est quod durum, non est quod litis amantem,
Contractum non est inuidia, quod amem.
Assentatorem non plane dilige, nec qui
Desidia fuerit deditus atque gulæ.
Quis toleret famulum domini secreta volentem
Scire: quis elatum, multiloquumq; ferat?
Fallacem fugito, seu tartara, denique culum
Ingenium hominem moribus esse volo.
Claudianus.

Si metuis si praua cupis, si ducere ira:
Seruitii patiere iugum, tolerabis iniqua
Intertus leges, tunc omnia iura tenebis,
Si poteris rex esse tui.
Iuuenalis.

Maxima quæque domus seruis est plena superbis,
Idem in Meleagro.

Ὡς ἡδὺ δοῦλος, δεσπότας κρατῶν λαβεῖν, καὶ δεσπόταισι δοῦλον ὑμενὴ δόμοις!
Quam iucunda res est seruis, bonos dominos nancisci:
Et dominis seruum in ædibus benenolum!
Euripides in Alcmæone.

Μίτις τοῖς δούλοις δεσποτῶν ὑσσα.
Δοῦλα γὰρ ἔχ' οἰοντ' ἀληθῆ λέγειν,
Εἰ δεσποτῶν μὴ πρέποντ' ἐπιστατοῦμεν τυγχάνοι.
Serui domini rumoribus suffciuntur.
Seruo enim non fas est verum dicere,
Quod herus fuerit incommodum.
Idem in Eurysthneo.

Πιστὸν μὲν ἔσται κἀπὸ τῆς διαλόσου,
Τοιοῦτον εἶναι, καὶ σιγᾶν τὰ δεσποτῶν.
Sophocl.

Εἰ σῶμα δοῦλον, ἀλλ' ὁ νοῦς ἐλεύθερος.
Etsi corpus seruum sit mens tamen est libera.
Nemo bonus seruus est.
Anthologia Iacob. Bil.

Oppressis quoties iustis dominantur iniqui,
Non est punitis supplicium meriti.
Sed virtus fides sub tali examine crescit,
Nec seruile gravat libera corda iugum.
Solus peccator seruit male qui licet ample
Vtatur regno, sat miser est famulus:
Quum mens carnalis nimium dominante tyranno,
Toti seruit sceptris dedita quod vitiis.
Plautus in Pseud.

Plagigera hominum genera, quorum haud quidquam in mentem venit, ut recte faciant,
At cum est occasio data, tene, clepe, rape: hoc est eorum opus,
Vt manuelis lupos apud oues relinquere, quandos domi custodes.

¶ Philosophicæ Sententiæ.

Δουλείη γὰρ καὶ ἐλευθερίη, ὑπερβάλλουσα μεγεθηκατέρω, πάσης ἐμμετρος ἐοῦσα, πανάγαθον· μετρέεν δ' οὐ θεῶν ἔστιν ἀνθρώποις ἀμέτρος, οὐδ' ἡ τοῖς ἀνθρώποις, ὅσοις δ' ἀνθρώποις σωφρόσι νόμος.

Tam libertas enim quam seruitus, si modum excedant, pessimæ sunt moderatæ vero, perquam bonæ. Est autem moderata seruitus, quæ Diis obnoxia fuerit: immoderata, quæ hominibus: Deus vero hominibus sobriis lex est. *Plat. in legib.*

Ὁ μὴ δ' Αἰνέας, δοῦλ' ἀνδρὸς οὐκ ἂν γένοιτο ἄξιος ἐπαίνου.
Qui nunquam seruiuit etiam dominus laude dignus fieri nequit. *Idem legum 6.*

Πρὸς δ', ὦ βασιλεῦ, καὶ τόδε εἰς θυμὸν βάλλε, ὡς τοῖσι μὲν χρησοῖσι τῶν ἀνδρώπων κακοὶ δοῦλοι φιλέουσι γίγνεσθαι, τοῖσι δὲ κακοῖσι χρησοί.

Præterea, ô Rex, & istud considerabis, quod bonis hominibus mali serui obtingere solent: malis vero boni. *Herodotus l.8.*

Qui circa mores actionesq; seruorum nihil vnquam facit impie, nihil inique, atq; ita in eis se seruat immaculatum, ad producendas virtutis fruges eris aptissimus. Idem quoq; de domino & tyranno, omniq; potentiore aduersus imbecilliores recte dici potest. Castigandi cædendique semper iure sunt serui, neque ita monendi vt liberi, ne molliores fiant. Alloquurio omnis ad seruos quodammodo imperiũ sit, neq; iocus vllus cum ipsis seu fœminis siue masculis habeatur: quod multi stulte facientes, dum delicatius eos nutriunt, difficiliorem vitam & sibi ad imperandum, & illos ad obediendum reddunt. *Plato in 6. de Legibus.*

Τοῖς δὲ παρὰ φύσιν δοκεῖ τὸ δεσπόζειν, νόμῳ γὰρ τὸν μὲν δοῦλον τὸν δ' ἐλεύθερον. Φύσει δ' οὐδὲν διαφέρει, διὸ περ καὶ ἐπίκουρον.

Videtur nonnullis esse dominatio præter naturam. Ego quoque institutum est, vt serui habeantur aliqui, liberi autem alii: natura nullum prorsus esse discrimen, proinde nec esse iustum, quando non abest violentia.

At enim cum sine necessariis impossibile sit viuere, & bene, re, nam & in artibus necessarium est propria inesse instrumenta opus modo confici debeat. Equidem in re familiari idem con re in confesso est. At τῶν ἐργάνων τὰ μὲν ἄψυχα, τὰ δ' ἔμ est, Instrumenta autem alia inanimata sunt, alia animata: gubernatori clauus inanimatus est, is autem, qui proram gu animatus (minister enim instrumenti speciem gerit in artibus opes in instrumentis sunt, quæ ad vitam sunt necessaria, & pr Commoditatum copia, & seruus animata est possessio, & omnis est quasi instrumentum, modo munus, quod iubetur quod præstituisceret, exequi posset, vt quemadmodum statuas, aut Vulcani tripodes (quos inquit Poeta sponte prælia Deorum venisse) sic & pectines texerent, & plectra farent: haud esse sane, quod vel architecti ministros, vel dominos requiescunt. *Arist. 1. Politicor. inquit.*

Seruitutem esse omnium postremum non modo bello morte fugiendum, à celeberrimis authoribus pronuncia Spinosa vita est, & multis obicibus præpedita: quoniam Imperator. Libertatis incomparabile pretium est, contra quoq; nam & iure ciuili serui pro nullo habentur, nec capite immo vero etiam miserrima. Etenim, quid miserius, iu quam addici alicui, & qui vitæ, & necis in te habeat potestatem si quid acquiras, domino acquiras. Sed & vates noster Odyss. 7. & Ioria canit: ἡμισυ γὰρ τ' ἀρετῆς ἀποαίνυται εὐρὺ Ἀΐδος, εὖτ' ἂν μιν κατὰ δῆλον ἡμὰρ ἕλησι. id est: Quibus de virtutes penitus confirmat, quem seruitus obuallarit necessitas factum puto, seu premente vi, cum qua ne Dii quidem (fama tur) pugnarint: siue educatione praua, seu vtroq; potius, quæ plurima serui de prima malitiæ ac vafritiæ nota sint, & hac quod fureiferi appellatio indicat: & quia malis moribus bonum lingua proterua, ab hoc fere genere vernaculi nuncupantur. dira excogitata supplicia ad reprimendam æstuantis ani scenis audaciæ vim proruptam, nimio plus grassantem, ac ne ni perniciem subinde assultantem: quæ cum materne lacte (vt sic loquar) legetem habuisse videri potest. *Cal. Rhod. l. 7. ant. tiq.*

Οἱ ἀγαθοὶ οἰκέται, ἐλεύθεροι· οἱ πονηροὶ ἐλεύθερον, δῆλον πάντ θυμιῶν.
Boni famuli, liberi sunt: improbi vero liberi multis cu seruiunt. *Bion in l. de seruitute.*

Οἰκέτησι μέρεσι τὰ σκήπτρα χρῶ, ὦ, ἄλλα πρὸς ἄλλο.
Seruis vt partibus corporis, alio ad aliud vtere. *Dem*

Oportet seruis dare operam, & victum sufficientem, mercede impossibile est dominari. Victus autem est *riſt l Oeconom.*

Impossibile est, negligentibus domanis, seruos so

Quis neget, omnes leues, omnes cupidos, omnes de bos esse seruos? An ille liber mihi videtur, cui mulier imp leges imponit, præscribit, vetat, iubet quod videtur, qui peranti negare potest, nihil recusare audet? Si posit, dantem vocat, veniendum: si eiicit abeundum: si minatur, exanimo Ego vero non istum modo seruum, sed nequissimum iamsi in amplissima familia natus sit, appellandum puto. eorum seruitus dubia, qui peculi cupiditate nullam cou recusant durissimæ seruitutis? hæreditatis spe, quid imp seruien lo non suscipitur? quem nurum locupletis orbi obtinuat? Loquitur ad eius voluntatem: quicquid dem facit, assentatur: assidet, insultat. Quid horum est liberi? Qu serui non inertis? Quid iam illa cupiditas, quæ dicitur ex honoris, & imperii prouinciarum, quam dura est dom imperiosa, quam vehemens. Iudex vero quantum hab tum, quo timore nocentes afficit. An non est omnis omnis? an debilitas? an humilis & facti timiditas seruum

Paradox.

Seruitus esse ex iis videtur, quæ præter naturam sunt. Imperator, item & Iureconsultus Pomponius, ff. de statu hominum rerum significatione. Florentius ff. de statu hominum constitutio iuris gentium, qua quis dominio alieno con subiicitur. Serui ex eo appellati, quod captiuos vendi Imperatores iuberent, ac per hoc seruare, nec occidere, qui & mancipia eo quod ab hostibus manu caperentur. Seruos porro nascimur aut fieri: nasci quidem ex ancillis nostris: fieri autem tribus hoc est, captiuitate: aut iure ciuili, quum homo liber maior annis, ad pretium participandum, se venundari passus est *tion. de iure personarum. §. Seruitus. Calinus Rhodoginus lib. quinto, c. 17.*

…seruis familiariter viuere decet prudentiam tuam. Ser… immo homines. Serui sunt? immo contubernales. Ser… immo humiles amici. Serui sunt? immo conserui, si co… tantundem in vtrosque licere fortunæ. Itaque rideo i… turpe existimant cum seruo suo cœnare. Quare? nisi quia …ma consuetudo, cœnantem dominum stantium seruorum …circumcingi, maiestatis suæ diminutionem putare, ad eandem …ferum seruo accedere. *Seneca epistola 47. alloquens Impera-*

…tus est obedientia fracti animi & abiecti, arbitrio carentis … *Parad. penult.*

…nibus graue seruitutis iugum esse debet in libertate educatis. …*iret in exilium.*

…est misera seruitus. *Philip.* 10.

…est fœdius seruitute: ad decus & libertatem nati sumus.

…omnis seruitus est misera, tum vero intolerabile est seruire …impudico, effœminato. *Philip.* 3.

…est seruitute potior. 1. *Phil.* 10.

…seruituti turpitudiniq; anteponenda. 1. *Offic.*

…seruitutem contempserit, in qualibet turba dominantium … *Senec. 28. epist.*

…bus seruis mouere labia, nec hoc quidem, vt loquantur, li… …sic fit, vt isti de domino loquantur, quibus coram domino …non licet. At illi, quibus non tantum coram dominis, sed cum …ferro, quorum os non consuebatur, parati erant pro do… porrigere ceruicem: in conuiuiis loquebantur, sed in tormen… …tant. *idem epist.* 47.

…cogitare illum, quem seruum tuum vocas, ex eisdem semi… …rum, eodem frui cœlo, æque spirare, æque viuere, æque … tam tu illum ingenuum videre potes, quam ille te seruum. …limen Callisti dominum suum vidi, & aliis intrantibus … Martiana clade multos splendidissime natos fortuna de… …dum ex illis pastorem, alium custodem casæ fecit. *Ibi-*

…cum inferiore viuas, quemadmodum superiorem tecum vi… Quoties in mentem venerit, quantum tibi in seruum li… …in mentem tantum in te domino tuo licere. At ego, in… …um habeo dominum: bona ætas est, forsitan habebis. Ne… …ætate Hecuba seruire cœperit, qua Crœsus, qua Darii ma… …Plato, qua Diogenes. *ibid.*

…est, sed fortasse liber animo. Seruus est, ostende, quis non …libidini, alius auaritiæ, alius ambitioni, omnes timori. Nul… …turpior est, quam voluntaria. *ibid.*

…seruitus, plures seruitutem tenent. *Epist.* 22.

…seruos suos irascitur, & crudelis est, satis ostendit potesta… …alienos defuisse. *Li. de moribus.*

…hilarem te præstes, non superbum, superiorem te co… …quam timeant. *Epist.* 47.

…existimat, seruitutem in totum hominem descendere, …melior est excepta: corpora obnoxia sunt & adscripta do… …mens quidem sui iuris est. *Lib. 3. de benefic.*

…que hominum stulti sunt, qui seruiles cibos, & seruilem fu… …vestem, seruiles mores non fugiunt. *De morib.*

…seruiq; personam veritas separat, seruum liberumq; men… …miscet. *ibid.*

…Diogenes ex libertate in seruitutem venderetur, & eum …emere vellet, quid seruitutis sciret, percontatus est? Respon… …inquit, hominibus liberis imperare, at ille eum manumi… …ei tradens: Accipe, inquit, liberos meos, quibus imperes. …*bell. l.* 2.

…solum causa est seruitutis qui ipse alios opprimit, sed etiam …possit, non defendit socios. *Thucyd. l.* 1.

…contumeliosius viris ad arma natis, quam inermes ac pro… …sub custode & pretio coire. *Item*, Etiam fera animalia, si …eneas, virtutis obliuiscuntur. *Item*, haud facile libertas. & do… …miscentur. *Item*, Quomodo lucem noctemq; omnibus homi… …omnes terras fortibus viris natura aperuit. *Tacit. hist. l.* 4.

…tam delectat libertas, quam seruitus offendit. *Herodianus in …*

…cunq; vel seruitute, vel aliquouis dehonestamento obducti …prodeunt, in ipso profecto certamine, si se gnauiter gesse… …minatam sortiuntur felicitatem, Nam si victores euaserint, à … & infortuniis vindicant: victi vero id solatii referunt, quod …non vltro fortunam sequuntur. Qui vero cum liceat, sibi …discrimine liberos fieri, & alioquin ad certamen descendũt, …sibi vt pariant seruitutem, hi proculdubio vel si potiti …victoria sint, vel in admodum necessariis rebus falluntur, & ipso …longe pauciores ac ipsi vellent incolumes euadendo, cum …infortuniis, vel eo maiorem sunt habituri calamitatem quod …uincuntur. *Proco. de bell. Hol.* 1.

…est ista seruitutis necessitas, qua minus quod velis, dicere … *G. Pachym. hist.* 1.

…urbe, in qua munita loca & iuris administratio in aliorum po… …sunt, nulla libertatis pars cognoscitur. *F. Guicciard. hist. l.* 4.

Viri fortes emori potius liberi, quam serui cum ignominia viuere, didicerunt. Et si per se indignum est & miserum, alienæ libidini seruire, etiam illud longe grauissimum honestis viris videtur eorum ferre iugum, qui neq; vetustate originis, neq; bellica virtute, neq; vlla in re sibi omnino conferendi esse videntur. *P. Iou. hist. l.* 3.

Suspecta maioribus nostris fuere ingenia seruorum, etiam cum in agris aut domibus iisdem nascerentur, charitatemq; dominorum statim exciperent. Postquam vero nationes in familiis habemus (dictum Cassii Senatoris) quibus diuersi ritus, extrema sacra aut nulla sunt, colluuiem istam non nisi metu coercueris. *Tacit. ann. l.* 14.

Crassus ipse docendis instituendisq; seruis præerat, docens Domino maxime conuenire curam seruorum, qui rei domesticæ animata sunt instrumenta. Non male Crassus, siquidem ita sensit vt dixit, reliqua à seruis debere, ipsos à domino gubernari. Etenim rationem familiæ administrandæ videmus cum in tractandis rebus inanimis quæstuaria sit, in hominibus instituendis ciuilem rationem fieri. *Plut. in Crasso.*

Seruo vtilius est parere dicto, quam afferre consilium: quum illos, qui pareant, idem quod cæteros maneat: qui vero suadent proprium periculum. *Cur. l.* 7.

Noli inter eos ambulare, quorum potes esse adhuc seruus, *Spartian. in Adr.*

De seruis malis. DIAL. LXIX.

Francisci Petrarchæ.

DOL.

Malis seruis obsideor. R. Nunc recte ais, obsideor: olim tibi circumfultus videbare, sed obsessus eras, non familiari solum exercitu, sed hostili. D. Indomitis seruis premor. R. Tuæ acies contra te militant insuaue negotium. D. Superbis seruis obsessus sum. R. Eosq;, qui te obsident, pascere cogeris, inamœna necessitas. D. Seruis obsideor pessimis, voracibus, furibus, mendacibus, impudicis. R. Quid seruorum epithetis affluere est opus? Seruos dic, omnia dixeris. D. Seruis obsideor, quid consulis? R. Quid consulam, seu quid dicam, nisi Terentianum illud: *Quæ res in se neq; modum, neque consilium habet vllum eam consilio regere non potes.* Nota sunt tamen hæc in re Senecæ consilia: Viuendum cum seruis familiariter, comiter, clementer, familiarem esse iubet: at quibus nempe his, quorum familiaritas contemptus est genitrix. Addit: Non verberum, sed verborum castigatione vtendum, erga surdos scilicet, torpentesq;, dominicamq; mansuetudinem duro pede calcantes. Admittendos præterea in sermonem, in consilium, in conuictum. Et quos, quæso? vtiq; procaces, stultos, ebrios, perfidos, insolentes, qui neq; sermonem teneant, neq; consilium habeant, & conuictum fœdent, salutis vitæq; domini & patrimonii, & famæ segnes, gulæ autem propriæ atq; libidinis vigilantissimi curatores. Verum ille ideo fortassis hoc consuluit, quia in seruo verum opinatur, quod iam ante de amico dixerat. Fidelem si credideris, facies. Credo, non cogitas ex optimo genere hominum amicos esse solitos, seruos ex pessimo. Equidem non si mille annis, lupum agnum credideris, agnus fiet. D. Obsideor seruis. R. Quid consilii affers? Nunquam aliunde quæsieris, quod in te est, non obsideberis, nisi dum voles, neque vero nunc obsiderent, nisi quod in vrbibus male pacatis accidit, vna pars animi, quasi factio seditiosorum ciuium, obsidentibus faueret. Vis hoc malo liberari? purga animi tui statum. Seruos enim castigare, neque his Senecæ consiliis, neque aliis potes. Te si velis componere nemo vetuerit. Pompas abiice, pelle superbiam. Ita enim vel fugabis seruorum inimicam aciem, vel imminues. D. Multis seruis obsideor. R. Bene, si strepitus, vel inanis quæritur iactantia, sin obsequium, aut iucunditas, nil peius. Serui etsi boni sint, quod inter prodigia numerem, nunquam tamen multi bene seruiunt. Inter se enim diffident, murmurant, altercantur. Alter ad alterius respiciens manus, ipse interim otiosus, complosisque suis sedens manibus, domini habitum induisse, suum decus existimat, & nil censet honestius, quam nihil agere cuncta pollicitus: de his namque nunc loquimur, qui falsa professione ventris ignaui negotium agentes, seruitio humili non tantum voluntarie, sed importune sese offerunt, innumerabilis turba, sed vilis, qui quum tot pateant artes, abiectissima elegerunt. Nempe illorum, quos non voluntas propria, sed aliena vis, & sua sors, & seruitium traxit, vt numerus rarior: ita crebrior virtus, & notior fides. Nimirum aliud est seruire velle, aliud cogi. Hi ergo fortunæ memores, vt eosdem se in omni statu præbeant, neu virtutem cum libertate perdiderint, quod inuiti faciunt, aliquando fideliter faciunt, quum id nequeant, quos volentes somnus, venter, gula, cui cupiditas mali duces in seruitium perduxere, in quo mirum non est, si ducibus suis student, atque id agunt, quod sequuti falsum simul, atque humilem titulum seruitutis assumpserant. Contra hi, qui tale nihil quod sequerentur, habuere, naturam sequuti, ac fortunam, sæpe quod liberi fuerant serui, ostendunt. Et si fortasse de talibus intellexit, possum inoffensis auribus Senecam audire. D. Multi domũ serui occupant. R. Multæ igitur lites, multa bella, de re qualibet

pugna

pugna erit. Noua quotidie crimina proferantur ac purgentur, & inter partes sedeas oportet. Iudex rectus ex domino, non potes litigium domo expellere, litigantes potes. D. Obsideor famulis, sine quibus viuere nequeo, quid agam? R. Si eo vsq; perueniemus est vt sine hostibus tuis esse non audeas: paucitate illorum, ac vtilitate tibi cõsule. Pelle formosos, pelle comptos, ac callidos, pelle vel facie sibi placentes, vel ingenio, vel genere. Inter paucos, eosq; hebetes atque incultos tutius ages, non quia meliores, sed quia minus auiuri, quod velut hyeme serpentes coacta vis veneni, atq; vtilis inertiæ torpor obstrinxerit. Denique hæc summa est, vt in seruo solà quidem, aut certe prima fides æstimanda sit. Si quid hac in parte præueleris, crede mihi magno cum fœnore vitiorum, qualiscunq; illa breuis tibi veniet voluptas, quia sane perrara est fides, proximum remedii genus, ipsa, quam dixi, paucitas vtilitasq;, non plus habeas boni, sed minus audaciæ.

De seruitute. DIAL. VII.

DOL.

Seruus in hanc vitam intraui. R. Ne doleas, liber egrediere, velis modo, sicut multi qui ex diuerso intrarunt liberi, serui exibunt. D. Seruiliter natus sum. R. Liberaliter viue, meliore tui parte liberum esse nil prohibet, vna est peccati seruitus grauissima, sed quæ premere nescit inuitos. Illam excute, liber eris. D. Seruum fieri voluit fortuna. R. Potest velle contrarium. Et si moribus vtitur, scis quid speres. Nosti monstrum illud, nosti ludos & præstigias, non liber modo, sed domini tui dominus fieri potes, quanquam quid velit, aut quid nolit, nihil ad rem, vbi sit inexorabilis (quod interdum est) nullum illa tamen in animum ius habet. In omni autem aduersus illam certamine ab illius hoste poscendum auxilium. Sæpe quem fortuna seruum, liberum virtus fecit. D. Seruitio premor graui. R. Iugum qui ferunt volens, leue efficit. Ostendam tibi leuiorem vnicum, ac peculiũ immortale, dominique tui, quamuis potentis, arbitrio exemptum; quod te liberum, atq; ipso domino ditiorem faciet. Sapientiæ studio incumbe, illa te in libertatem asseret, dictum Catonis est à Cicerone firmatum: Solus sapiens liber est, ea scilicet libertate, qua certe nulla est. D. Sub durissimis dominis vitam traho. R. Nulla re tior nulla est. D. Sub durissimis dominis vitam traho. R. Nulla re melius, quam fide & obsequio mollientur, & fortassis adeo, vt, quod multis accidit) inde tibi ventura sit libertas, vide te seruum iuges, forsan & aliunde. Hunc siquidem temporalis dominus liberat, hunc æternus. Scis quanto periculo Malchus minas heri pertequentis euaserit, sed euasit tamen interim de domino sic cogita. Hic te nutrierit, ruique curam omnem in se transtulit, cum libertate sollicitudinem amisisse, quid nisi vtile damnum voces? Multis serua libertas, multis est libera seruitus. Non tam graue iugum hominum, quam immortale, dominique tui, quamuis potentis, arbitrio exemptum; quod te liberum, atq; ipso domino ditiorem faciet. Sapientiæ studio incumbe, illa te in libertatem asseret, dictum Catonis est à Ciceroni firmatum: Solus sapiens liber est, ea scilicet libertate, qua certe nulla est. D. Sub durissimis dominis vitam traho. R. Nulla re tior nulla est. D. Sub durissimis dominis vitam traho. R. Nulla re melius, quam fide & obsequio mollientur, & fortassis adeo, vt, quod multis accidit) inde tibi ventura sit libertas, vide te seruum iuges, forsan & aliunde. Hunc siquidem temporalis dominus liberat, hunc æternus. Scis quanto periculo Malchus minas heri pertequentis euaserit, sed euasit tamen interim de domino sic cogita. Hic te nutrierit, ruique curam omnem in se transtulit, cum libertate sollicitudinem amisisse, quid nisi vtile damnum voces? Multis serua libertas, multis est libera seruitus. Non tam graue iugum hominum, quam immo procurator tuus. Non habebis honores equidem, nec labores publicos, non simultatum studijs, non forensibus procellis, & consiliorum volubilitate rotaberis, non naufragij tarditas, non agri sterilitas, aut annonæ caritas te torquebit. Has molestias domino tuo linquens, sæpe illo dormiente vigilante. D. Difficilis & imperiosus est dominus. R. Non sine causa illi in sortem obuenisse te in animo tuo pone. Quicquid igitur iustum iubet, Deum ipsum iubere credito. Sin iniustum aliquid, maioris domini meminisse conueniet, qui vt te ad honesta, quamuis difficilia, seruum patitur, sic ad inhonesta vult liberum. Sic intelligo, quod gloriosorum terræ, veræque fidei principum alter seruos domus carnalibus obedire per omnia, alter vero subditos esse in omni timore dominis præcipit: illud adiiciens, vt hoc non tantum bonis & modestis exhibeant, sed etiam dyscolis, neque enim de domino iudicare seruum decet, sed mores eius qualescunque perferre. Quo enim immitior dominus, eo clarior patientia serui est. Et hæc est gratia, cuius apud horum alterum fit mentio, nec tamen vt mores pari, sic & imperia exequi semper oportet. Sunt enim, quæ iustissime recensentur, sed imperio domini superioris aduersa sint. Cui si conferatur hic tuus dominus, non dominus, sed conseruus habebitur. Sic ergo per omnia dominis obediant serui, si iusta præcipiunt, non difficultas retrahat, non labor, non obsequia, vel negata præmia, vel (quod in rebus amarissimum) irrogata supplicia. In omnibus obediant, modo iniustitia, atque inhonestas abfuerit, alioqui contumacia, & libertas, atque ipsum pectus & iugulus iniquis præceptis ac turpibus opponendus est, seruandumque memoriter, quod præmissorum alter ait, qui cum seruos obedire per omnia dominis præcepisset, addidit, non ad oculum seruientes: quasi hominibus placentes, sed in simplicitate cordis timentes dominum. Ex his vides, status tui conditio quænam sit. Noa totus est seruus, qui ad magna imperia cogi nequit. D. Superbo domino seruio. R. Quid scis, an ille superiori suo domino seruiat? Forsan vxori meretriculæ, forsan his ipsis, quibus imperat. Quo suorum seruorum seruos vndique cernimus? Postremo (quæ durissima omnium est seruitus & ipse sibi, hoc est, vitijs & passionibus ac violentis affectibus suis seruit. Quid vis dicam? pauci in veritate sunt liberi, si qui sunt, eo istis laboriosior vita est, quo altior. Multo enim multoque facilius fidelis serui quam iusti regis implentur. Diocletiani iam priuati, & de præterito iudicantis, & expectationem docti dictum memorabile est. Nihil difficilius, quam bene imperare. propter quod videri potest ipsum quidem imperium dimittere. Agitur sortem tuam lætus amplectere, fuscam fateor, propter lem, sed facilem ac tranquillam; nisi forte superiorem rempublicam anhelantem, quam in cubiculo quiescentem. D. Ita mea me fors impulit. R. Libens facito quod oportet, & efficacissimum que notissimum, ac necessitatibus humanis aptissimum. Cupias quodcunq; necesse est, sic vim ipsam necessitatis fortunæ sarcinam patienter, quam quidã etiam sponte subeant alios seruitio liberarent sibi seruitium delegere. In quibus rissimum Paulini nomen Nolani prætulis, cuius sponte tis exitus felix, vt dubitabit, fuit. Quidam paruo se pretio serui effecti suos dominos peccatis vinculis absoluerunt, ram reducerent libertatem, in quibus Serapion quidam eremicola nobilitatus est. Hæc tibi magis exempla proponi lamenta Experire & tu tale aliquid, quo vel vtilis alteri, bi saltem seruitus tua sit. Non id quidem, quod non habeas, sed eo quod habeas bene vti sapientis est, illud omnibus hoc paucis. D. Mortali domino mortalis seruio, R. Immõ uire incipe, ille tibi & libertatem spondet & regnum, quo hoc statu nec honestis artibus operam dare, nec sperare genitum. Et Terentius seruus fuit, & dixit haud serui genio, & comœdias scripsit haud seruili stilo, quo & liber inter poetarum duces meruit locum. Quo modo ergo lidum animæ bonum seruitutis impediet, quę nec aditum nec externam gloriam impedire potest? Plato ipse in latus, tamen (vt scriptum est) quia philosophus maior ut genero a professio, quæ maiorem domino seruum haud dubie seruus eruditus eo maior indocto domino liber maior est animus, & in libero corpore serua mens in seruo libera. Obstare seruitus potest tortoribus, non ani ria, seruum respuit. An non virtus, non industria, non fide ceronis seruus fuit, sed his artibus libertatem adeptus est patroni iocis librum posteris liquit. Non potest seruus ercitus, aut senator esse. At philosophus, aut orator, aut testi. Aliquando etiam difficulto seruitio imperator & ad regnum modo, & imperium ab hoc gradu perue nouimus, sed ad cœlum ipsum. Non potest seruus militare Deo potest, eiusq; militiæ stipendium est regnare. Di omnium socius Angelorum, horror dæmonum. Dra & seruus hominis esse potest, atq; ita cœlesti felicitati tus nihil nocet. D. Seruus sum. R. Si semper fuisti, leniat. Si minus, spera posse te iterum non esse, quod fueris. D. Seruus sum. R. Si speras mali finem, minus si desperas, patientia. Neq; malum malo cumules, neq; peruacue scienς volenςq; quæ fortuna humanæ dementiæ Sed certe nihil est desperandum. Si cuncta defuerint quæ te inuito domino dissoluat ac liberet.

¶ APOPHTHEGMATA.

Diogenes. Erat Diogeni seruus nomine Manes, is gisset à domino admonuerunt amici, vt fugitiuum ridiculum, inquit Diogenes, si Manes absq; Diogene nes absq; Mane viuere non possit. At multi seruos vlciscantur. Diogenes spectabat vsum. Melior autem est, qui paucioribus eget. Nolebat itaq; hic seruo *Laer. l. 6.*

Idem. Quum esset emptus Diogenes, perinde quasi emisset, dixit illi: Vide vt iussis meis pareas. Cumq; ille ωστικῶν, significans rem præpostere agi, si seruus medicum, inquit Diogenes, emisses æger, non illi temperares? an diceres, ἀνω ποτικῶς? Si herus corpore ausculat seruo rei medicę perito: multo magis decet ausculatare seruo philosophiæ perito: quod enim ars corpori, hoc philosophia præstat animo: illa medetur uis cupiditatibus. Quanto autem animus præstat corpori morbi sunt, quam huius, grauiores. Laertius addit, ne rogaretur, quo titulo vellet prædicari? isque imperare iberis: vbi vidisset prætereuntem quendam Huic, inquit, me vende: nam is eget Domino.

Idem dicebat, inter seruos ac dominos malos præter hil aliud interesse, nisi quod mancipia seruirent dominis piditatibus, significans vtrosq; esse seruos: miseriorem seruire dominos, quam mancipia, si sint improbi. Nam affectum arbitrio, & multos habet dominos, & turpes tes. *Laer. li. 6.*

Antigonus. Quum Athenienses seruum Antigoni gratia, perinde vt ingenuum in ciuium numerum

...inquit Antigonus rex, velim vnum Athenienſem à ...Italicanis per illos factum, vt vnum eſuem Athenienſes ...ceris caderet; quippe ſeruum: ſed Athenis eſſe plures ...ctos, vtà regeioris cæderentur, qui ſeruum alienum, ...tum, manumitterent. *Plut. in apoph.*

...*Imp.* quum ſeruum ſuum videret inter duos ſenatores ...amillum, qui illi colaphum impingeret, dicereq; No...ambulare, quorum adhuc potes eſſe ſeruus, ſimul ſenatorum conſulens, & ſerui caſtigans inſolentiam, quam de ...ampierat. *Ex Dione Caſſio.*

...nunquam vtebatur curſore, niſi ſeruo ſuo, dicens, ...currere niſi in ſacro certamine non debere. *Ælius Lampri.*

...bebat, bonos ſeruos eſſe liberos: improbos autem libertinos ...ſuos ſeruire. *Stob. ſerm. 2 & 60.*

...rogatus interrogatus, quod genus homines eſſent Ionès? ...ſpondit, mali, ſed ſeruorum: ſignificans, illos nescire imperare, ...ſeruitutem æquo animo ferre: videlicet referens ...ſpondum hominum genus, iuxta diſtinctionem Heſiodi, ...quidem non ſapiunt, ſed parent recte ſapienti. *Plut. in*

...Lacæna quædam captiua, quum interrogaretur, quid ...inquit, regere domum. Et hæc non vulgaris ars eſt in ...*Plut. in Lacænarum apoph.*

...Quæſtima licitatore interrogata, num eſſet futura proba, ...ceret: etiam, inquit, ſi me non emeris. *Plut.*

...Quum in auctione præco rogaret illam, quid ſciret? Libenter, inquit, ſciebam captiuam quidem eſſe, cæterum ad illa non paruam. Itaq; quum emptor imperaret quædamnouamenta liberæ Florabis, inquit, qui tibi pili talem inſolentiam, moxque ſibi necem conciuit. *Plut. in apoph.*

...Puer Spartanus captus ab Antigono rege, ac ſub hasta cæteris omnibus, quæcunque putabat ab ingenuo ...ſeruilis eſſe matutam, haud tuſtinuit, dicens: Non ſeruia: ...mi mater herus. puer confeſtim tecto dixit: Senties, cuiſtinam feceris: moxque ſeipſum præcipitem dedit, ...ſeruus eſſe poterat, ſeruilia facere non poterat, ac ſemet in ...mortem aſſeruit. *Plut. in Lac.*

...*Scytharum rex*, in quem arma mouit Darius, ſuaſit ...bus, vt ſtultitiæ pontis iunctura ſoluta, fugientes ſeſe in ...diderent: qui quum id facere recuſarent, ne violaret, quæ Dario erant obtecti, vocauit illos frugi mancipia, ...ac eis, qui fugere nollent. Nam hæc non minima laus ...nolle fugere, ſi necat: at nolle tyrannicam ſeruitutem ...libertate, ſi detur opportunitas, animi ſeruilis eſt. *Plut.*

...conſpiciens, filium ſuum eos, in quos habebat im...ſeruos tractantem, atque inſolentius. An ignoras, inquit, ...num noſtrum eſſe ſplendidam ſeruitutem? Nihil dici potuit ...Nam princeps non minus obſeruire cogitur populo, quà ...principi: nihil quod princeps id facit cum dignitate, alio qui ...turpis ſeruitus eſt. *Plut.*

...quidam in ſeruum furacem ita iocatus eſt, vt diceret, ...eſſe, cui domi nihil eſſet nec ſignatum, nec occlusum. Id ...ſeruo dicas, laus eſt: ſi de furaci, iocus. Intelligimus enim, ...nec ligna obitare, quo minus furetur. Scrima claudi...lum & cadi & lagenæ ſolebant obſignari. *Erasm. l. 6. apoph.*

...Ætoliquondam ingreſſi regionem Laconicam, abſtu...quinquaginta ſeruorum millia, vnde Lacon quipiam ...ſimiter dixiſſe fertur: Magno bono fuerunt hoſtes Laconicæ, ...turba leuarunt. *Plut. in Lac.*

...Cum Thebani irruptionem in Laconicam, & inter cæ...ſeruitutis, multos etiam abduxiſſent Helotas, iuſſerunt illos ...Alcmanis ac Spſendonis Laconica carmina canere, illi ...dicentes, ad nolle ſuas heroes: adeo plus apud illos valuerunt puellarum auctoritas, quam iuſſa victorum. Hinc ...quidam, eſſe contra ſeruum maxime læuum. *Plut. in ...rgi.*

...percontanti cuidam, cur Lacedæmonii Helotibus ...rent colendos agros, as non ipſi potius eos colerent? Quoniam, inquit, non ſtrorum cauſa, ſed noſtra, Helotas nobis compa...Videret ſtultitiam eorum taxans, qui mancipia ad oſtenſ...ſiunt otiosa, & ſeruos ſocios ac miniſtros voluptatum ...mant, quam frugiferis operibus occupatos. *Plutarch. in*

...*Craſſus* ille dives magnam ſeruorum turbam domi alebat, ...præcipuam agebat curam, dicentibus aſtans interdum & ...docens eos, dicens: hunc oportere præcipuam eſſe pa...nis ſollicitudinem, noſſe, quot ſint rei familiaris animata in...ſua.

Diogenes, Conſpicatus delicatum quendam à ſeruo calceari: Nõdum, inquit, ſat beatus es, niſi te etiam abſtergat, id erit, ſi mancus fueris. *Laertius lib. 6.* Viſum eſt Diogeni, non multo minus abſurdum, in calceatu abuti opera famuli, ſi quis ipſe ſibi hoc præſtare valeat, quam ſi poſt exoneratam aluum adhibeat famulum abſtergendo prodici. Quanquam intelligi poteſt & de abſtergendo naſo. Philoſopho Ethnico podagioſæ deliciæ videbantur, ethnicum calceari à famulo (*inquit Eraſmus:*) At ego noui Chriſtianum ſacerdotem, ac Theologum, cui cum nullum eſſet membrum mancum, tamen aduturus ſatrapam, famulos accerſebat, qui ſoluerent ligulas: item reuerſus, qui alligarent. Id ego videns, hic mecum cogitabam: Vtinam adeſſet ſpectator Diogenes.

Demonax, videns quendam ſeruum ſuum crudeliter verberantem: Deſine, ait, ne ſeruo tuo ſimilis ſias. Iudicauit vir prudentiſſimus, reuera ſeruum eſſe, qui affectibus ſuis imperare non poſſit. *Eraſ. l. 8. apoph.*

Gorgo Cleomenis filia, cum videret Ariſtagoram à quopiam è famulis calceari: Quid, inquit, pater! Holpes iſte manus non habet? Exiſtimabat non ferendas viri delicias, qui in eo abutebatur famuli opera, quod ipſe ſuis manibus facere ſibi poterat. Et non pudet quoſdam, quibus veſtiendis comendiſq; vix decem famuli ſufficiunt. Opus eſt famulo, qui veſtem exoneraturo ſoluat ligulas, qui fœnum aut lanam porrigat exſtruto, ac minimo minus, qui abſtergat. *Eraſ. ex Plut. in Lac.*

Gillias hoſpitio exceptus apud hominem durum & vndecunque facientem quæſtum, qui ne dormire quidem ſeruis permittebat, ſed alius aliud operabatur noctu: eundem & ipſe poſtea quum Agrigentum veniſſet, hunc pti, & conuocat ſeruorum pueros (qui permulti erant) nuces & caryeas diſtribuit. Interrogante autem hoſpite, vnde tot pueri? A ſeruis meis, dixit, mihi generantur. Voluit autem oſtendere, ita tractandos eſſe ſeruos, vt ad procreandos etiam liberos legitime vtì apti. *Stob. ſerm. 60.*

¶ Similitvdines.

Saluiani Epiſcopi. Sicut ſolent hi, qui hoſtium terrore compulſi ad caſtella ſe conferunt, aut qui perdito ingenuæ incolumitatis ſtatu ad aliyium aliquod deſperatione confugiunt: ita & illi, qui habere amplius verecundiam, vel dignitatem ſuorum natalium non queunt, iugo ſe inquilinæ abiectionis addicunt. In hanc neceſſitatem reducti, vt exactores non facultatis tantum, ſed etiam conditionis ſuæ, atq; exulantes non à rebus tantum ſuis, ſed etiam à ciuibus, ac perdentes ſecum omnia ſua, & rerum proprietate careant, & ius libertatis amittant. Et quidem quia ita infelix neceſſitas cogit ferenda vtcunq; erat extrema ſors eorum, ſi non eſſet aliquid extremius. Illud grauius & acerbius, quod additur huic malo ſeruitus malum. *De Gubernatione & prouidentia Dei, lib. 5. fol. 30.*

Plutarchus. Si miſerrimum eſt ſeruire: Multo miſerrimum eſt ſeruire his, quos non poſſis effugere. *In Moral.*

Roterodamus. Vt attagen alias vocalis, captus obmutueſcit: Ita quibuſdam ſeruitus adimit vocem, qui liberi loquebantur. Aut ſponte loquuntur, aut canunt nonnulli: ſi cogas, reticeſcunt. *In ſimilib.*

Formicæ triticum arrodunt ea parte, qua germinare incipit, ne ſibi reddatur inutile: Sic potentes, quo miniſtris perpetuo vtantur, premunt, ne ſi emeſerint, tædio ſeruitutis relinquant aulam. *Ibidem.*

¶ Biblica Exempla.

Seruorum frugi *exempla*: Seruus Abrahæ, *Gen. 24. v. 10. 12.* Iacob, 30. v. 29. Ioſeph. 36. v. 8. ſerui Dauidis, 2. *Sam. 15. v. 15.* Ethai, & qui cũ eo erant, v. 22. ſerui hominis peregrè profecti, *Matth. 25. v. 16. 17.* Nobilis cuiuſdam ſerui, minas habentes, *Luc. 19. v. 16. 18.* ſerui Cornelii, *Act. 10. v. 7.* ſeruorum in re mala facilius obtemperantium *exempla*: Serui Pharaonis. *Exod. 9. 9. v. 34. 35. & 14. v. 5.* ſerui Saulis, 1. *Sam. 18. v. 22. 23 & 19. v. 11. & 26. v. 6. 7.* Doeg. Idumæus 22. v. 17. 18. ſerui Dauidis, 2 *Sam. 11. v. 4.* Ioab, v. 15. 16. & 24. v. 4. ſerui Abſalomis, 13. v. 29. & 14. v. 29. 30. ſeniores Iſrael, 1 *Reg. 21. v. 9. 10. 11.* Vrias ſacerdos, 2 *Reg. 16. v. 10. 11.* ſerui Ioas, 2. *Paral. 24. v. 21.* ſerui Nabuchodonoſor, *Daniel 3. v. 19. 20. & c.* cuſtores Aſſueri. *Eſth. 3. v. 13.* ſerui Holofernis. *Iudith. 6. v. 7. 8.* ſatellites Herodis. *Marc. 6. v. 17.* Cuſtos carceris, *Act. 16. v. 24.* Seruorum malorum, *exempla* Pincerna & piſtor Pharaonis, *Gen. 40. v. 1.* ſerui Semei. 1 *Reg. 2. v. 39* Giezi, 2. *Reg. 5. 21. 22* ſerui Ioas regis Iuda, 12. v. 20. 21. 2. *Paral. 24. 25.* ſerui Amon regis Iuda, 21. v. 22. 23. ſerui Aſſueri, *Eſth. 2. v. 21.* ſeruorum malorum deſcriptio, *Matth. 24. v. 48. Luc. 12. v. 45.*

¶ Exempla Historica.

Cum Carya cinitus Peloponneſi cum Perſis hoſtibus aduerſus Græciam conſentiſſet, eamque quantum in ſe fuit, Xerxi prodidiſſet: Græci oppido bello capto, viriſque interfectis, Caryatides mulieres in ſeruitutem abduxerunt. *P. Herodius ex M. Vitruuio Pollione.*

Lacæ-

Lacedæmonii Helos oppido Messeniæ capto, eiues omnes in seruitutem rapuere. Hinc quosuis iure belli captos Helotas siue Ilotas dixere. *Pausanias.*

Lacedæmoniorum ancillæ Chalcides: Argiuorum Gymnetæ: Sicyoniorum Corynephori: id est, Clauigeri, à claue, siue Catanocophori: Arcadum Prospelatæ. *Alex. li. 5. c. 20.*

Apud Romanos animaduersum, ciuibus bellis captos, velut hostes in prædam verti, & venum ire non licuisse: semperq; leuius seruitium apud Romanos deditis, quam capitis fuisse: Græcosq; perraro seruitutem seruiisse: quare illorum nullus mercatoribus dabatur locus. *Alex. lib. 2. cap. 20.*

C. Marius, qui vitas Imperatorum scripsit, ait, eos omnes probos fuisse principes, qui quanquam ipsi mali, probos apud se libertos ac seruos administratores haberent: contra vero, bonos natura principes nequaquam bene regere, vbi malis rem committerent. *Volater lib. 30. Philologiæ, de dominis & seruis.*

M. Antonium oratorem accusatum stupri, seruus captus minime prodidit, ex quo Plautus ait, Superbum esse decet fidelem seruum apud dominum suum.

Populus Rom. in clade Cannensi captos redimere nullo modo voluit: Cumque in summam penuriam esset redactus, ergà tulit, soluit, seruorum vndecim millium auxilium quæsiuit, ciuium contempsit: & existimauit eos potius tueri libertatem, qui nunquam habuissent.

Volsinienses, cum seruos temere omnes manumitterent, ab eis postea oppressi sunt, multaq; indigna passi: quibus auxilia petentibus, missus Decius Mus Libertinos omnes partim necauit, partim dominis in seruitutem primam restituit.

Seruile bellum in Sicilia terrorem Romanis attulerat, nisi celeriter per Perpennam, & rursus renouatum per M. Aquilium confectu fuisset.

Cum *Cleopatra* intellexisset Antonium suspicari ipsius culpa cladem fuisse acceptam, eius nam venia in sepulchra se recepit, misitq; qui Antonio nuntiarent, eam esse mortuam. Antonius Cleopatræ morte commotus, quæ leuiter de suspicione nuntio crediderat, *Heroueni seruum* vocauit, iussitq; vt eum occideret. At Hero, domini vitæ quam suæ studiosior, arrepto gladio, dum fingit Antonium persequi, in septum gladium conuertit.

Cum missi fuissent à Domitiano milites, qui L. Pisonem interimerent, tunc Africæ Proconsulem, & Carthaginem ingressi, ad Pisonis ædes venissent, vbi Piso esset, petierunt: *Pisonis seruus*, re perspecta, se Pisonem mentitus est.

Gogartanus Persa, cum in India immensas opes comparasset, inuidia apud Iudicem accusatus falso crimine, occidi iussus est. Duo eius serui eo occiso à Rege vocati, vt domini pecuniam indicarent, statim vt iacentem herum mortuum viderunt, spreta vita animo vnanimes cultellis, quos secum habebant, Regem occiderunt.

¶ Hieroglyphica.

Rasitatio capitis apud Græcos pariter & Latinos *seruitutis* indicium fuit. *Pier. Val. lib. 32. pag. 300. D.*

Quod etiam *annulus* sit *seruitutis* hieroglyphicum, tam maritale signum accipitur, quod addictam esse viro sponsam indicat: quam Pythagoræ symbolum exponit, dum nos arctum annuum gestare vetat: quod ex D. Hieronymi interpretatione non esse anxie viuendum admonet: quippe cauendum, ne os in eam seruitutem conijciamus, quæ dura sit & incommoda. *Pier. Valer. libro 36. pag. 336. B.*

¶ Fabvla.

Columba & Cornix.

Columba, quæ in columbari nutriebatur, iactitabat fœcunditatem suam: audiens hoc cornix, at tu, inquit, nequicquam ea re superbis, de qua tibi plurimum doloris & luctus colligitur. Quantum enim tibi pullorum, tantum tristitiæ paritur.

Fabula docet, in seruitute miseriam augeri fœcunditate.

Vide, Dominus, Libertas.

Seueritas.

¶ Definitio et Etymolog.

Seueritas, Græc. σεμνότης, ἀποτομία, ἀυστηρότης, ας, ἡ, & ἀυστηρότος, ου, ὁ, seuerus dicitur. Hebr. *Pereck*, austeritas, ferocitas implacabilis. *Exod. 1. 13. 14.*

Hinc *φρικώδη*, horrifico, *φρίξ. φρίκη*, horror, & Lat. ferox, fetocia. Dicitur etiam *Keschi*, à verbo *Kaschah*, durus fuit, difficilis fuit. Est autem seueritas virtus inflexibilis circa inflictionem pœnarum, quando recta ratio requirit hoc. *Sec. B. Tho. secund secundæ q. 157. artic. 2.*

Seuerus aliquando significat grauem & censorium, & dicitur quasi semper verus, nec vlla gratia, aut illecebris mutabilis. *Ammemque seuerum Eumenidum aspicies.* Nonnunquam sollicitum. A seuerus fit seueritas, h. e. grauitas, constantia, & imputando, & imputando, austeritas, rigiditas, asperitas, tristitia, etiam asseuero verbum, quod est cum vi quadam affirmo, quasi cum seueritate aliquid affirmo, à quo asseuratio. Item perseuero, quod est cum quadam constantia, & grauitate. Inconstantia duro. Hinc perseuerantia, hoc est, constantia & grauitas, quibus supra.

¶ Biblici Loci.

Seueritas interdum necessaria, 2. *Cor. 7. 8. & 13. 2. Tit. 1. 13. 22.* Seueritas Dei in Iudæos, *Rom. 11. 22.*

¶ Philosophicæ Sententiæ.

Seueritas in ciuitate nonnunquam salutaris est, sæpe per pestifera. *Franc. Patr. de Repub. l. 6. c. 5.*

Seueritas Regem decet, maiestatem præstat, & dignitatem. *Idem de regno lib. 8. c. 6.*

Seueri in puniendo, in gratiis postea concedendis, in conferendis liberalibus plerunq; existere solent. *Leo. Ebr. dial. 2.*

¶ Apophthegmata.

Cato senior millia quinq; famulos habebat, quorum captiua corpora emit. Quod vbi sensit reliquos Catonem in eius conspectum venire, reiecto laqueo præfocatum iri oderat in militem adeo veniam deprecabatur, quæ ipsi ultro concessa est.

C. Sulpitius Gallus vxorem repudiauit, quod aperta sit fortis: Lex, inquiens, tibi meos vultus præfinit cognitam tuam approbes: his ornamenta comparato. Hinc illis velle videri formosam, in suspicione & in crimine sæpe est. *Eras. l. 6. apoph.*

Pescennius Niger, Palæstinis rogantibus, vt ipsorum ignosceret eo quod regio esset grauata, satis inciementer. Vos terras vestras leuare vultis, ego etiam acrem cuperem. *Ælius Spart.*

Alphonsus admonitus ab amicis, ne nimium lenis esset, & ob id contemptum apud suos incideret: Magis, inquit, id mihi est, ne nimia mihi seueritas concilet inuidiam. *Apoph.*

Paulus Æmilius, cum Perseus captiuus deprecaretur, & pro pho duceretur: Isthuc, inquit, in te situm erat. Signifi ce in bello petire. *Plut. in vita Æmil.*

¶ Similitudines.

Chrysostomi, Quemadmodum qui perpetuo mingit, nu do, reuniuum hominem facit: Ita semper asperum, magis exacerbat hominem. Eoq; bonum est vbiq; modum. *4. ad Gaint.*

Verum hunc in modum non loquitur, sed aliter. lis, nec vult ferne, nec vulnera vulneribus addere, quam eruditi medici eos, qui in longum incidunt morbum, ac semel, sed ex interuallo curant, ne desponentes animum. Sic & hic beatus. Nam & hi parturientis dolores hoc quo maior erat affectus charitatis.

Roterodami, Vt echinus in spinis ingreditur, quod circumferat: Ita quibusdam in omni negotio acerbitas rea quod animo secum adferant asperitatem etiam habeat incommodi. *In simil.*

Vt Euripus in Eubœa septies in die defluit, ac tem ra celeritate: at idem tribus diebus vno quoq; mense septima, octaua nonaq; luna: Ita quidam inæqualis & præcipites sunt, aut nimium lenti, in vtramque partem hementes. *Ibid.*

¶ Exempla Biblica.

Seueritatis Dei *Exempla*: Erga Euam *Gen. 3. 16.* Amalechitas, *Exod. 17. v. 8. 9.* Israelitas, vitulum aureum 32. v. 26. &c. blasphemum. *Leu. 24. 10. &c.* populum *Num. 11. v. 32. 33.* Mariam, 12. v. 10. Israelitas, 14. 28. 29. 30. &c. ligentem lingua Sabbatho, 15. 32. &c. Moysen & Aaronem Tribum Beniamin, quæ iubente Domino tota excepteris, est deleta, *Iud. 20. 47.* Saulem 1. *Sam. 13. v. 13. &c.* Filiam *Sam. 21. 19.* Oziam, 2. *Paralip. 26. 19.* Ezechiam, 2 *Reg.* raiam, Sophoniam, & tres Ianitores, 25. v. 18. 19. Ieroboam *Isa. 3. 16.* Babylonem, *Ier. 51. 1. &c.* Heliodorum, 2. *Mach.* Antiochum, 9. v. 8. 9. ferum nequam, *Matth. 18 34.* ferum 25. 30. Ananiam, *Act. 5. v. 5. 6.* Sapphiram, *v. 9.* Herodem

Signum.

¶ Definitio et Etymolog.

Signum, Græce σημεῖον, ου, τό, & σημανω, significo dicitur quantum est in se, importat aliquid manifestum, quo ti manu ducimur in cognitionem alicuius occulti. *Thom. 4. sent. dist. 1. q. 1. art. 1.*

Signum proprie est quædam parua nota, indi-

stem Tet. *Vide num eius color pudoris signum & quam in-*
rum signum opus sculptile, & ad alicuius animalis effi-
matum, vnde & signa & tabulas pro cœlatis operibus atq;
ficimus. Hinc duodecim signa cœlestia, quæ in Zodiaco
notæ quorundam animalium sunt, quæ in his versibus
tur:

Sunt aries, taurus, gemini, cancer, leo, virgo,
Libraque, scorpius, arcitenens, caper, amphora, pisces.

¶ Loci Biblici.

a varia à Deo hominibus data: Noacho arcus cœlestis in nu-
Gen. 9. v. 12. 13. Abrahæ clibanus fumans, & lampas ignis, 15.
olim & toti posteritati, Circumcisio, 17. v. 9. 10. Moysi virga,
ntia, & c. Aaroni virga germinans, *Num.* 17. 8. Israelitis ser-
ntia, 21. v. 6. 7. & c. Gedeoni, *Iudic.* 6. v. 17. 18 eidem vellus,
Ruthæ commoda rerum copia sine cultura, 2. *Reg.* 19. 19. ei-
ologium, 20. *Esa.* 38. 7. Achaz Regi promissio Messiæ 7.
22. 24. Domui Israel later & sartago ferrea, *Ezech.* 4. v. 1. 2. 3.
gentibus Tau in frontibus, 6. v. 6. 7. Scribis, Pharisæis, &
ecrabilis & obcœcatis signum Ionæ Phrophetæ, *Matth.* 12. 39
. *Marc.* 8. 11 *Luc.* 11. 29. Signum Ionæ Prophetæ, pro, simile si-
Ionæ Prophetæ. Sic peccata Manassis, 2. *Reg* 24. 3. munus vel
Moysis, 2 *Paral.* 24. 6. iniquitas Patrum, *Exod.* 34. 7. contra-
Core, & error Balaam, Iudæ, v. 11. aliaque plurima τροπικῶς,
eadem essent, eodem modo appellantur. Signa è cœlo, *Matt.*
ocantur, qualia edidit Iosue, Solem sistens. *Iosue.* 10. 13. Samuel
ua eliciens, 1. *Sam.* 12. 17. Esaias vmbram regredi iubens in so-
2. *Reg.* 20. 11. vel potius Moyses, quum Mannam Deus cœlitus
, quod esse verisimilius videtur, *ex Ioan.* 6. 30. 31. 32. 33. colligi
signum prosingui aliquo Domini facto, siue quo console-
ue etiam quo puniat, vt *Deu.* 28. 37. 1. *Cor.* 14. 22. signum Cir-
inis, proipsa Circumcisione, *Rom.* 4. 11. signum Filii homi-
Matth. 24. 30. signa Diuinorum quam vana, *Esa.* 44. 25. signa
ra. *Esa.* 4. v. 13. signa appellationem à rebus, quas significi-
nuantur. *Gen.* 17. 13. *Exod.* 12. 11. *Ezech.* 5. v. 1. 5. *Matth.* 26. v.
Num. 11. 1. *Cor.* 5. 7 & 10. 4. & 11. v. 24. 25. signa fidem in Chri-
subsequentia, *Marc.* 16. v. 17. 18. signa multo plura à Christo
quam literarum monumentis commendata, *Ioan.* 10. 30. signa
rum quid prosint, *Ierem.* 51. 63. *Ezech.* 4. 1. *Matth* 10. 14. *Luc.*
Ignorum eiusmodi vsus, *Marc.* 9. v. 36. 37. *Act.* 4 31. & 13 51. &
g. 8. & 21. 11. signa aduentus Christi diem præcessura. *Mat.*
4. *Marc.* 13 v. 4. 5. 6. *Luc.* 21. v. 8. 9. signa futurorum, *Gen.* 9. 12.
Ios. 2. 18. 1. *Sam.* 2. 34. & 10. 2. 2. *Sam.* 5. 24. 2. *Reg.* 19. 29. *Tob.* 5.
Luc. 2. 12. signa in memoriam præteritorum, *Exod.* 12. v.
13. 38. & 16. & 38. 40. & 17. 10, *Ios.* 4. 6. & c. signa & miracu-
per illa omnipotentia, veritas, iustitia, & bonitas Dei in-
Exod. 4. v. 2. 6. & 7. 17. & 16. 12. *Iosu.* 3. 9. 10. 14. 1. *Reg.* 13 4. & 17
9. & 20. 9. 13. 28 2. *Reg.* 5. 14. & 20. 9. *Matth.* 8. 26. & 9. 2. &
signo certificatur Ionatha, 1. *Sam.* 14. v. 14. confirmatur Saul,
. 1.

¶ Sententiae Philosophicae.

gnis congrue vtimur in hac vita ad diuina: & ex his ad simpli-
& vnitam intelligibilium spectaculorum varietatem modo
dam proportionis assurgimus, & post nostram omnem intelli-
dominorum sistentes intellectuales actiones nostras ad sub-
rem essentiam radium, quantum fas est, contendimus. *Dion.*
g. de diuin nom.

gnis & figuris melioribus apud Platonem meliora recte signi-
um. *Proc. in Plat. de Repub. dial.* 8. c. 16.

gna sex à Cancro exordientia, quia recte procedunt, horas du-
saulo plus occupant ascendendo: sex reliqua, quæ à Capricor-
cipiunt, quoniam exoriuntur oblique, citra duas horas ascen-
Idem in Plot. En. 2. lib. 3. c. 7.

gna cœlestia in corpus numina, quæ illis præsunt, in animam
ntus ad singulas artes infundunt. *Ficin. in Platon. conuiuium.*
. 5.

gnorum mutatio, vt quæ in firmamento sunt, non subsint iis,
sunt in nona Sphæra, maximam rerum mutationem affert:
ficiunt mutationes per accessum imaginum ad meridiem, &
recessum multis seculis restitutum: nec prius pristinam recupe-
concitatem, quam ad pristinum reuertantur. *Idem in Plot.*
. 3. c. 16.

gna cœlestia quadrata, vel opposita contrarias habent qualita-
quadrata vtrasque, vel agentes saltem, opposita altera tantum
ientes saltem. *Io. Pic. Mirand. in Astrol. l. 3. c. 16.*

gna ita iuncta sunt & diuisa, vt non quærant nuturæ proprie-
ideat numeros ad supputandum opportuniores. *Id. ib. l. 9. c. 4.*

gna, & fines alii apud alios fuere, & nihil decretum, Abraham
de natiuitatibus duplex fieri thema præcipiebat, alterum ad
bilia signa, alterum ad immobilia: qua thematis varietate tota
dictionum ratio variatur. *ibid.*

gnorum, quæ sunt in partibus, fortiora sunt ea, quæ accipiun-
suis moribus manifestis, & secundum motus & figuram. *Aristot.*
. 5. c. 5

gnorum vnum ita se habet, vt singulare ad vniuersale: alterum
uniuersale aliquod ad particulare: & horum quod necessarium
est, necmirium appellatur, quod non necessarium, caret nomine.
Rhetor. 1.

Signum est alterius aliud: non quoduis cuiusuis, ne quis omnis
omne, sed quod aut ante fuerit, aut in ipso negotio, aut post fieri
consueuit. *Arist. Rhet. ad Alex.* c. 12.

Signa alia efficiunt opinionem alia scientiam, *ibid.*

Signorum nobis copia erit, ex singulis, quæ dicuntur, quæ ge-
runtur, & videntur, & ex testimoniis, testificatis, ex nostris, ex ad-
uersariorum fautoribus, ex ipsis illis, ex prouocationibus, ex tem-
poribus, & ex aliis multis. *ibid.*

Signa à probabili, ab argumento, coniectura, & sententia diffe-
runt, quia reliqua opinionem faciunt; signorum autem quædam,
vt etiam perspicue hi cognoscant, efficiunt: & signa plurima sup-
peditare solent, quod reliqua facere non possunt. signa opinionem
faciunt aliquam, argumenta omnem veritatem docent. *Arist. Rhe.*
ad Alex. c. 14.

Signum semper rem consequitur: accidens potest etiam extrin-
secus aduenire. *Alex. & Eust. in 2. Post.*

Signum in coniecturam & æquiuocum signum diuiditur: & est
vel rei existentis vel cum re signum, vel posterius. *Ioan. Gram. in 2.*
Prior. cap. 27.

Signum dicitur proprie, & metaphorice. Proprie est idem quod
imago. Metaphorice dicitur ad imaginis similitudinem. *Albert.*
Magn. in Prior.

Signum colligimus ex naturalibus passionibus loco mediorum
enthymematibus positis. *ibid.*

Signum ostenditur per passionem, & per viam sensus. *ibid.*

Silentium.

¶ Definitio: et etymol.

Silentium, Hebr. *Demamah*, Domitura, & *Dumam*, sepulchrum,
locus silentii, vbi corpora mortuorum perdomita silent: à verbo
Damam, domitus est, redactus est in alienam potestatem, non re-
sponsauit. 2. *Chereseh*, à verbo *Charasch* quod in 3. coniugatione
facit. 2. *Chereseh*, à verbo *Charasch* quod in 3. coniugatione
est *Cherisch*, tacitus secum cogitauit, siluit. Dicitur surdus, *Chereseh*
quod auditus eius sileat, 3. *Schekeet*, quies tuta dicitur silentium, à
verbo *Schakaet*, Quieuit sub scuto alicuius, secure & quiete vixit,
tutus & tranquillus fuit. Silentium certe est plærunq; modestiæ in-
geniis scutum aduersus mundi tumultus tutissimum.

¶ Biblici Loci.

Silentium pro sedata expectatione, &, vt ita dicam, pro conquie-
scentia, *Esa.* 30. 15. sic accipiunt nonnulli & *Psalm.* 56. 2. Silentium
suo tempore seruandum, *Prou.* 25. 29. *Iac.* 1. 19. silere vtile est, *Prou.*
17. 26. *Eccl.* 3. 20. 6 & 32. 12.

¶ Patrvm Sententiæ.

Silendi patientia, oportunitas loquendi, & contemptus diuitia-
rum, sunt maxima fundamenta virtutum. *Amb l. 1. de Officiis.*

Ille scit recte dicere, qui & ordinate nouit tacere. *Gregorius in*
Moral.

¶ Poeticæ Sententiæ.

Comici Græci.

Οὐδὲν σιωπῆς ἔστι χρησιμώτερον.
Vtilior haud est vlla res silentio.
Σιγὴ πολλάκις ἐστὶν ἀφελέστατα λόγος.
Ἐνίοις τὸ σιγᾶν ἐστι κρεῖττον τοῦ λόγου.
Aliquando verbis melius est silentium.
Κρεῖττόν σιωπᾶν, ἢ λαλεῖν ἃ μὴ πρέπει.
Καὶ δεῖ σιωπᾶν ἡμᾶς λαλεῖν, ὅπου χρεών.
Satius tacere, quam loqui quæ non decet.
Et in loco tacere, & in loco loqui.
Ἡλίκα τι σιγῆς κρεῖττον, ἢ σιγὴν ἴσχε.
Sile, meliora Dei loquere silentio.
Πολλοῖς ἀπόκρισις ἡ σιωπὴ τυγχάνει.
Plerisq; responsi vice est silentium.
Εὐ πρὸς ταραττόντας ἐστι σιγῆς τρόπος.
Taciturnitas est plurimis contemptui.
Ἡ λαῶσσα πολλῶν ἐστιν αἰτία κακῶν.
Plerisque lingua dat malis originem:
Ἡ λαῶσσα πολλὰς εἰς ὀλεθρον ἤγαγεν.
Plerosq; lingua funditus pessundedit.

¶ Sententiae Philosophicae.

Nihil æque proderit, quam quiescere, & minimum cum aliis lo-
qui, & plurimum secum. *Senec.* 16 *epist*

In hoc incumbe, vt libentius audias, quam loquaris: quod taci-
tum velis, nemini dixeris. Auribus libentius quam lingua vtere.
Quicquid dicturus es, ante quam aliis, tibi dixeris. *Sen de morib.*

Taciturnitas stulto homini pro sapientia est: tacere qui nescit,
nescit loqui. *Idem in Prou.*

Res omnium difficillima, tacere & audire. *Gell. l.* 1.

Mire silentio, & tenebris animus alitur. *Plin. in l. 9.*

Loqui ignorabit qui tacere nescit. *Pittacus.*

Grues cum ex Cilicia deuolent, lapillos in os sumunt, atque ita Taurum montem aquilis plenum tuto transuolant, idq; noctu: ita tutissimum vbique silentium, *Plut.*

Silentium mulieri præstat ornamentum, *Arist. pol. 1.*

Nunquam me pœnituit tacuisse, quod locutus sum. *Simonid.*

Silentium sapientibus responsi loco est. *Eurip.*

Obsigna verba silentio, silentium autem occasione, *Demetrius Phaler.*

Pauca loquentibus paucis legibus opus est. *Plutarchus de educat. liber.*

Nemo stultus tacere potest. *Diog. l. 1.*

¶ Apophthegmata.

Pythagoras. Eius de silentio scite dicta sunt hæc: Aut sile, aut affer meliora silentio. Aut silentium tempestiuum, aut orationem vtilem habeas. Verba silentio, silentium tempestiuitate claudas. *Stob. serm. 34.*

Socrates admonebat suos discipulos, vt tria præcipue in omni vita haberent: In animo Prudentiam, in vultu Verecundiam, & in lingua Silentium. *Max. serm. 12.*

Pittacus præcipiebat, vt ea quæ facturi sumus, non aperiamus loquaciter aliis: ne, si male perfecerimus, digne derideamur. *Max. serm. 20.*

Solon, inter pocula tacitus, interroganti Periandro, an propter verborum inopiam, aut ob stultitiam taceret? respondit: Atqui nullus stultorum in conuiuio silentium præstare potest.

Idem, sermonem silentio: silentium autem temporis occasione obsignandum esse dicebat. *Stob. serm. 3.*

Chilon rogatus, quid esset difficile? Arcanum, inquit reticere. Tanta est linguæ, omnium maxime volubilis, incontinentia, cum alioqui nihil videatur facilius, quam silere. *Laert.*

Bias, apprime decorum illi esse silentium, dicebat, quibus indecora impuraq; esset vita. *Stob.*

Democritus, quum animaduertisset quendam multa imperite disputantem: Hic, inquit, non dicendi peritus mihi videtur, sed omnino tacendi imperitus. *Max. serm. 20.*

Diogenes ad quendam, qui se contentiose philosophum profitebatur: Vah miser: inquit, cum id quod optimum est in vita philosophi corrumpas, verbis tamen audes te philosoppum iactare. Est autem philosophi etiam munus silere, cum res responsione digna non est. *Stob. serm. 31.*

Cleanthes. Cuidam ab eo petenti dictum aliquod, quod crebro occineret filio suo, protulit ex Electra, σίγα σίγα, λαθρᾶ ἰχνος: id est, Tace, tace, tenue vestigium. Innuens pueris maxime conuenire silentium. *Laert. l. 7.*

Idem, cum quidam ad tacentem Cleanthem dixisset, Tu quid taces? atqui iucundum est cum amicis confabulari. Iucundum quidem respondit Cleanthes: sed quo iucundius est, eo magis in hoc amicis oportet concedere. *Stob. serm. 31.*

Zeno Citticus. Ptolemæi legatis, qui multos eruditos ad conuiuium inuitaraat, percontantibus, quid de ipso regi suo esset renuntiaturi? ait, Vidisse vos senem, qui in conuiuio tacere nouerit. Cum enim cæteri ad ostentationem multa dixissent, vnus Zeno perpetuum tenuit silentium. *Laert. l. 7. c. 1. Stob ser. 32. Max. ser. 20.*

Simonides dicere solebat, nunquam se pœnituisse silentii, sermonis autem sæpius. *Ant. in Meliss. par. 1. ser. 73. Max ser. 20.*

Idem, dicebat, eorum hominum, quorum indecora vita est, maximum decus esse silentium. *Ant. in Meliss. part. 1. ser. 73.*

Xenocrates, cum in conuiuio cæteris multa garrientibus, solus nihil diceret: interroganti, cur vnus omnium sileret? Quoniam, inquit, loquutum fuisse pœnituit aliquando, siluisse nunquam. *Hoc Plut. in libello* πῶς ὑγιεινῶν *tribuit Simonidi. Sed Laert. 4. cap 2 Xenocrati tribuit & Val. Max. e iam l. 7. c. 2.*

Idem, singulas diei partes diuidens in actiones certas, suam etiam silentio partem reddebat. Docens, silentii rationes vtiq; adhibendas esse. *Max. serm. 20.*

Heraclitus rogatus à quibusdam, cur taceret? Vt vos, inquit, loquamini. *Bruscont. l. 6. c. 6. exemplorum.*

Anaxarchus. Multarum rerum cognitionem homines aut valde iuuare, aut valde lædere dicebat Iuuare enim virum dextrum & commodum: lædere verò illum, qui facile quemuis sermonem & apud quosuis eloquitur. Oportet autem occasionis modum nosse, is enim sapientis terminus est. Qui verò intempestiue cantilenam musicam quamuis docte cecinerit, illi non approbantur, sed crimen stultitiæ subeunt. *Stob serm. 32.*

Aristoteles Callisthenem, auditorem suum ad Alexandrum mittens monuit, vt cum eo quam rarissime aut quam iucundissime loqueretur. Quo scilicet apud regias aures vel silentio tutior, vel sermone esset acceptior. *Plut. in Alex. Laer in Arist. Val. Max. l. 7. c. 2.*

Idem, cum percontaretur, quid esset in vita difficilimum? Tacere, inquit, quæ loqui non decet. *Max serm. 20.*

Idem dicere solitus est: Qui silere non nouit, is neque loqui ad modum scit. Nam quærente quodam, quæ res hominis difficillima? ait, Silere tacenda. *Stob.*

Idem interrogatus quam ob rem, cum alios docere loqui taceret? respondit: Cos quidem ipsa non scindit, cultrum cuit. *Ant. in Meliss. part. 1. ser. 73. Verum hoc Isocrati adscr. serm. 20.*

Idem, interrogatus à quodam, quis arcanum sermonem nere posset? respondit: Qui carbonem quoque ignitum retinere potest. *Ant. eod serm.*

Dion, naturam probe egisse dicebat, quæ geminas aures quam vnicam nobis fabricarit: quo ad audiendum essemus ad loquendum promptiores. *Stob.*

Isocrates, duo dicendi tempora statuenda dicebat. Vel certo nouimus, vel de quibus dicere est necessarium. In solis oratio silentio præstat, in aliis melius est silere quam. *Max. serm. 20.*

Idem dicere solebat, improbi hominis, quasi tacitumitatium magis quam vocem timendam esse. *ibid.*

Demosthenes, cum adolescens quidam inter pocula multa effutiret, & tacere nollet: Adolescens: dixit, quomodo posti tacere ab illo, à quo didicisti loqui? *Ant. in Meliss. p.*

Apollonius, summo studio admitendum dicebat, ne verba parum decentia elabantur. Constat enim quam sit silere non posse: tum effutire palam cum turpitudine. nestius obtrusisses. *Stob.*

Idem dicebat, cum in alios atq; alios errores & pericula elabi palam sit: mirum, quantam securitatem præstet citurnitas. *Stob.*

Euripides: cuidam opprobranti graueolentiam oris: mirum, inquit, in illo occulta computruerunt: Sign continere arcana. Solent autem res in occulto congestæ scere. *Eras. l. 8. apoph. Idem Demosthenis ab aliis attrib.*

Epictetus, in omni negotio nihil adeo prospiciendum bat, quam vt tutum securumq; sit quod agitur. Est autem inquit, tacere quam loqui. *In Enchiridio.*

Isocrates, Careo loquaculus volebat ab Isocrate orator Sed is, duplicem mercedem mihi dari, inquit, posco: alteram qui, alteram, vt tacere discas. *Stob.*

Plutarchus. Verborum, rei leuissimæ inquiebat, grauissima, & apud Deum & apud homines, comes esse solet. Scro eum vbiq; culpa vacet, tum maxime in aliorum quid egregium, Socraticum, aut potius Herculeum quidem & Hercules, ne gry quidem odiosa verba cuiquomodo quis ab hostib. audiatur.

Philippides Atheniensis, qui ob virtutem charus apud liaris Lysimacho regi erat, Lysimachus cum dixisset, rum suarum expeteret? respondit: Solum ô rex, ne orum quidquam mihi credas. *Plut.*

Epaminondas, audiendi potius quam loquendi cupidus minem debere putabat: Quod sciret, ex audiendo doctiloquacitate autem pœnitentiam nasci. De eo etiam minem vnquam visum esse, qui plura sciret & pauciora *Plut.*

Hieron, arcana enuntiantes iniuriam facere dicebat, quibus enuntiarent. Odimus enim non solum eos qui verum eos etiam, qui quæ nolumus audierint. *Max. serm.*

Cæcilius Metellus, quum in bello omnia proprio & lio ageret, amico cuidam interroganti quidnam iam post Abrachos in Macedonia subactos? Tunicam, inquit, exurerem si eam consilium meum scire existimarem. Quicuit non temere animi nostri propositum effutiendum bus, sed silendum ad suum vsque tempus. *Plin. c. 61. de strin. Plut. in apoph. Rom. Front. l. & c. 1.*

Quum Catoni, qui post dictus est Vticensis, etiamnum tio daretur taciturnitas (nec enim cum pueris exercebatur quoquam audiri volebat) ait: Carpant taciturnitatem, tam probent. Et addidit, Tum demum abrumpam hoc lentium cum eo loqui potero, quæ sunt indigna silentio. *Brus. l. 9. c. 5.*

Tiberius. Cum aliquando percontaretur, cur sua cum aliorum quoque, qui ei non male vellent, consilia caret? respondit: Principis animum aut nemini, aut tum esse oportere. Sensit autem, non omnia credenda micos esse venditent: quibus quum aliquid secreti com mere rimarum pleni effutiunt: non cogitantes, princ lorum garrulitate sæpenumero aut periclitari, aut *Dion.*

¶ Similitvdines.

Plutarchi, vt vas experiamur, aquam, non vinum Ita friuolum quiddam aliquando committendum silentii fidem experiamur, vt si effutiant, nihil *Moral.*

Vt egregius artifex iaculandi, statim scopum pauca loquitur, sed ad rem. *ibid.*

...ferria cum silentio spectantur: Ita quædam melius lau-...silentio, quam oratione. *ibid.*

...cum ex Cilicia deuolant, lapillos in os sumunt, atque ita ...montem aquilis plenum tuto transuolant: idque noctu, ...dat: Ita tutissimum vbique silentium. *In Moral. & Plin.*

...que *Arist. de nat. l. 6. c. 10.*

...Mutæ cicadæ pro miraculo est, quod ipsum genus sit gar-...sint autem huiusmodi in agro Rhegino: Sic magis admi-...constantiam & silentium in fœmina, quod ipsum genus ...ac fit & loquax, *l. 11. c. 27.*

...mori. Vt est infame, vbiq; multa effutire. Ita est illiberale, vbi-...le silentium agere. Nam qui nouit opportunitatem tacendi, ...nouit etiam vicissitudinem loquendi. *in apoph. 105.*

¶ Exempla Biblica.

...tii & taciturnitatis, *Exempla*: Aaron, *Leu. 10.3.* Anna, *1. Sam. 1.* ...mael, *3.15.* Sau., *10. v. 16. 27.* Abigail, *25.36.* Elisæus, *2. Reg. 2.3.* po-...dicus, *18.39. Neh. 5.8.* Tobias senior verba iniuriosa gemitu ...ymus ex epistle legitur, *Tob. 2.22. & 3.1.* Esther, *Esth. 2. v. 10. 20.* ...19. & 39.16.* Dauid, *Ps. 32.3.* Sobna cum collegis, *Esa. 26. 21.* ...42.14.* Christus, *Matth. 26. 63. & 27.14. Marc. 15.5* Dei pa-...Luc. 2. v. 19. 48.* Petrus, Iacobus & Ioannes, Apostoli, *9.36.* ...Act. 13.16. & 21.40.* Sororis Pauli filius, *23.21.*

¶ Profana Exempla.

...*prorum Dea*, Præses silentii, obsignato ore antiquitus efficta ...quoque semper à Romanis culta: vt silentio apto nil melius ...crederent. *Alex. l. 4. c. 16.*

...*ad Eleusinios* capitale erat, quicquam ex mysteriis in vulgus ...patriret apud Romanos in sacris Bonæ deæ. *Theat. Zuing.*

...*ma Pompilius* quum vaticiniorum plurima in Musas referre ...lit, vnam exiis præcipue à Romanis coli voluit de silentii ...Tacitam nomine. *Cœlius l. 21. c. 45. A. L.*

...quod publico concilio statuendum erat, miro silentio de-...bant: si quis autem fremeret aliquo concionante, parte ve-...lebatur. *Alex. l. 4. c. 11.*

...*lonius Tyaneus*, quinquennium integrum ne verbum qui-...dicitur tra litur. *Phil.*

...*dicarum* taciturnitatem iureiurando adstringit Hippocrates: ...quæ celanda sunt ægrorum vitia, quæ fidei concredita, cui-...neretrico effutiant. *Zuing in Theatr.*

...à *Pythagoræ schola* quinquenne silentium indicebatur audito-...quam ἐχεμυθίαν vocant, à cohibendo sermone: ne quæstio-...altercationibus implicarentur: neque à temeraria pro vo-...sed & à sobrio & attento silentio sapientiam auspicarentur. *...l. 12. c. 2.*

...*Numarum* castris noctu tam pertinax silentium: vt patiantur ...labi, ne tumultus excitetur. *Cuspinianus.*

...*Laertis* nutrix Vlyssem xx. demum anno domum reuersum ex ...dum pedes eius lauat, agnouit: & ne cum proderet, sed si-...tenuit, rogata respondit:

Ἐγώ δ', ὡς ἐστι τις ξεῖνος ἠπεροπευτὴς ἠδὲ γυναικῶν.

...*Susanna*, de flagitii crimine pertinaci silentio se purgauit, non ...oratione. *Lud. Viues de Christiana fœmina lib. 1.*

¶ Emblema.

Silentium.

Emblema xi. Andr. Alciat.

Cum tacet, haud quidquam differt sapientibus amens
Stultitiæ est index linguaque vocq; sua.
Ergo premat labia, digitoq; silentia signet:
Et sese Pharium vertat in Harpocratem.

Videtis. Lingua, Taciturnitas, Sermo.

Similitudo.

¶ Definitio et Etymologia.

...ilitudo, Græce ὁμοιότης, ητος, ἡ, & ὅμοιος, α, ον, similis dicitur. Est ...autem similitudo relatio æquiparantiæ: non tamen semper de-...minat vtrumque extremorum, sed tantum quando forma ...qualiter & eadem ratione in vtroque extremorum. *ex B. Tho. ...art. 3. 4. art. 3.*

¶ Locvs Biblicvs.

...Similitudinis & figuræ vocabulis interdum ipsa rei veritas signi-...catur. *Phil. 2. 7.*

¶ Sententiæ Poeticæ.

Plaut. Menech.

Nam ego hominem homini similiorem nunquam vidi alterum.
Nec aqua aquæ, nec lac est lacti, crede mihi vsquam similius,
Quam hic tui est, tuq; huius.

Hor. 1. Epist. 18.

Oderunt hilarem tristes, tristemq; iocosi,
Sedatum celeres, agilem gnauumq; remissi.

Plaut. Most.

Postremo, si dictum nequis per duci, & vera hæc credat,
Mea dicta ex factis noscere rem vide, quæ sim, & quæ fuerim ante.
Nihilo ego, quâ nunc tu amata sum, atq; vni modo gessi more
Qui pol me, vbi ætate hoc caput colorem commutauit,
Reliquit, deseruitque me, tibi itidem futurum credo.

Ouid. 2. Pont. 5.

Scilicet ingeniis aliqua est concordia iunctis,
Et seruat studium fœdera quisque sui.
Rusticus agricolam, miles fera bella gerentem,
Rectorum dubia nauis amat puppis amat.

¶ Apophthegmata.

Anonymus. Proconsul quidam Romanus in Sicilia, conspicatus quendam adolescentem admodum sui similem, rogauit similitudinis causam, num pater suus nunquam adisset Siciliam, At meus, inquit, Romam frequenter accessit. Iocum retorsit Siculus, nihil veritus securus ac virgas proconsulis. *Brus. l. 6.*

Anonymus. Augusto Cæsari perquam similis Romam venerat, & ita similis, vt omnium ora in se conuerteret. Producit ergo Cæsar hominem iussit, sumque interrogat: Dei (ait) adolescens, fuitne aliquando mater tua Romæ? Excepit adolescens, & hunc in modum Augusto respondit: Mater mea nunquam fuit Romæ, sed pater persæpe. *Macrob. Plut. in Rom. apoph. Eras. l. 4. apoph.*

¶ Adagia.

De grege illo est.

Id est: Eiusdem factionis aut contuberni.

Eiusdem farinæ. *Item.* Nostræ farinæ.

De iis, inter quos indiscreta est similitudo. Huc illa quoque refer.

Eadem cera. Idem puluis. Eiusdem notæ. Eines Schlags.

Non eras in hoc albo.

Hoc est. Non eras in hoc numero. Translatum ab albata tabula, in qua quondam scribebantur nomina iudicum.

Non sum ex istis heroibus. Οὐκ ἐμὶ τῶν τοιούτων ἡρώων.

Id est. Non sum ex eorum numero qui propensiores sunt ad ladendam quam ad bene merendum.

Patri est Filius. τὰ πατρὸς ἐστὶ τὰ παιδίου.

In eos, qui mores imitantur paternos, patribusque sunt similes.

Er schlecht seinem Vatter nach.

Aphyarum honos. Ἀφύων τιμή.

Vtemur, quoties humilibus exiguus quispiam honos contingit.

Terra amat imbrem. γῆ μὲν ὀμβρου γαμεῖ.

Vbi quis desiderat ea quæ sibi nouit esse accommoda conducibilia-que.

Vnotenore,

Tenorem rei progressum vocant. Vnde quæ sui similia sunt, sibiq; velut perpetua succedunt serie, horum eundē esse tenorem dicimus.

Boni ad bonorum conuiuia vltro accedunt. αὐτόπατοι δ' ἀγαθοὶ ἀγαθῶν ἐπὶ δαῖτας ἴασιν. *Plato*

Vtendum, vbi boni vltro ad bonos sese aggregant etiam non inuitati aut vocati.

Simile gaudet simili. ὅμοιον ὁμοίῳ φίλον. *Aristot*

Plana est significatio. In eandem sententiam Martialis.

Vxor pessima, pessimus maritus.

Miror non bene conuenire vobis. Gleich vnd gleich gesellt sich gern.

Malus cum malo colliquescit voluptate. κακὸς κακῷ γὰρ συντίτηκεν ἡδονή.

In malorum seu improborum consortia. Aristot.

Æqualis æqualem delectat. ἡλιξ ἡλικα τέρπει.

Similitudo est benevolentia, consuetudinis & familiaritatis conciliatrix.

Æqualem tibi vxorem quære. τὴν κατὰ σαυτὸν ἐλθ.

Monet adagium, ne quis cupiditate aut ambitione allectus potentiorem sibi vxorem ducat, cuius non sit maritus & dominus futurus, sed minister aut mancipium. Potest etiam longius trahi, ad negotium videlicet suscipiendum, cuius sis conficiendo par & idoneus. Vberweibe dich nicht. Item. Wer freyen will, der neme seines gleichen.

Iugum idem trahere.

Hoc est: negotii vices pariter sustinere. Translatum à bobus arantibus.

Cicada cicadæ cara, formica formicæ. Τέττιξ μὲν τέττιγι φίλος, μύρμηκι δὲ μύρμηξ.

Nota est formicarum polytia, & cicadarum concentus, Theocri.

Ouum ouo simile. *Velut alii.*

Non tam ouum ouo simile.

De reb. indiscretæ similitudinis. Cic. Eiusdē significationis sunt.

Quam apes apum similes. Non tam aqua similis aquæ. Non tam lacte lacti simile, Er ist jhme so gleich, als were er jhme auß der Haut geschnitten. Item. Eyer seynd Eyern gleich.

Furem fur cognoscit, & lupum lupus. ἴσον δὶ φῶτα τε φῶτα, καὶ λύκος λύκον.

In consuetudinem & familiaritatem improborum incidere potest, Amant enim vulgo sese mutuo qui similes. Laborant vitiis Aristot

Ein Schalck weiß, wie dem andern mag jhm jhertz ist. Item, Ein Dieb kennet den andern, vnd ein Wolff den andern.

Semper similem ducit Deus ad similem. ἀεὶ τὸ ὅμοιον ἄγει θεὸς πρὸς τὸ ὅμοιον.

Duo inter se similes plarunq́, bene conueniunt. Aristot. Germani dicunt. Wie der Wirth ist also bescheert jhm Gott Gäst.

Semper graculus assidet graculo. εἰὰ κολοιὸς πρὸς κολοιὸν ἰζάνει.

Diogenian.

De familiaritate similium. Graculorum conuentus olim notos fuisse testatur M. Varro de re rustica.

Similior ficu. ὁμοιότερος σύκου.

Per iocum dicebatur de vehementer inter se similibus.

Aut ipse fuisti, aut tui simillimus.

Si quando per iocum indicabimus eundem aliquem fuisse, qui tamen se fuisse erat inficias.

Omnia similia. ἅπαντ' ὅμοια.

Eadem est conditio mortalium. Sie seind alle gleich. Item, sie seind alle einander gleich.

Crobyli iugum. Κερκώπλα ζεῦγος.

De societate duorum pari improbitate dici potest. Huren vnnd Buben ein gespan/ Es seind vier Nosen einen Turcken.

Eadem cera Idem fauus. ἓν κηρίον.

Dicebantur qui vno ore idem affirmarent.

Ficus post pisces. σῦκον μετ' ἰχθύν.

Quadrabit vbi dicemus alia alijs congruere Quemadmodum post carnes caseum post pisces apponere nuces fulge iubent.

Quo prognatus eodem. *Horat.*

De isdem dicitur, qui cultu, moribus, ingenio & factis similes sunt.

Catulæ dominas imitantes. τὰς δεσποίνας αἱ κύνες μιμέμεναι.

Vitis erit, quoties is, qui subsunt, eorum exprimunt mores, sub quorum imperio degunt.

Similes habent labra lactucas. *Hier.*

Vbi similia similibus contingunt: vel quoties mala malis digna dignis eueniunt. Natum adagium ab asino carduos pascente.

Qualis hera, tales pedisequæ. οἵαπερ ἡ δέσποινα, τοῖαι καὶ θεράπαιναι.

In personas similibus laborantes vitiis. Wie die Frawen/ so die Magt/ wie der Herr/ so der Knecht.

Aspis a vipera. *Tertullian.*

Vt emur quoties pessimus a pessimo sumit quippiam.

Sequitur pisces. Item.

Dictum de improborum societate.

Discum patella operculum.

Cum significamus superiores ad improbos inferiorum mores accommodatos esse. Auff einen solchen Nasen gehört ein solcher Deckel.

In matellam immeiere. εἰς τὴν ἀμίδα οὐρεῖν.

Quum sordide tractantur, aut ad munus aliquod parum honestum adhibentur ij, qui non indigni videantur, vtpote ipsi sordidi, quasiq́ ad contumelias ferendas facti.

Conto nauiga. κοντοῖ πλεῖν.

In eos, qui sic rebus vtuntur, quemadmodum vti conueniebat, qui vitæ genus sequuntur suo accommodatum ingenio.

Surdaster cum Surdastro litigabat, & iudex erat surdior. δύσκωφος δυσκώφῳ ἐφίλονικει, ὁ δικαστὴς ἦν κωφότερος.

Locũ habebit, cum res agitur inter vndequaq́ ridiculos ac stultos.

Cascus Cascam ducit.

Quoties similis similem delectat: Vetulus vetulam. deformis deformem.

Omnia idem puluis. πάντα μία κόνις.

De indiscreta similitudine vtitur Lucian. Alludens ad defunctorum cineres inter quos nihil apparet discriminis.

Omnia sub vnam Myconum. πάντ' ἐπὶ μίαν Μύκωνον.

Dictum in eos, qui res natura diuersas eodem titulo complectũtur.

Conuenerunt Attabas & Numenius. Συνῆλθον Ἀτταβάς τε καὶ Νουμήνιος.

Dici solitum, quoties improbus aggregatur cum improbo. Diogenianus tradit, hos insigne par furum fuisse.

Eundem calceum omnium pedi inducere.

In eos qui rem eandem ad quæuis solent accommodare. Veluti si eadem remedia omnib. agris præscribat imperitus aliquis medicus. Alle Schue vber ein Leyst machen.

Noui Simonem & Simon me. οἶδα Σίμωνα καὶ Σίμων ἐμέ.

De iis dicebatur qui pares essent.

Nauson Naucrati. Ναύσων Ναυκράτει.

Quoties alicui similia inuicem respondent. Veluti si nebulo compellatus, nebulonem viciſsim compellet. Idem fere. Cretensis Cretensem, Subaudi, prouocat, Vel simile quippiam, quod sententiæ commodum erit. Wie man in den Walt schreyet/ also schallet es wider herauß. *Item* gut gruß/ gibt gut Antwort.

Cretensis cum Ægyneta. Κρὴς πρὸς Αἰγινήτην.

Subaudiendum, agit. Quadrabit in pariter improbos, qui mutuis inter se fallaciis agunt.

Ver hyemem sequitur.

Significat rerum vices. Et tristibus latiora succedunt.

Cretizat cum Cretensi. πρὸς Κρῆτα Κρητίζειν.

Hoc est: Aduersus mendacem mendacium vtere. Graciũ enim κρητίζειν, mentiri est. Hinc. Schälcke muß man mit schälcken fahen.

Chium ad Choum. Χῖος πρὸς κῶον.

De comparatione vehementer in æquali dicebatur.

Vulpinari cum Vulpe. ἀλωπεκίζειν πρὸς ἀλώπεκα.

Cum astutis agendum astutius Horat.

Nunquam te fallant animi sub vulpe latentes. Mit Füchsen fahen, *Item* Wer ein Schalck fahen will/ muß ein Schalck an die Lücken stellen.

Clauum clauo pellere. ἧλον τῷ ἥλῳ ἐκκρούειν.

Cum malo malum pellimus. Böß mit böſem vertreiben.

Cum Care Carizas. πρὸς Κάρα Καρίζειν.

Hoc est: rustice agis cum rustico crasse cum crasso Diogen.

Mali thripes, mali ipes. κακὰ μὲν θρῖπες, κακὰ δ' ἴπνες.

De duplici malo dicitur solitum, vt non magni referat, vtrum gerat. Diogen. Gurr als Gaul.

Balbus Balbum rectius intelligit.

Hoc est: barbarus barbari orationem facilius percipit, quam Græcus aliquis. Ad res alias accommodari quoq́ potest. Hinc Kind verstehet das ander am besten.

Bithus contra Bacchium.

In eos qui pares sunt arte, pares audacia: vt hoc pertinet, quod gladiatores erant per omnia pares.

Ab vno diagrammate. ἀφ' ἑνὸς διαγράμματος.

De ademere & vniformis, quasi dicas, de eadem forma.

Eodem in ludo docti.

Dicuntur similibus laborantes vitiis, & improbitate pares. haben alle einen Meister gehabt.

Eiusdem mulæ æmulus.

Hoc est: eiusdem artis disciplinæ studiosus. Græci, quos pellant, eiusdem artis opifices. Gellius.

Isdem vescentes cepis. ταυτὸν ὄμιλον φαγόντες.

Congruit in pauperes ac bonos viros inter se amicos.

Marsupiaud concutit sua ipsius arma. Ἄρης τὰ αὑτοῦ σκεύη.

Docet adagium commode ferri à nobis ea, quibus ea quæque nobis quadrant, etiam si sint grauissimo.

Stultus stulta loquitur. μωρὰ γὰρ μωρόλογα.

In homines, quorum vitæ morbusq́ deprauati vera probata respondet. In eandem sententiam dicimus. Es ist er weiß ist. Narren reden wie Narren.

Hominis figura oratione agnoscitur. ἀνὴρ ἐκ λόγου γνωρίζεται.

Inanium inania consilia. κενοὶ κενὰ βουλεύονται.

Quum quis sua ipse frustratur.

Mala nodo malus quærendus est cuneus.

Eo lucebis vti, quoties malum simili malitia retundemus.

¶ Fabvlae.

Asinus iudex.

Contendentes de cantus bonitate cuculus & luscinia, rogarunt asinum. Asinus iubet canere luscinian: illa vt potuit suauissimum carmen, & omni varietate distinctum modulata est. Tum iudex cuculum & ipsum promere, quod meditati videretur. Ille suos cantus notos & æquabiles, & vniusmodi dedit. Cum finem fecisset, Hanc, inquit asinus, victorem pronuncio. Te luscinia, quæ intricata & varia canis, victam esse haud dubia mea sententia est.

Docet fabula, id quod prouerbium, Asinum lyræ cantum non intelligere. Et item hoc, quod alterum dictum in alterum dentem tribulos, similes habere labra lactucas.

Simonia.

¶ Definitio: et etymol.

Simonia, Græce ἱερωσυλία, ας, ἡ, dici potest. Et est studiosa rerum sacrarum emendi vel vendendi aliquid spirituale, vel spirituali annexum, opere subsecuto. *secund. Panor. in c. Nemo. extra. de Simonia. Thom. secund. Secund. q. 100. art. 1. o.*

Simonia dicitur à Simone Mago, qui donum Spiritus sancti emere voluit, vt ea venditione signorum, quæ per eum fierent, multiplicatam pecuniam lucraretur. Et sic illi qui spiritualia vendunt, conformantur Simoni Mago in intentione, in actu vendunt, imitantur qui emere volunt. Illi autem qui in actu vendunt, imitantur Giezitam discipulum Helisæi, de quo legitur 4. Reg. c. 5. quod accepit pecuniam à leproso mundato. Vnde venditores spiritualium dicuntur non solum Simoniaci, sed etiam Giezitæ. *ex D. Thom. secund. q. 1.*

¶ Biblici Loci.

non debent dona Dei, 2. *Reg.* 5. *v.* 22. 26. *& c. Daniel.* 5. *§.* 17.
10. 9. 8. *Act.* 8. *v.* 20. *&* 20. *v.* 35. 1. *Cor.* 19. 15. 2. *Cor.* 11. *§.* 9. *&* 12. 13

¶ Sententiae Biblicae

Simonia bonis spiritualibus abutitur.

accepistis, gratis date. *Matth.* 10.

videbat Simon quia per impositionem manus Apostolo-
tur Spiritus sanctus, obtulit eis pecuniam dicens: Date & mihi potestatem, vt cuicunq; imposuero manus, accipiat Spiritum. Petrus autem dixit ad eum? Pecunia tua tecum sit in perditionem, quoniam donum Dei existimasti pecunia possideri. *Act.* 8

Pœnis grauibus persequitur.

ipsi accepisti argentum, sed & lepra Naaman adhærebit semini tuo. Et egressus est ab eo leprosus quasi nix. 4. *Reg.* 3.
est tibi pars neque sors in sermone isto: Cor enim tuum non est rectum coram Deo. Pœnitentiam itaque age ab hac nequitia tua, & roga Deum si forte remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui. 8.

¶ Patrvm Sententiae.

Eunuchus fuit qui Ioseph comparauit: ita qui gratiam Spiritus sancti, dum illi pretium donant, vt pontificalis sublimitatem accipiant, obliti verborum Petri, qui dixit ad eum: Pecunia tua tecum sit in perditionem: quia existimasti donum Dei posse pecunia possideri. *Amb. in lib. Past. & hab.* 1. *q.* 1. *omnes.*

ordinaretur episcopus, quod dedit, aurum fuit: quod perceptum fuit. Cum alium ordinaret, quod accepit, aurum fuit: ideo illi, lepra fuit. *Amb. de ministeriis & hab.* 1. *q.* 1. *can. Cum*

presbyter super pecuniam Ecclesiam obtinuerit, non solum ecclesiam
tur, sed etiam sacerdotii honore spolietur: quia alterare gratias & Spiritum sanctum emere vel vendere simoniacam rem esse, nullus fidelium ignorat. *Greg. in Registro, hab.* 1. *q.* 1. *presbyter.*

quique sacros ordines vendunt aut emunt, sacerdotes esse desinant. Vnde scriptum est: Anathema danti, anathema accipienti. Hæc est simoniaca hæresis. Quomodo ergo si anathematizati, & sancti non sunt, sanctificare alios possunt? & cum in illo corpore non sint, quomodo Christi corpus tradere vel accipere possunt? qui maledictus, benedicere quomodo potest? *Greg. in Decr. Quicunque.*

Cum omnis auaritia idolorum sit seruitus, quisquis hanc (& maxime in sanctis ecclesiasticis honoribus) vigilanter non præcauet, sed negat factis, videatur. *Ibid. c. Cum omnis.*

Qui ergo sacros ordines tribuit, tunc ab omni munere manus quando in diuinis rebus non solum pecuniam nullam, sed etiam humanam gratiam requirit. *Greg. in tract. Euangelior. lib.* 4. *Sunt nonnulli.*

Veram quum Giezi à sancto susceptisse se credant Elisæo, qui eum sacerdotalem se æstimant pecuniis comparare. *Amb. in suo*

Cum validioribus morbis capite vitiato, reliquum necesse est ex inundatione superioris morbi lethaliter irrigari: ita & hi, qui caput habentur Ecclesiæ, morbo pestifero fraternum vitiant corpus, vt videas in Ecclesia passim, quos non merita sed pecunia ad episcopatus ordinem prouexerunt. *Ibid.*

Nempe hoc est, quod dolco, quod Archiepiscopus carnaliter Episcopum fecit: nam propter pecunias specialiter leprosum ordinauit. Pecunia, inquit, tua tecum sit in perditionem: quia donum Dei Spiritus gratiæ pretio comparasti, & commercium mirabile humanarum exitium peregisti. *Ibid.*

Oculis quidem carnalibus videtur quis Episcopus magnus, & omnibus obtutibus inspicitur leprosus magnus, qui per pecuniam subiit in debitum ordinem, & apud Deum perdidit interiorem hominem, caro suscepit dignitatem, & anima perdidit honestatem. *Ibid.*

Sæpe sinistra principia ad felicem perueniunt exitum: vt Iacob per supplantationem peruenit ad benedictionem: vt fruges, quæ lenta manu seritur, munda tamen metitur. Vt ex adulterino concubitu pulchra soboles nascitur: sic & pecunia, quæ parsimonia acquiritur, felicem exitum habet, quum pauperibus profutura erogatur: sed nihil horum simoniacis patrocinatur. *Hier. in epist.*

Sicut Episcopum non decet manum, quam imponit, vendere, ita scribæ vel Notarius non debet in ordinatione sui vocem vel calamum venundare. *Greg in registro.*

Simonia hæresis contagium iam olim in Balaam pullulauit: qui remunerationis pretio proposito, ad maledicendum populum Dei perductus est. De hinc huius duo leguntur authores emersisse: alter sub Prophetica, alter sub Apostolica doctrina. Primus Giezi magister esse vendentium, deinde Simon videtur emptor. Horum autem sectatores sicut non sunt in errore diuersi: ita nec in damnatione diuisi. *Hugo. l.* 2. *de sacra. par.* 10.

Certe acceptior est apud Deum iustitia, quam præbenda. Ideo cum in vtraque possit Simonia committi, damnabilior tamen est omnis venalitas in exhibitione iustitiæ, quam in venditione decimæ aut præbendæ. *Pet. Rau. in epist.*

Vide Tit. Munus.

Simplicitas.

¶ Definitio et Etymologia.

Simplicitas, Græce ἁπλότης, ητος, ἡ, & ἁπλᾶς, ᾶδος, ὁ, simplex dicitur. Heb. *Pethaiuth.* Vide Etymol. Trilingue Lugdun. in voce simplex, *pag.* 772. Est autem simplicitas virtus, ad quam pertinet directe præseruare se à deceptione. *Secund. B. Th. secund. Secundæ, q.* 3. *art.* 3.

Simplicitas duplex est: quædam enim est contraria discretioni, quæ reprobatur: quædam contraria dolositati, quæ bona est: de qua in Euangelio: Estote simplices sicut columbæ.

¶ Loci Biblici.

Simplicitas laudatur, *Prou.* 28. *v.* 6. 18. simplicitas vera quæ, *Matt.* 10. 16. *Act.* 2. 46. *Rom.* 12. 8. *&* 16. 19. 2. *Cor.* 3. 12. *&* 8. 2. *&* 11. 3 *Phil* 2. 15 *Col.* 3. 22. simplicitas omnibus piis necessaria est, *Matt.* 5. *§.* 8. 37. *&* 6. 4. *&* 10. 16. *&* 12. 33. *Act.* 2. 46. *&* 13. 10. *Rom.* 16. 19. 1. *Cor.* 13. 4. *&* 14. 20. 2. *Cor.* 8. 2. *&* 9. 11. *&* 11. *v.* 3. 15. *Phil.* 2. 15.

Simplex & rectus, *Gen.* 20. 6. *&* 25. 27. *Iob.* 1. *§.* 1. 8. *Matt.* 10. 16. *Act.* 2. 46. *Rom.* 16. 18. *Eph.* 6. 5. *Cor.* 3. 22. simplici corde diligendum, 1. *Pet.* 1. 22. simplices in malo, *Rom.* 16. 19. simplicibus & humilibus reuelat subinde Deus, quod abscondit ris. qui sibi videntur sapientes, *Esa.* 29. *v.* 18. 24. *&* 32. 4. *Eccl.* 9. 15. *Matth.* 11. 25. *Luc.* 2. 9. *&* 5. 8. *&* 10. 21. *Act.* 4. 13. 1. *Cor.* 1. 24. *&* 2. 1. ad simplicitatem hortatur Christus, *Mat.* 10. 16 in simplicitate conuersatus Paulus, 2. *Cor.* 1. 12. in simplicitate tribuendum, *Rom.* 12. 8.

¶ Sententiæ Biblicæ.

Simplicitas in bono perficitur.

Vir erat in terra Hus nomine Iob. Et erat vir ille simplex, & rectus, ac timens Deum, & recedens à malo. *Iob.* 1.

Nunquid considerasti seruum meum Iob, quod non sit ei similis in terra, homo simplex & rectus? *ibid.*

Fortitudo simplicis, via Domini. *Prou.* 10.

Iustitia simplicis diriget vitam eius. 11.

Sentite de domino in bonitate, & in simplicitate cordis quærite illum. *Sap.* 1. (*Matth.* 6.

Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit.

Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. *Ie.*

Sed volo vos sapientes esse in bono, & simplices in malo. *Rom.* 16.

A Domino respicitur.

Deus non proficiet simplicem. *Iob.* 8.

Qui ambulat simpliciter, ambulat confidenter. *Prou.* 10.

Abominabile cor prauum, & voluntas eius in his, qui simpliciter ambulant. 11.

Iustus, qui ambulat in simplicitate sua, beatos post se filios relinquet. 20.

Qui ambula: simpliciter, saluus erit. 28.

¶ Sententiæ Patrvm.

Habere simplicitatem columbæ, ne cuiquã machinetis dolos, & astutiam serpentis, ne aliorũ supplantetis insidiis, quia non multũ distat in vitio, aut decipere, aut decipi posse. *Hier. Ad Rustic.*

Prudentia absque simplicitate malitia est, & simplicitas absque ratione stultitia nominatur. *Hier sup. Oseam.*

Simplex eris, si te mundo non implicaueris, sed explicaueris: explicando enim te à mundo, simplex: implicando, duplex eris. *Aug. hom.* 2. *in Ioan.*

Nihil diuitius viro simplici. Quid enim simplicitate diuitius? quæ sicut bonus paterfamilias satis sibi abundat, & sua puritate contenta, non quærit alienum: nec abrodit, sed de cæteris fingit, nec se in artes varias sæpe commutat, sicut astutia, quæ vt sit cauta, timet omnia, nec suis consiliis credit, versat ipsa suas sententias, simplicitas autem timere nil nouit. *Hier sup. Oseam.*

Vtraq; bene in admonitione conuertit, vt simplicitatem columbæ astutia serpentis instrueret: & rursus serpentis astutiam columbæ simplicitas temperaret. *Greg. in mor.*

Nihil simplici corde felicius: quia ex quo innocentiam erga alios exhibet, nihil est, quod pati ab aliis formidet. Habet enim quasi artem quandam simplicitatem suam: nec suspectus est, pati, quod se fecisse non meminit. At contra mens praua semper in laboribus est: quia autem molitur mala, quæ inferat: aut metuit, ne sibi hæc ab aliis inferantur, *ibid.*

Omnibus nobis in conuersionis initio nulla virtus magis necessaria est, quam simplicitas humilis, & grauitas verecunda. *Bern. in quodam serm.*

De beato Iob dicitur, quod erat vir simplex & rectus Simplex videlicet per innocentiam mansuetudinis, rectus per cautelam discretionis: simplex, quia nullum lædere, immo prodesse desiderabat: rectus quia se à nullo corrumpi permittebat. *Bed. de temp Sal. l.1.*

Simplicitas sine rectitudine dissoluta est, & stulta: rectitudo autem sine simplicitate austera nimirum existit & dura, verum vtraq; virtus coniuncta perfectum reddit hominem. *ibid,*

¶ Sententiæ Philosophicæ.

Simplex perpetuo non facit ad ea, quæ nunquam simplicia sunt. *Plato de regno.*

Simplex primum, ad quod resoluuntur omnia, nunquam caret omni forma propria, per quam res existunt, alioquin non subsisteret, quum esset vacuum formis: sed quum aufertur vna forma, succedit altera: quare recipiendo formam subinde à suo primo motore efficit etiam ipsum. *Arist. Theol. Ægyptia l.4.c.2.*

Simplex bifariam dicitur: vnum quale subiectum primum primordium omnium corporum, susceptiuum formarum, mensionum trium, & quatuor qualitatum, & ex aliquibus non compositum, & ideo est simplex absolute: alterum est simplex comparatu rerum ex eo compositarum, vt elementa. *idem ibid. l.12.c.6.*

Simplex res nulla nobis occurrit, sed omnes mixtæ: nam nec colores à nobis percipiuntur, sed temperatura constans ex subiectis & lumine: nec odores, sed exhalationes ex corpore & aere, nec sapores, sed id, quod conficitur è re gustabili, & humore saliuario. *Phil. de temulentia.*

Simplicitate nihil potest superius cogitari: hæc autem ipsa vnitas: vnitas igitur non solum est primo omnium, sed etiam est ipsa primitas, cuius ratione cætera sunt vbiq; priora: per hanc & ipsum ens prius est sequentibus per vnitatem coniugatam sibi, & ipso superiorem. *Fic. in Plot. En 9. l.9.c.1.*

Simplex natura esse debet supra rei compositæ multitudinem: ab vno numerus, simplici composita omnis conflatur. *idem in Plat conuiuis. orat.6.c.15.*

Simplicitas suprema super æternitatem extat, à qua in diuinis mentibus integra fit æternitas, & in animalibus rationalibus æternitas tempori mixta, & in mundi sphæris sempiternitas temporalis, in his autem, quæ sphærarum motu virtuteque fiunt quædam portio temporis. *Fic. in Plat. Timæ.c.7.*

Simplex quod non est, non est primum, & quod primum non est, non est simplex. *Idem in Plot. En.2.l.9.c.1.*

Simplicia & indiuidua compositis & diuiduis sunt priora. *Idem Theol. Plat. l.1.c.3.*

Simplicia cognoscuntur vel definitione, vel descriptione: non definitione Deus cognoscitur, quia nec genus, nec species, nec differentia est: non descriptione, quia nec affectationes, nec propriæ nec communes sunt. *Iacob. Carpent. in Alcin. c.9.*

Simplicia præcedunt naturam compositorum. *Simpl. in 1. de cælo text.12.col.12.*

Simplices motus sunt simplicium corporum, & quot simpliees motus, tot simplicia corpora. *idem 3. de cælo tex.52.col.47.*

Simplicia aut sunt elementa, aut elementorum retinent officium & rationem: iccirco sua composita præcedunt. *Io. Gr. in 1. prio.*

Simplicis famosior intentio est illa, quæ significat hominem absolutum. *Auer. in 12. Metaph. tex....co.57.*

Simplex omne non est in materia. *idem ibid. tex....co.49.*

Simplex dicitur duobus modis, quod vnum est, quod non est compositum ex multis partibus, tamen est compositum ex materia: & sic dicitur de quatuor corporibus, quod sunt simplicia. Aliud dicitur de eo, quod non est compositum ex materia & forma, quæ mutatur ad formam in potentia: & est corpus cœleste. Et præterea simplex dicitur, cuius definitio totius & partium est eadem, licet compositum sit ex quatuor elementis, *Auer. ex destruct. disput.3.*

Simplex quod est, caret potentia, & quod caret potentia, simplex est. *Auer. in 8. phys. tex.78.*

Simplex vnum non habens aliud & aliud in potentia agendi, vel patiendi, est penitus impassibile: quia potentia, actiua & passiua sunt diuersæ secundum principia. *Alb. Mag. in 9. Metaph. tract.1.c.2*

Simplex in natura nihil est, nisi quod ad esse distinctum est, & determinatum. *idem de prædicab.*

Simplex est id, quod caret parte essentiali, & secundum quantitatem. *in 1. phys. c.13.*

Simplex per decoctionem totum rarius efficitur. *Alb. Magn. in 2. Meteor. tract.3.c.26.*

Simplex per seipsum acceptum magis sentitur, & fortiori motu mouet sensum, quam ipsum idem cum alio commistum: & simplex vocatur, quod est per modum habitus immistum, non autem per modum priuationis: & hoc fit, quia mista se inuicem obscurant, dum miscentur. *idem de sen. & sen.c.3.*

Simplicia aut omnino intelliguntur, aut omnino ignorantur. *D. Tho. 9. Metaph. 11. tex.22.*

Simpliciora quæ sunt notiora naturæ, & priora, cadunt in cognitionem nostram per posterius: & hinc est, quod prima principia, & Deum non diffinimus per posteriora. *in 10. Metaph. l.4.t.9.*

Simplicius quanto magis aliquid est: tanto ex paucioribus constat. *Alex. de All. in 1. Metaph. tex.1.*

¶ Biblica Exempla.

Simplicitatis *exempla*: Abimelech, *Gen.20.v.4.5.* Iacob, *c.29.v.25,28.* Populus, 2, *Sam.15,12.* Dauid, 1, *Reg.9.v.1.* Et Naaman, 2, *Reg 5.23.* Iob, *Iob.1.1.* & *31.v.5.9.* Iudæi, 1. Mach. 3. Daniel, *v.60.* Gedolias, *Ierem.40.v.16.* Nathanael, *Ioan.1.* Fideles, *Act.2.v.46.* Paulus, 2, *Cor.1,12.*

Simulacrum.

¶ Biblici Loci.

Simulacrorum seruitus, auaritia, *Coloss. 3. v.5.* cultus exsecrandus, *Act.15.v.20.*

¶ Sententiæ Poeticæ.

Matth.8.

Qui finxit sacros auro vel marmore vultus,
Non facit ille Deos: qui colit, ille facit.

Stat.2. Theb.

Nulla autem effigies, nulli commissa metallo
Forma Dei, mentes habitare & pectora gaudet.

Ouid.2. Pont.8.

Felices illi, qui non simulacra, sed ipsa
Quique Deum coram corpora vera vident.

Idem 1, Pont.8.

Quos dedit ars, cultus effigiemq; colo.
Sic homines mouere Deos, quos arduus æther
Occulit, & colitur pro Ioue forma Iouis.

Simulatio.

¶ Definitio et Etymologia.

Simulatio, Græce ὑπόκρισις, εως, ἡ, & ὑποκρίνεσθαι, ἤ, ἦναι, dicitur. Hebr. *Choneph*, Esa.32.6, à verbo *Chaneph*, Ou velatus fuit, nubilus & obscurus fuit, simulatione et crita, nebulo, malitiam cordis sui obnubit, præse ferens probitatis. *Chanuphah* etiam simulatio dicitur, Ierem. dem verbo. Hinc νέφος nubes, νεφέλη, nebula: & Lat. nubo Nam vt cœli facies obnubilata nobis alia apparet: ita simu rios vultus induit. Est autem simulatio propriè mendacium gnis factorum exteriorum, ideo semper est peccatum. Sed mitur pro fictione, *secund. B. Tho secund. Sec q.111. art.1.*

Simulo & dissimulo ita differunt; Simulamus enim cum non sunt: Dissimilamus ea non esse, quæ sunt. A simulo hoc est, odium, quod qui simulatores exercent, interd loquuntur: vel dicitur à contrario, quia minime sunt, simulto verbum, hoc est, simultatem exerceo, & odium fit etiam simulacrum, quod sit ficta imago alicuius.

¶ Loci Biblici.

Simulat Dauid insaniam. 1 *Sam.21.13.*

Simulatio & hypocrisis cauenda, *Dccl.1.36. Iob.13.34. &* 9,6.2. *Mac.6.24. Matth.23.1.* & c. abesse debet à Christian

¶ Apophthegmata.

Charondas. Inter leges, quas tulit Catanensibus, hæc scitu digna: Vnusquisque ciuium se temperantem pientem videri studeat. Nam simulare sapientiam periti & vilis animi signum. Temperantiæ autem esse vera, neque vllus egregia facta simulet, qui reipsa actionum bonarum nihil habeat. *Stob. serm 14.*

Diogenes, cum in conuiuio placentam ederet, dicer tum quispiam: Quid comedis Diogenes? Suspicans, Cy losophum nescire, quid esset placenta. Panem, inquit, Dissimulans se scire, quid esset aliis placenta. *Laert. l.6.2.*

Polydorus. Quum in Messenensium regionem Polydorus, roganti cuipiam; Num aduersus fratres tui? Non, inquit, sed in eam agrorum partem proficisc nondum sorti to diuisa est. Eluit percontatorem, dissimu lum suum. *Plut. in Lacon. apoph.*

Demosthenes. Postquam Demosthenes metu Antipatri set in Calauriam insulam, seque in Neptuni templo Archias ex tragœdiarum histrione potens, illi blandis persuadere conaretur, vt se se in Antipatri fidem commo modo nihil passurum mali, verum etiam amplissimis honorandum: In scena, inquit, mihi nunquam placuisti que nunc persuadebis orator. At vbi commotus Archias tur, se detractarum illum è templo: Tandem, inquit, cedonica aperuisti, nam prius histrionum more simulabas. *Demosth.*

Metellus. cum Scipioni viuenti fuisset inimicus, mortem illius grauiter tulit, fuissique filiis, vt subeuntes pheretrum

efferent: addens, se Romanæ ciuitatis nomine gratiam
dis, quod Scipio apud alios non esset natus. Sentiens, Ro-
non futurum fuisse incolumem, si talem ducem habuissent
Simulatem oportet morte finire, amicitiam non item. *Plu.*
apoph.

. Cotta Censore, qui vini auidissimus habebatur, quum Ci-
ssilanum petens sitiisset, bibisseteq; septus vndiq; amicis: Re-
nemetis, ne Censorem habeam infensum, quod aquam
Simulauit Cicero se credere, ob id circumstare frequentes a-
ne Censor videret illum bibentem aquam: Simile enim simi-
um. *Eras. li. 4. apoph.*

Æsar, dum causam ageret, & is, qui diuersam agebat
sibinile repeteret, Celsinam hoc dicere: cum probe nouis-
minam præpotentem, simulans se credere Celsinam virum
gnat, quis esset ille Celsina? Obiter notans ineptiam illorum,
rum authoritatis opum gratia tribuerent fœminæ, vt illius
ties citarent pro testimonis. *Erasmus libro 6. apoph.*

Cæsar, cum testis ad exaggerandam iniuriam diceret, fœ-
ra ferro petita. Quid enim faceret, inquit, quum tu ga-
loricam haberes? Non ignorabat, cur illam partem potissi-
vulnerare voluisset: sed hoc dissimulato, iocari maluit. Galea
omnia tegunt, præter fœmora. *Erasmus Roterod. lib. 4. a-*

nymus. Tiberio Cæsari contanter & ægre suscipienti delatum
rum quidam in os ausus est dicere: Cæteri quod pollicentur,
præstant: tu quod præstas, tarde polliceris. Notata est illius si-
contatio, detrectantis quod cupiebat. *Erasmus libr. 6. a-*

ercus Imp. posteaquam Senatores omnes in curiam vocas-
uit, vt, antequam ingrederentur, duas res deponerent, & tum
olle vt iudicio neminem fallerent. Percontatus autem, quæ
illæ essent? Simulatio & dissimulatio, respondit. Nam quæ
qua homines decipiuntur magis, quam si aliud cogites, ali-
Æn. Syl. de dictis Frider. Imp.

lius Imp. dixisse memoratur ignarum esse regnandi, qui simu
dicere. Innuit autem, præcipuam principum virtutem esse cle-
am, quæ docet, simulanda interdum esse ea, quæ non magni
menti, commodi maioris gratia. *Æn. Syl. lib. comment. in*
lium Alphonsi.

nanus. Is Hispanorum rex mire fuit probus, & in moribus sim
ideam rem cum irrisui aulicis esset, & dicteriis identidem pe-
ad extremum exarsit, & vndecim viros nobiles ad se vocatos
ertere, gladio peti iussit, addito dicto: Nescit vulpecula cum
dem. Respsa sellicet ostendit, periculosum valde leonem velli-
Sylvius Hispan.

¶ Similitvdo.

Adrianus. Vt vitrum, quia pellucidum, nihil celat: Ita quidam nihil
nihil dissimulare norunt: quicquid in animo est, id protinus
palam est. *in simil.*

¶ Adagia.

n de fabam. ὀλίγα περὶ κυάμου.

adiendum proposuerunt Diogenian admonet dici solitum de
fingerent se scire quippiam, quod nescirent.

Thyrsigeri, pauci Bacchi. πολλοὶ τοι ναρθηκοφόροι, πεῦροι δὲ
.

gnificatum est, compluribus mortalium adesse virtutis insi-
am etiam famam, qui tamen vera virtute vacent.

Nicht alle gute Landsknecht / die lange Spieß tragen.
Nicht alle Mönch tragen Kutten.

Multi quidem boues stimulant, pauci aratores. πολλοὶ βεκέντας, παῦ-
ροι δ' ἀρότρας.

Multi præ se ferunt, quod non sunt.

Non omnes qui habent citharam sunt citharœdi. Varro.

Quod adscribendum videtur, quod lepide scripsit Seneca: Quen-
dam malle, quam facies. Faciem vocat, vbi quis talis vi-
qualis est: personam quum præ se ferat aliquis, quod non est.

Nicht alle Mönch / die lange Messer tragen.

Cumas apud Cumanos. ὄνος παρὰ Κυμαίοις.

Deprehenditur in eos qui cum sint ineptissimi, ridiculissimi, tamen apud igno-
rantiæ habentur in pretio. Aut in eos, quibus bonos aliquis
meritum additus a fortuna rumorem & insolentiam, ita vt
ridiculus fiat. Demosthenes. Τὸ γὰρ εὖ πεφυκέναι παρὰ τὴν ἀξίαν, ἐ-
πεται πολὺς φρόνημα τοῖς ἀνοήτοις γίνεται· id est, Felicitas enim &
rum successus, qui contigerit immerenti, stultis vesanæ causam
solet.

Nec ad nouercæ tumulum. μηδὲ τὶς μητρυιῆς τάφον δακρύσῃ.

Ad simulare gestu dolorem quum rogaudeas.

Lacrymæ. Μυρίων δάκρυα.

Videbantur vel ficta nec ex vero dolore profecta, vel adacta.

Asini Leucon, alia asinus illius portat.

Refertur apud quosdam ad hunc modum: Ἄλλα μὲν Λεύκων, ἄλλα
δὲ ὄνος· id est. Alia Leucon, alia Leuconis asinus portat. In eos di-
citur, quorum oratio dissentiret a factis.

Nudus decalbatus. τοῖς κεκονιμένοις.

Paulus Apostol in Actis, Ananiam sacerdotem fictum & fucatum
parietem dealbatum appellat. Christus sanctimonia simulatores, Se-
pulchra dealbata vocat.

Non omnibus dormio.

Non omnibus dormire dicuntur, qui non omnibus inseruiunt, nec
per omnia gerunt morem. Ich bin nicht einem jeden gewachsen.

Effertur etiam, Non omnibus seruio. Ich bin nicht aller Neitigen Knecht.

Lepus dormiens. λαγὼς κοιμώμενος.

Quadrabit in eum, qui non facit, id facere sese adsimulat, aut
quod facit, se facere dissimulat. Er schläfft den Nasen schlaff.

Mortuus iacet pedens. νεκρὸς κέστρου βδίων.

Dici solitum, si quando pauper dissimularet opulentiam.

Crocodyli lachrymæ. Κροκοδείλου δάκρυα.

De eis, qui sese simulat grauiter angi incommodo cuiuspiam, cui
perniciem attulerint ipsi.

Benevolus trucidator. εὔνους σφάκτης.

Conuenit in hos, qui quum summam adferant perniciem, tamen
benevolentiæ speciem admiscent.

Confine est illud, quod alibi recensuimus: Intempestiua benevolen-
tia nihil a simultate differt.

Extra quærere sese. ἐξω βλέπειν.

Persius Satyra 1.

Examenq; improbum in illa
Castiges trutina, nec te quæsieris extra.

Hoc est, Tuis te facultatibus metiaris, non populari opinione.
Tecum habita.

Æsopicus graculus. Αἰσώπειος κολοιός.

Dicitur, qui aliena sibi vsurpat, aliorũq; bonis se vindicat. Hor.
Moueat cornicula risum,
Furtiuis nudata coloribus.

Aurum subæratum. ὑπόχαλκον χρυσίον.

Dicitur homo nequaquam syncerus, sed aliud præ se ferens, aliud
intus occultans.

Diu dissimulatum aperientis.

Iu eum, qui quod dissimulauit, tandem irritatus eloquitur, non
inconcinne detorquebitur illud Homeri:

Ἀλλ' ἤτοι ὃς ὅπατα μεγάλην ἐκπήδησεν ἕρκος ὀδόντων.
Aſt vbi iam promit prægrandem è pectore vocem.

Scytha accisans Asinum. Ἀκκιζόμενος Σκύθης τὸν ὄνον.

Aduersum eos, qui verbis auersantur, quod re cupiunt.

Mons cum monte miscetur. ὄρος ὄρει μὴ νυτᾳ.

In pariter elatos, inter quos nunquam conuenit. Zwen harte Stein malen selten rein.

Accisare. ἀκκίζειν.

Scribunt, Accomulierem fuisse quampiam nota stultitia, quæ solita
fuit ad speculum cum imagine sua, perinde atq; cum alia muliere
ta sit ad speculum cum imagine sua. perinde atq; cum alia mulier
confabulari: vt hinc vulgo, quæ stultius aut ineptius aliquid dice-
rent, accisare dicerentur.

Hæsitantia cantoris tussit. ἀπορία ψάλτου βήξ.

Dictum videtur, quoties non suppetit, quod dicamus, sed velut a-
liud agentes dissimulamus.

Tussis pro crepitu. βὴξ ἀντὶ πορδῆς.

Dicis solitum, quoties aliquis perplexis aliud pro alio simulat.

Cretensis mare. ὁ Κρὴς τὴν θάλασσαν. *Strabo.*

Subaudiendum, nescit, aut metuit. In eos, qui nescire fingerent,
quod egregie callerent.

Connivere. συμβλωπτεῖν.

Prouerbiali metaphora connivere dicuntur, qui prudentes cul-
pam quam intelligentia tamen ac studio dissimulant.

Simia fucata. πίθηκος ἀνάπλαστος Ψιμυθίῳ.

De deformi anu fucata tamen, & meretricio cultu lenocinio. Pe-
tes & ad rem accommodari, veluti si quis turpem causam orationis
phaleris adornet, vt honesta videatur.

Simia barbata seu caudata.

Dici solitum de ridiculis.

Silent Alcibiadis. Σιληνοὶ Ἀλκιβιάδου.

Quo licebit vti, vel de re, quæ in speciem, & prima (quod aiunt)
fronte vilis ac ridicula videatur, tamen intrinsecus ac propius contem-
planti sit admirabilis.

Esurienti vulpi somnus obrepit. πεινῶντι ἀλώπεκι ὕπνος ἐπέρχε-
ται. Diogen.

Vbi quis inopia cibi dormit. Neque perperam dicetur & in illos,
qui dissimulant, conuenientque ad quædam, vt per occasionem ali-
quid commodi ferant.

Audiens non audit.

Sunt quidam, qui, si quid parum placet, id scire dissimulant.

Idem dissimulans audiisse

Illo respiciens, sed hic remitte bona. ἐκεῖ βλέπουσα, δεῦρο δὲ μὴ τὰ ἀγαθὰ. *Aristoph.*

Conueniet quum aliud præ nobis ferimus, aliud facimus: aut
quum aliis verbis adblandimur, in alios re beneficium conferimus.

Einer ists Wort / der ander der Korb.

Patrocli occasio. Πατροκλέους πρόφασις.

Diogen. ostendit, dici solere de iis, qui cum ob metum non ausint
proprium

ἰδιοπραγίας deplorare calamitates, deflent eas sub prætextu luctus alieni.

Mellitus gladius.

In perniciosam adulationem dici solitum. Ein Angel legen, Ein verdeckt essen, Ein Wolffsgrub machen, Ein Judas kuß geben.

Altera manu fert lapidem, altera panem ostentat. *Plaut.*

Torquebitur in eos, qui coram blandiuntur, clam obtrectantes: palam amicos agunt, clanculum nocent: aut qui hic prosunt, illic laedunt. Simile huic est: altera manus scabit caput, altera malam ferit. Es seind böse Katzen, die vornen lecken vnd hinden kratzen.

Charadrion imitans. Χαραδριὸν μιμούμενος. *Greg. Theolog.*

Dici solitum de dissimulante, ac rem vtilem occultante.

De rediuia queritur maiori obnoxius malo. ὡς ἐτὶς ωαῳωνχίας μεμφόμενος ὁ ὑῶ μείζονι κοχλος κακῷ.

Vbi quis praua pudore, leuissimis malis, quærit remedium, dissimulans maiora.

Simia in purpura. πίθηκος ἐν πορφύρᾳ.

Lepide transfertur in eos, qui barba pallioq; simulant sanctimoniam.

Postico discedere. τῇ κηπαίᾳ ἀποχωρεῖν.

Dicitur, qui furtim abit, alios sese subducens. In hos congruet quos pudet ωαλιυῳδεῖν, sed dissimulanter transferunt in alienam sententiam. Vnder der Thür vrlaub nehmen.

Barbatenus sapientes.

Sic appellantur Philosophi & Sophistæ, ἐκ ωώγωνος σοφοὶ, id est, Barbatenus sapientes. Recte torquebitur in hos, qui vniuersam vitæ sanctimoniam non in animo, nec in moribus, sed in cultu constituunt.

¶ Profana Exempla.

M. Tullius Tusculanarum quæstionum quinto, scribit Epicurum tantummodo personam induisse Philosophi. *Eras. in Adagiis.*

Vlysses, ne ad Troianum bellum iret, boue & asina iunctis terram proscindere, & sal serere cœpit, sed astum eius Palamedes detexit. *Cic. 3. Offic.*

Meton Athenienſis Astronomus, cum infelicem euentum Siculæ expeditionis præuideret, mente se captum finxit, & domum incendit, itaq; insanus iudicatus, libero dimissus est. *Ælian. li. 13.*

L. Iun. Brutus, simulata mentis imprudentia, Tarquiniorum insidias euitauit. *Liuius.*

Ramirus ex monacho quintus Arragoniæ Rex rumorem diuulgauit, se campanam tam magnam conflaturum, cuius sonus per totam Hispaniam audiretur. Excitos ea fama proceres, à quibus imperitiæ nomine contemnebatur, comprehendit & interfecit. *Marianus li. 8.*

Romanus scurra Cabba (siue Calba) inuitabit ad cœnam Mecœnatem. Indeeum & vxorem suam cernens inter se annictantes leni capitis inclinatione dormire simulauit. Interea cum quidam ex seruis foris arriperet ad, mensam, ac vinum interciperet: suspiciens, neſcis infelix, inquit, soli me dormire Mecœnati? *Plut. ſerm. amatorio.*

Dionysius Syracusiorum tyrannus hospiti cuidam bono dedit talentum, prætextu, quod ab eo audisset insidiatorum quorundam indicia. Eo rumore absterriti fuere insidiatores, ne conceptam iam coniurationem perficerent. *Plut. in regum apoph.*

Vide Hypochrysis.

Simultas.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

Simultas, vt Festus scribit, odium est. Dicta ex contrario, quia minime sunt simul, qui se inuicem oderunt: & quia simulata loquuntur: potest & à Simulatione dicta videri. *Ioan. Tisin, comment. in orat. pro M. Cœl.* Gr. ἔχθρα, Hebr. *Ebah*, inimicitia tum tecta, tum aperta. *Gen. 3. 16.* A verbo *Arabh*, inimicatus est, inimicitias exercuit, infestauit.

¶ Apophthegmata.

Chilonis dicterium est: Sic ama, tanquam osurus: sic oderis, tanquam amaturus. Hoc dicto admonuit, nec simultates tam acriter exercendas, vt præeludatur omnis in gratiam reditus: nec amicis adeo fidendum, vt illis committas, quod si fiant inimici, possint te perdere. *Gell.*

Aristides è concione quadam, in qua frustra Themistocli obstiterat, discedens, clara voce testatus est, res Athenienſium incolumes esse non posse, nisi & ipsum & Themistoclem in barathrum coniicerent: prius habens, morte affici, quam ob duorum simultatem minus recte consuli publicis commodis. *Plut. in Aristide.*

Cratades. Lysandro defuncto, quum de societate belli nata esset controuersia, Agesilaus adit Lysandri domum, inquisiturus super hac re literas, quas Lysander apud se detinuerat. Reperit autem præterea librum Lysandro conscriptum de nouando Reipub. statu, quod oporteret regnum ab Eurytionidis & Agidæ abiatum his tantum familiis fas erat creare Reges) in communem Regem eligi ex optimis: quo videlicet hoc honoris decretum his, qui genus duxissent ab Hercule, sed iis, qui tales essent, qualis fuisset Hercules: quandoquidem virtute, non generis mendatione, & ille ad diuinos honores subuectus est. Hunc nem Agesilaus nitebatur apud ciues euulgare, cupiens per stendere, qualis ciuis clanculum fuisset Lysander, non fi nia eorum, qui Lysandro fauerant. Sed ferunt, Cratidem inter Ephoros primas tenebat, veritum, ne lecta oratio reuocasse ab eo consilio Agesilaum, ac dixisse: non solum refodiendum Lysandrum, sed ipsum potius orationem fodiendam, quod callide, & ad persuadendum accommo posita videretur. Hoc factum declarat Lysandri peruersa nem, qui nihil intentatum reliquerit ad regnum adipiscen idem arguit Agesilai moderationem, qui priuatum posthabuit vtilitati Reipublicæ. *Plut. in Lac.*

Bibulus, quum Pompeio esset inimicus, prius tamen rogationem tulit, vt vnicus consul Pompeius decerneret nim (inquit) Reipublica ab imminente procella per illum tur, aut optimo parcendum erit. Egregius animus, qui pri multatem posthabuit Reipubl. commodis. *Eras. Ror. l. 6.*

¶ Similitudines.

Plut. Sicut is, qui Prometheum Thessalum cogitabun casu tuber ita percussit ac dissecuit, vt seruaret hominem bere periculo liberaret: Ita non raro fit, vt conuitium tem & odium impactum medeatur animi morbo, vel gra negl ecto. *De vtilitate capienda ab inimicis.*

Vt inueterata consuetudo, etiamsi lædat, tamen haud pellitur: Ita simultas inuidiam, zelotypia mali memoria mo relinquit. *In Moral.*

Vide Odium, Inimicitia.

Sitis.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG

Sitis, Græce δίψα, ης, ἡ, & δίψος, sitio dicitur. Hebr. *Tzmeah, Tzimman*, à verbo *Tzamah*, sitiuit, quod cognationem habet cum *Matzar*, & *Mitzah*, emulsit liquorem ad siccitas, vel locus aridus dicitur sitire. Hinc μάω, ἀφυσῶ exhaurio. Est autem sitis appetitus frigidi & humidi. *de Anima.* Ponitur etiam pro nimia auiditate cuiuscunq; famæ sitis est, quam virtutis. Hinc dicitur sitio verbum. sus, qui semper sitit: & sitibundus, hoc est, sitiens: & hauriendam aquam, quod aquam sitiat.

¶ Biblici Loci.

Sitiens Christus poratur aceto, *Ioan. 19. 9. 20.* sitienti Dabo adfertur, *2. Sam. 17. v. 27*, sitientes vitam æternam, *Ioan. 7. 37.*

Sitis inobedientibus. *Deut. 28. 9. 48.*

¶ Sententiae Poeticae.

Ouid. 6. Met.

Haustus aquæ mihi nectar erit, sitamq; fatebor
Accepisse simul vitam dederitis in vnda.

Ibidem.

Non ego nostros
Abluere hic artus, lassataq; membra parabam,
Sed releuare sitim: caret os humore loquenti,
Et fauces arent, vixque est via vocis in illis.

¶ Sententiae Philosophicae.

Sitim ex calescente corpore nasci certum est. *Arist. prob. num. 30.*

Sitiunt, qui timent, quia eos pulso sanguine siccitas tan *num. 3.*

Sitim cur minus quam famem tolerare possumus est magis anxia, vel quia calor, quo viuimus, humidum sic siccum desiderat: vel quia sitis est libido potionis & cib us tantum: vel quia siti magis contristamur, quam fame *sect. 28. num. 5.*

Sitiunt vehementer hi, quorum venter inferiorem exercet, quoniam humoribus deorsum collapsis stomach tur: sitis enim non nisi per siccitatem orti solet. *Alexan. probl. 2 num. 100.*

Sitis magis agit quam fames. *D. Tho. in 2. de cœl. 12. text.*

Sitis est appetitus humidi naturalis. *Per. de Aluer. senect. vit. & mort. resp lib. 5.*

Sitis calidi potus, aut frigidi, aut multi, aut pauci est summa qualis cuiusdam potionis. *Plat. de Repub dial. 4.*

Siti si caliditas quædam adfuerit, frigidi cupiditatem duxerit, si vero frigiditas calidi, si ob multitudinis præ ta sitis fuerit, multi cupiditatem inducet: si vero pauca, *ibid.*

ntemplatoris cuiusdam cupiditas in anima. *ibid.*
quam est alterius cupiditas, quam eius, cuius à natura
ceras, & ipsum esurire cibi. *Plato de Rep. dial. 4.*
est nec multi, nec pauci, nec boni, nec mali. neque in
alis cuiusdam est, sed ipsius potus solum natura sitis est.

anima in quantum sitit, non aliud quid vult quam bi-
appetit, & ad hoc festinat. *ibid.*
rnalis liquorem appetit, priusquam sensu sentire non a-
sed postquam agnouimus, tu. sus appetimus. appetitus,
sequitur, imaginarius est, & à subitantia nostra remo-
dicta vero subsistantiæ intimus: ideo quum liquorem gu-
mur non sequentis propriæ, sed antecedentis; appetitus
lectimur, & in subsistantiam nostram perfecte transferi-
Plat. Theol. l. 12. c. 3.

¶ Exempla Biblica.

mpla: Agar & eius filius. *Gen. 21. v. 14. 15.* Israelitæ, *Exod.*
nem. 9. v. 20. Num. 20. v. 2. Sisara. *Iud. 15. v. 18.* Exercitus
elis & Iuda, & Edom. *2. Reg 3. v. 9.* Bethuliani, *Iudith 7.*
el. Esa. 5. v. 13. lactantes parituri, *Thren. 4. v. 4.* Christus
Ioan. 19. v. 28. Apostoli, *1. Corinth. 4. v. 11.* Paulus, *2. Corinth. 11.*

Sequentem tit. de Sobrietate.

Sobrietas.

¶ Definitio et Etymolog.

as, Græce σωφροσύνη, ης, & σώφρων, ονος, ο, sobrius dicitur.
as proprie est circa potum inebriantium: large vero est
nem materiam *sec. B. Tho. secund. Secund. q. 143. c. princ.*
est, qui in cibo & potu temperans est, quam sine edictæ
itis nomine etiam temperantia significatur.

¶ Biblici Loci.

as commendatur *Luc. 21. 34. Rom. 13. 14. 1. Thess. 5. 6. 1. Tim.*
3. Tit. 1. 8 & 2. v. 2. 3. 5. 12. Sobrietas animi commendatur,
Cor. 5. 13. 1. Thess. 5. v. 6. 8. 1. Pet. 1. 13 & 4. 9. & 5. 8. ad sobrie-
endum, *Rom. 12. 3.* Sobrius, temperans, qui suis affectibus
am ebrio; peciatim, tum intemperanti generatim oppoti-
1. Thess. 5. 6. 1. Tim. 3. 2. 11. Tit. 1. 8 & 2. 2. 5. 6. 1. Petr. 4. 13 &

¶ Patrvm Sententiae.

sestimentis & sensus, membrorum omnium, corporisq;
antia pudicitiæque munimentum, pudori proxima ami-
; serua honestatis; semper coniuncta, crimunumq; & vi-
mum profugia. *August.*
s est recti iudicii tenax, memoriæ recordationisq; in-
pientia, secretorum custos, arcani velamen lectionum &
pax, ludiorum & artium bonarum disciplina, pariter &
genorum, & sapientiorum pedissequa, bonæ famæ lem-
, salubria atq; vtilia creans, virtutis singulare auxilium,
ratione dispones, in congregatione honestorum mi-
rens. *ibid.*
stemeritatem fugit, pericula cuncta declinat, mutuis
mperat superbiam detestatur, domum familiamq; cum
ne gubernat, fidem sibi committentibus seruat. *Idem.*
ta perfectantia inæstimabilis est animi fortitudo, om-
tutes, & omnes laudum tituli concupiscunt: quia sine ea,
ut placere non possunt. *Idem.*
is omnium virtutum mater est, sic è contrario ebrietas
triorum origo. *Orig. hom. 87.*
is felix, salutaris, quæ quanto copiosius sumitur,
a sobrietatem mentibus donare dignatur. *Cassiod. super*

naturæ satis est, replere indigentiam velis, nihil est, quod
luentiam petas, paucis minimiq; natura contenta est,
atem si superfluis velis vrgere, aut inutile, aut iucundum, quod in-
aut noxium. *Bern. de conf.*

¶ Sententiae Poeticae.

Horat. 2. serm. 2.

repere nunc victus tenuis quæ, quantaque secum
ferat: in primis valeas bene: nam variare
nocentes homini, credas memor illius esca,
ue simplex olim tibi sederit.

Ibid.

Vides vt pallidus omnis
una defurgat, dubia? quin corpus onustum
hesternis vitiis animum quoque prægrauat una,
atque affigit humo diuinæ particulam auræ.
Ille, vbi dicto citius curata sopori
membra dedit, vegetus præscripta ad munita surgit.

Lucan, lib. 4.

Viscite quam paruo liceat producere vitam.
Et quantum natura petat: non erigit ægros
Nobilis ignoto diffusus Consule Bacchus,
Non auro murrhaque bibunt, sed gurgite puro
Vita redit: satis est populis fluuiisque Cereque.

¶ Sententiae Philosophicae

Hanc sanam ac salubrem formam vitæ tenete, vt corpori tantum indulgeatis, quantum bonæ valetudini satis est, cibus famem sedet, potio sitim extinguat, vestis frigus arceat, domus munimentum sit aduersus infesta corporis, hanc vtrum cespeserexit, an vanus lapis gentis alienæ, nihil interest. Scitote tam bene hominem culmo quã auro tegi, Cogitate nihil præter animum esse mirabile, cui magno nihil magnum est. *Senec. epist. 5.*

Sine fastidio implendus est venter. Quid enim ad rem pertinet quid accipiat, perditurus quicquid acceperit? *Epist. 21.*

Sobrietas virtus est appetentis, per quam prauæ voluptates non appetuntur quidem. *Aristot. de virtut. & vit. diuis.*

Sobrietas est affectus moderationis contra incentiua crapulæ, & diluuium ebrietatis. *Cic. de Offic.*

Sobrietas & animabus vtilissima est ac etiam corporibus. *Philo de verbis. Respuit Noe.*

Sobrietas est cibi & vini optima moderatrix, qua qui caret, omnes aliæ virtutes obscurantur. *Fran. Patr. d. reg. l. 6. c. 26.*

Sobrietas continentia est Dei cultus. *August. Stench. de prec. philo. l. 10. c. 79.*

¶ Apophthegmata.

Musonius. Delicatulos picam exp rtis mulieribus non dissimiles esse aiebat. Nam & ipsi, inquit, velut illæ familiarissimos cibos fastidiunt, ore ventriculi corrupto. Itaq; vt ferrum inutile aciei nouæ fieri per eget, similiter & illorum stomachi inter edendum acui nunquã non postulant, siue mero, siue acetо, siue acerbo aliquo condimento *lib. de alimen. apud Stob.*

Anonymus. Lacon quidam conspiciens quendam pretiosam auiculam sibi appositam præ fastidio renuere: at mihi, dixit, etiam vultur & hircus lapiunt. *Stob. serm. 13.*

Zeno Citticus ne per morbum quidem cibo magis delicioso vti voluit. Igitur medico columbinum pullum consulente, ipse consilii impatiens, non secus quam mancipium nomine Manem, si ægrotaret, curari se iussit. Si enim, inquit, abiq; sumptuosis alimentis? recuperare sanitatem seruus potest, quid idem mihi futurum prohibet? *Laert.*

Archidamus. Quodam Archidamo pollicente vinum suaue: Quorsum, inquit opus? quandoquidem & plus absumetur: & quæ fortes decent viros, ea reddet inutiliora. O vere malculum animum & omnium deliciarum contemptorem. *Plut. in Lac.*

Demades prandens apud Phocionem, cum apparatum admodum tenuem videret: Demitor, inquit, ô Phocion, te Rempubl. administrare, cum possis ad istum prandere modum. Bis errans, & quod lucri tantum causa putaret adeundam Rempubl. & quod sucum probaret in eo, cui maxime conueniebat sobrietas. Sed Demades alios è suis moribus æstimabat: Erat enim & pecuniarum auidus, & luxui deditus. *Eras. l. 6. apoph.*

Leotychidas, percontanti cuidam, quamobrem Spartiatæ parcissime biberent? Ne, inquit, Leotychidas, pro nobis alii, sed nos potius pro aliis consultemus. Salutissime notans, vinolos non esse ad consultandum idoneos, at salubrium consiltorum parens est sobrietas. *Plut.*

Cyrus maior, cum ad hospitem diuertisset, rogareturq; quid sibi cœnæ vellet apponi? respondit: Panem tantum, & iperare se prope fluentem riuulum cœnaturum. Hic suos etiam monere solebat, vt aquam bibere consuescerent, & fierent Hydropotæ, quod vinum omnibus bonis rebus inimicaretur. *Xenoph.*

Romulus legitur vini fuisse parcissimus. Is ad cœnam vocatus, quum ibi minimum bibisset, eo quod postridie negotium haberet, dicunt illi similiares: Si ad istum modum bibant omnes homines, vinum esse vilius, ille respondit: imo vero carius si quantum, quisq; volet, bibat, nam ego bibi, quantum volui. *Eras. li. 6 apoph.*

Epaminondas. Legati venerunt à Persarum Rege, ferentes aurũ animo corrumpendi, munerib. Epaminondam. Inuitati sunt igitur ad prandium ab ipso: intelligebat enim, qua gratia appulissent. Iussit vero à prandio, vt causam aduentus explicarent. Appolita est mensa vilis, bibebant vilum acidum, neq; habebant quod ad hæc dicerent. Tum ille subridens: Abite, inquit, & domino vestro nicam prandia narrate, vt intelligat, iis me contentum non facile ad proditionem allici posse. *Æmil. Probus. Stob. ser 5. Idem de Xenocrate. Alexandri Macedonis quinquagima ami talenta recusante recipere.*

Fusceunius Niger, militib. vinum ab eo petentibus: Nulum habetis, inquit, & vinum quæritis? Docuit autem, vinplentiam militib. cauendam fugiendam esse, qui tum demum ad res gerendas prompti sunt, quum ratio mero non pertertitur. *Brus. Spart.*

Idem, Romanis à Saracenis victis, dicentibus q; Vinum non accepimus, pugnare non possumus: idem inquit: Erubescite, nam qui nos vincunt, nil aliud quam aquam bibunt. *Spart.*

Fridericus Imp. studiosissimus temperantiæ ac sobrietatis cultor fuisse dicitur. Is quum audisset, Leonoram vxorem (quæ paterna

terna in domo nunquam vinum gustauerat) facile filios pariturum, si in Germania, tam frigida regione, vinum biberet: dixisse fertur, malle se sterilem vxore m habere quam vinosam. Non ignorauit autem Imperator fortissimus, quam multa vinolentiam mala comitentur: & tum præsertim, quum fœmineum genus nimio vino obruitur. *Æn. Sylu. lib. 2. comment. de reb. gest. Alphons.*

Alphonsus, cum interrogaretur, cur vini expers viueret, aut vino dilutissimo contentus sitim exploret, contra omnium Regum & aulicorum morem? respondit; Vino sapientiam obscurari, ideoq; non decere regem, vt hoc immodica comparatione in animo extinguat, sine quo imperatoris ac regis nomen rite tueri non possit. *Panor. l. 2. de reb gest. Alphonsi.*

Idem, interrogatus, quid sibi vellet, quod vinum aqua dilueret? Ne ebrius fiam, respondit: non enim ignoro, quantum vini intemperantia Alexandri Macedonum Regis gloriæ obfuerit. *Panorm. li. 2. de dictis & factis Alphonsi Regis.*

Idem, ab amico etiam percontatus, Cur adeo ebrietatis vitium damnaret? Ideo, inquit, quia furorem & libidinem ebrietatis filios esse haud ignoro. *Panor. li. 2.*

¶ Biblica Exempla.

Sobrietatis & abstinentiæ *exempla*: Moyses, *Exod* 24. ℣. 18. vxor Manoah. *Iud.* 3. 4. Israelitæ. 20. ℣. 26. 1. *Sam.* 4. ℣. 10 & 7. *v.* 6. & 14. *v.* 26. *Nehem.* 9. ℣. 1. *Dan.* 1. *v.* 8 & 9. *v.* 3. Dauid, 2. *Sam.* 23 *v.* 17. Achab, 1. *Reg.* 21. *v* 27. Rechabitæ, *Iere* 35. *v.* 6. 14. Ezechiel, *Ezech.* 4. *v.* 9. Daniel, *Dan.* 1. *v.* 8 & ℣. ℣. 3 & 10. ℣. 3. Eldras, 1. *Eldr.* 8. *v* 21. Nehemias, *Nehem.* 1. ℣. 4. Iosaphat, 2. *Paral.* 20. ℣. 3. Iechonias & populus, *Baruch*, 1. *v.* 5. Ioannes Baptista, *Matth.* 3. *v.* 4. ℣. 11 & 18 Anna Prophetissa, *Luc.* 2. *v.* 27. Apostoli, *Luc.* 16 & 7 *v.* 24. & 42. *Ioan* 21 ℣. 13. Iesus Christus. *Matth.* 4 *v.* 2 *Luc.* 4. *v.* 2. Paulus & Barnabas, *Act.* 14. ℣. 23.

¶ Hieroglyphica.

Virum perpetuo sitientem per *Orygis animalis* effigiem significabant veteres: quin & remedia sitientibus ex eo comparabant liquore quodam in eius corpore faustus saluberrimi reperto. *Pier, Valer. li. 10. pag 90. F.*

Neq; desunt, qui *Amethystum* pro *Sobrietate* poni dicant: quod eiusmodi lapidem contra ebrietatem stare compertum est. Non enim vino tentari potest, qui eum gestat: in quo præter nomen: quod eius est significationis, nihil certi habeo: pleriſq; tamen qualecunq; sit commentum, placet. *Idem li. 42 pag. 404. E.*

Vide Ebrietas, Temperantia.

Societas.

¶ Definitio. et Etymol.

Societas, Græce ἑταιρία, ας, ἡ, & ἑταῖρος, ου, ὁ, socius dicitur. Societas Hebr. *Cheber. Chebrah.* & *Chabbereth*, à verbo *Chibbar*, consociatus est, in 2. coniug. in 1. *Chabbar*, proprie dicitur de consociatione parium, quæ sunt eiusdem speciei & conditionis, vt quando milites militibus coniunguntur, aut cortinæ cortinis copulantur. Est autem societas duorum pluriumve coniunctio, contracta ob commodiorem vsum & vberiorem quæstum.

Societas est adunatio hominum ad aliquid perficiendum, ideo multiplicatur in se. *Illud ex B. Tho. opusc. contra religionis impugnatores. c. 5. eod. col. 3. fin.*

Socius proprie dicitur, qui in re seria ac laboriosa alicuius pars est. vnde socii populi Romani dicebantur, ita cum his fœdere coniuncti, pacis & belli participes essent. Dicitur autem socius, quod secet & diuidat laborem alterius, vel quod eum in re laboriosa sequatur.

Socius, comes, & sodalis ita differunt, quod comes est, qui cum alio simul it, & tanquam ducem sequitur, sodales in rebus leuioribus, & fere in conuiuiis: ducunturq; sodales: quasi simul edales, sicut comites, quasi simul euntes. Vel sodales, quasi simul in mensa sedeant: vel quod inter se suadeant, quod commodum est.

¶ Loci Biblici.

Societas bona consectanda, mala fugienda, *Gen.* 19. 15. *Leu.* 7. 19. *Num.* 16. 25 & 25. 4. *Ios.* 23. 12. 2. *Sam.* 22. 27. 2. *Paral.* 19. 2. *Iob* 31. 1. *Psal* 26 ℣. 4. 8 & 37. 1. *Psal.* 18. ℣. 26. 27. *Prou.* 1. ℣. 10. 15 & 4. 14 & 6. 25 & 13. 20 & 22. *v.* 5. 24 & 24. 1 & 29. ℣. 27. *Ier.* 16. 8. *Eccl.* 6. 35 & 8 *v.* 1. 18 & 9. 21 & 12 10 & 13 *v* 1 20 *Tob.* 1. 5. *Matth.* 7. 15 *Act.* 19. 9. 2. *Cor.* 2. *Cor.* 6. 14. *Ephes.* 15. 1. 2. *Tim.* 4. 14. *Apoc.* 18. 4. societatis commoda *Eccles.* 4. ℣. 9. societas spiritualis, quam pii cum Deo habent, 1. *Cor.* 6. ℣. 17. 1. *Ioan.* 1. 6. societatis bonæ fructus, *Gen.* 18. 32 & 30. ℣. 30 & 35. 3 & 39. 5. *Iud.* 5. 15. 2. *Reg.* 3 *v.* 14. 15. *Dan.* 2. ℣. 17. 18. *Act.* 2. ℣. 1. 44 & 9. 26 & 27. ℣. 24.

¶ Sententiæ Biblicæ.

Vir amicabilis ad societatem magis amicus erit, quam frater. *Prou.* 18.

Melius est duos esse quam vnum: Habent enim emolumentum suæ societatis, si vnus ceciderit, ab alio fulciatur. *Eccl.* 4.

Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea & qui communicauerit superbo induet superbiam: pondus super se tollit, qui se communicat: & ditiori ne non socius fueris. *Eccli.*

Sicut socii passionum estis, sic eritis & consolationum. *2. Cor.*

¶ Patrvm Sententiæ.

Societas nullo modo fit maior accedente siue permanente sorte possessionis bonitatis: imo possessionem bonitatis, tanto cœcordius indiuidua sociorum possideat charitas, tanto plenius possidebit deniq; istam possessionem, qui eam noluerit habere nem, & tanto eam reperiet ampliorem, quanto amplius dilexerit amare consortem. *August. de ciuit. Dei.*

Non turbatur nauis quæ Petrum habebat, sed turbatur Iudam habebat, & si multa illorum discipulorum merebant: tamen adhuc perfidia proditoris agitabatur, in vi sed qui suis meritis firmus est, turbatur alienis. Caueamfidum, caueamus proditorem, ne per vnum plurimi *Ambr. super Luc. l. 4.*

Voluit Christus deseri, voluit prodi, voluit ab Apostovt cum sis desertus à socio, proditus ab ipso, modeerrasse iudicium, perisse beneficium. *ibid. l. 3.*

Tolerandi vbiq; sunt proximi: quia Abel fieri non Cain malitia non exercet. Vnum vero est, potentia quatas malorum debeat, ne, si fortasse corrigi non valent, nem trahant, & quum ipsi sua malitia non mutantur, coniuncti fuerint, peruertant. *Greg in hom. 9. super Ez*

Bonus sic malo connectitur, vt aut pares reddantur, inuicem separentur. Amicitiæ enim pares aut quærunt *Chrys super Matth.*

Rerum natura sic est, vt quoties bonus malo coniungbono malus melioretur, sed ex malo bonus contamin enim rerum nunquam potest habere concordiam, & citat societas nefanda. *ibid.*

Vitiosus conscientias vitiosorum non refugit, & vdent, vnus minime forte sentitur. *Bernardus libratione.*

Ante ignem consistens, etiamsi ferreus sis, aliquanproximus periculo diu tutus non erit. Per assiduitatem homo. Sæpe familiaris implicauit, sæpe occasionem prosæpe quod voluntas non potuit, assiduitas superauit. *Ioloquior.*

Melius est habere malorum odium, quam consortina multa habet communis vita sanctorum, sic plurima tas affert malorum. *ibid.*

Amabilis socius omnibus est officiosus, & nulli odeuotus ad Deum, benignus ad proximum, sobrius Domini seruus, proximi socius, mundi dominus. superi gaudium, æqualia ad consortium, interiora ad seruitium *de anima.*

Ipsi quoq; hominis duplices manus, socias aures, oc Diuina tribuerunt, vt robustius perageretur officium, fuerat societate complendum. *Cassiod. li. 2. Epist.*

Melior est societas simplicis inter sapientes nutrientis cum peccatoribus educati. Dulcior est sapientinter sapientes, quam dulcis inter insipientes. *Petrus C*

¶ Sententiae Philosophvm.

Humanitas vetat superbum esse apud socios, verat bis, rebus, affectibus communem se facilemq; omnibulum alienum malum putat, bonum autē suum ideo malicuius bonum futurum esse amat. *Senec. Epist. 11.*

Omnium societatum nulla præstantior est, nulla quam cum viris boni, moribus similes, sunt familiaritat *ibid.*

Nulla res magis animos inhonestos, & in prauum inuocat ad rectum, quam bonorum virorum conuersatenim descendit in pectora, & vim præceptorum obtinaspici, frequenter audiri. *ibid.*

Conuictor delicatus paulatim eneruat & emollit, mimiteris, aut oderis: vtrumq; autem deuitandum est, malis fias, quia multi sunt: nouel inimicus multis, qsunt. Cum his conuersare, qui te meliorem facturi sunte, quostu potes facere meliores. *ibid.*

Nullius rei sine socio iucunda est possessio. Non magager cum redditibus amplis, quam vicinus æqualis bonis: sit tibi erga singulos falsi libra sermonis, ac te bicomem iuuenes, grauem senes metiantur. *ibid.*

Ante circumspiciendum est, cum quibus edas & biquid edas & bibas. *ibid.*

Comes facundus in via pro vehiculo est. *in Prou.*

Socii, putandi sunt, quos inter res communicata est. *Verr.*

In rebus minimis socium fallere turpissimū est, propauxilium sibi se putat adiunxisse, qui cum altero rem crit. *Pro Rosc. Amer.*

re credit, nisi ei, quem fidelem putat: Perditissimi est i-
s, & amicitiam dissoluere, & fallere eum, qui læsus non
credidisset. ibid.
d se ab amico missas, offensione aliqua interposita, in
proferre, palamq; recitare, nihil est aliud, quam tollere è
societatem, tollere amicorum colloquia absentium: multa
esse solent in epistolis, quæ prolata si sint, inepta esse vi-
multa seria: neq; tamen vllo modo diuulganda. *Phi-*

perfidiosum ac nefarium est, fidem frangere, quæ conti
& pupillum fraudare, qui in tutelam peruenit, & socium
se in negotio coniunxit. *Pro Rosc. Com.*
est, qui socium fama & fortunis spoliare conatus est, va-
perfidiosum & impium esse fateatur, *Pro Quint.*
alios esse possumus: socium vero cauere qui possumus?
ii metuimus, ius officii lædimus. Vnde maiores eum
fefellisset, in virorum bonorum numero non putarunt
oportere. *Pro Rosc. Amer.*
præter laudem bonis atq; innocentibus ex sociis reportan-
de Legib.
societates omnes quædam velut partes ciuilis societatis.
enim homines emolumenti alicuius causa, & vt ali-
expetent, quod ad vitæ vsum cultumq; pertinet. Societatem
legalem iam ab initio vtilitas & conciuit, & continet. *Arist. l.*

aptus est ad cœtus societatemque natura. *libr. 1. Ethic.*

illæ societates voluptatis causa constitui solent, vt eorum
ducunt. *lib. 8 Eth. c. 9.*
es omnibus placet vtiles esse bene constitutis ciuitatib.
Repub. c. 10.
ciuitatem societate quadam contineri videmus: om-
societatem vtilitatis alicuius causa constituam. *lib. 1. de*

omnes societates bonum quoddam, tum vel maxime ea,
patum tenet, cæterasq; omnes continet: qualis est ciuitas
societas, summum bonum inuestigant. *ibid.*
est, qui congressus & societates hominum ferre non pos-
illo egeat, quod seipso contentus sit: is profecto in parte ci-
est habendus. Ita vel Deus putandus est. *lib. 1. de Republ.*

quidem insitus est à natura societatis & communionis ap-
quam qui primus instituit, is optime de genere hominum
est. *ibid.*

¶ Biblica Exempla.

atis bonorum & eius fructus *Exempla*: Si decem iusti in-
llent in quinq; peccatricibus ciuitatibus, pepercisset Deus
propter illos, *Gen.* 18. 32. Laban cum Iacobo, *Gen.* 30. *v.* 30.
Iacobo, 35. *v.* 2. 3. Iosephi cū Putiphare, 39. 5. Israelitarum cū
14. 31. Ducum Issachar cum Debora, *Iud.* 5. 15. Saulis cum
e & Prophetis, 1. *Sam.* 19. *v.* 20. 21. & c. Eliæ, cum Iosaphato,
quem impetrauit aquas dari exercitui, in quo erāt alii duo
Reg. 3. *v.* 14. 17. Tobiæ cum timentibus Deum, cum quibus
abatur & conuiuabatur, *Tob.* 2. *v.* 1. 2. Saræ Raguelis filiæ, cum
conuersantis, 3. 16. Propter Danielem bene fit Magis, &c.
v. 24. 25. propter Iudæos Scythopolitanis, 2. *Macch.* 12. *v.* 30. 31.
sancti cum fidelibus, *Act.* 2. *v.* 3 & c. Pauli cum Apostolis, 9.
gantibus cum Paulo bene est propter Paulum, 27. 24. Socie-
malæ fructus, *Gen.* 4. 8 & 11. 31 & 15. 7 & 19. 4. *Num.* 16. 26 & 33.
Iudic. 1. 28. & 2. *v.* 1. 2. 3. 2. *Sam.* 13. *v.* 3. 5. & 15. 13. & 21. 1. 1. *Reg*
Par. 19. 2. & 25. 7. *Iob.* 30 29. 1 *Esa.* 1. 20. 5. *Esa.* 6. 5. & 7. 2. *Ezech.* 2. 6.
Actor. 2. 49 & 13. 8. & 14. *v.* 18. 19. *Phil.* 2. 15. Societatis malæ
exempla: Cain, Abel, *Gen* 4. 9. 8. Thare, Abraham, Chal
& 15. 7. Sodomitæ, Loth, 19, 4. Ismael, Isaac. 21. 9. Esau, Iacob
noluit vna progredi cum fratre suo Esau, 33. *v.* 12. 13. Israelitæ, Da-
Num. 16. 24. & c. Israelitæ Chananæi, 33. *v.* 51. 52. propter A-
Israelitæ percutiuntur, *Ios.* 7. 5. Amnon a Ionadab amico suo
deceptus, 2. *Sam.* 13. *v.* 4. 5. Iosaphat reprehenditur a Propheta ob
societatem cum Ochozia initam. 2. *Paral.* 30. 37 *Iob.* 30 29. *Psal* 120.
5. *Ezech.* 2. 6. cœcus natus non fuit inter Christi fideles: do-
nisi non fuit ex Pharisæorum synagoga, *Ioan.* 9. 34. iubemur
nos seruare à generatione mala, *Act.* 2. 40. *Phi.* 2. 15. societatem
cum Deo, 1. *Ioan.* 1. 3.

¶ Exempla Profana.

no Romani in regni societatem & in ciuitatem Italos voca-
decretum est & Gallis Cisalpinis, & Venetis idem honoris im-
vniuersosque Italos Romanos vocare. *Strabo lib.* 5 *geogra-*

das & Garapammon Ægyptii pugiles deprehensi sunt de vna &
palma inter se pacta, & pecunia soluta Iouis simulacra ere-
Paus. l. 5.

¶ Hieroglyphicum.

Licet in *duabus consertis manib.* fidei fœderumq; hieroglyphicum locupletus habeatur: non est tamen illud dissimulādum, quod de pollicibus est à Cornelio Tacito traditum: morem quippe fuisse regibus quorundam Barbarorum: quoties in societatem coirent, applicare dexteras, pollicesq; inter se vinciri, nodoque constringere: & vbi mox sanguis in artus extremos peruenisset, leui vulnere cruorem eliciebant, atq; inuicem labebant: idq; fœdus arcanum, quasi mutuo cruore sacratum haberi solitum. *Pier. Val. libr.* 36. *pag.* 341.

Vide Fœdus.

Socordia.

¶ Definitio et Etymolog.

Socordia, vel secordia, q. d. sine corde ignauia, inertia, segnities, stultitia, incogitantia, stupor. Gr. ῥᾳθυμία, ab Hebræis varie designatur & perstringitur, præsertim in *Prouerb. Salomonis.*

¶ Loci Biblici.

Socordia excutienda, *Gen.* 42. *v.* 1. 2. *Exod.* 12. 11. & 18. *Leuit.* 19. 23 & 20. *v.* 4. 5. *Num.* 23. 24. *Deut.* 4. 9. & 31. *v.* 6. 7 *Ios.* 18. 3. *Iud.* 7. 3. 1. *Sam.* 7. 3. 1. *Reg* 18. . 21. 2. *Reg.* 4. *v.* 28. 29. & 12. 7. 2. *Paral.* 19. 11. & 29. 11. *Nehem.* 4. *v.* 15. 19. 20. 21. *Ps.* 95. 2 *Prou.* 1. 24 & 3. 28. & 6. *v.* 3. 4. 5. 6. & 8. 17 & 10. 27 & 13. 4 & 18. 9. *v.* 15. 24 & 20 *v.* 4. 13 & 21. 25 & 22. 13 & 24. *v.* 30. 31 32. 33. 34 & 16. *v.* 13. 14. 15 & 27 23 & 31. 15 *Ezech.* 3. 18. *Rom.* 8. *v.* 12. 13 & 11. 20. & 12. 8. 1. *Cor.* 10. 12 & 16 13. 2. *Cor.* 7. *v.* 1. 11. *Gal.* 6. 5. *Eph.* 6 *v.* 10. 12. 13 *Phil.* 2. *v.* 12. 13 & 3 10. 1 *Thess.* 5. *v.* 3. 7. 8. 10. 1 *Tim.* 4. 15 & 5. 6, 2 *Tim.* 1 *v.* 6. 14 & 2. 1 & 4 2. *Hebr.* 2. 1 & 3. *v.* 12. 13 & 4. 1 & 9. *v.* 10. 11 & 6. *v.* 3. 7. 12 & 12 12 & 13. 22 *Iac.* 1. 19 & 3. 17 & 4. 13 1 *Pet.* 2. 11 & 3 5 & 5. *v.* 2. 7. 2. *Pet.* 1. *v.* 5. 13. & 3. *v.* 1. 2, 10 13. 1. *Ioan* 5. *v.* 4. 15. *Iudæ vers.* 5. *Apoc.* 3. 3.

¶ Sententiae Philosophorum.

Nullus socors in celebrem virum euadit. *Euripides.*
Socordia nemo immortalis factus, *Sal. in Iug.*
In suo quisque negotio hebetior est quam in alieno. *Curt.* 1. 7.
Socors pectus est, quod nullis precibus excitatur. *In histor. Sax.*
Secundæ res socordiam inducunt. *Liu. lib.* 2.
Vide Pigritia, Otium.

Sodomia.

¶ Definitio. et Etymol.

Sodomia est turpitudo in masculum facta, *vt habet.* 32. *q.* 7. *can. Vsus.*

Sodomia est, coitus masculorum, est species luxuriæ contra naturam. *ex B. Thom.* 2. 2 *q.* 142 *art.* 4.

Sdomia & idololatria simul inceperunt, & simul creuerunt. *secund. eund.* 4. *sent. dist.* 1. *q.* 2. *art.* 4.

¶ Sententiæ Biblicæ.

Qui dormierit cum masculo coitu fœmineo, vterq; operatus est nefas, morte moriantur, sit sanguis eorum super eos. *Leuit.* 50.
Neq; masculorum concubitores regnum Dei possidebunt. 1. *Corinth.* 6.

¶ Patrum Sententiae.

Adulterii malum vincit fornicationem, vincitur autem ab incestu: peius est enim cum matre quam cum aliena vxore concumbere: sed omnium horum est pessimū, quod contra naturā fit: vt si vir mēbro mulieris non ad hoc concesso voluerit vti: vsus enim naturalis, si vltra modum prolabitur, in vxore quidem veniale peccatum est, in meretrice damnabile. Sed istud, quod contra naturam est, execrabiliter fit in meretrice, sed execrabilius in vxore. Tantum enim valet ordinatio Creatoris, & ordo creaturæ, vt in rebus ad vtendum concessis, cum modus exceditur, longe tolerabilius sit, quam in eis, quæ cōcessa non sunt, vel vnus, vel rarus excessus. *Aug. li. de adulterinis contug & hab.* 32. *q.* 8. *can. Adulterii.*

Vsus naturalis & licitus est, sicut in coniugio: & illicitus, sicut in adulterio: contra naturam vero semper illicitus, & proculdubio flagitiosior atq; turpior. Quem sanctus Apostolus & in masculis & in fœminis arguebat, damnabiliores volens intelligi, quam si in vsu naturali vel adulterando, vel fornicando peccarent. *Idem contra Iouinian. l.* 1. & *hab. ibid. can. Vsus.*

Flagitia

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Flagitia, quæ sunt contra naturam, vbiq; & semper repudianda atq; punienda sunt, qualia Sodomitarum fuerunt: quæ si omnes gentes facerent, eodem crimi is reatu diuina lege tenerentur: quæ non sic fecit homines, vt se illo vterentur modo. Violatur quippe ipsa societas, quæ cum Deo nobis esse debet, cum eadem natura, cuius ipse author est, libidinis peruersitate polluitur. *Idem confess. li. 3. & hab. ibid. can. Flagitia.*

Offerebat S. Loth filiarum pudorem. Nam etsi illa quoque flagitiosa impuritas erat, tamen minus erat secundum naturam coire, quam aduersus naturam delinquere: præferebat domus suæ verecundiæ hospitalem gratiam, & apud barbaras gentes inuiolabilem. *Ambros. lib. de Patriarch. & habetur 32. quæst. 7. can. Offerebat.*

Quid potest sanctum esse iis qui ætatem imbecillam, & præsidio indigentem, libidini suæ depopulandam, fœdandamque subtraxerint? Non potest hæc res pro magnitudine sceleris enarrari. Nihil amplius istos appellare possum, quam impios & parricidas, quibus non sufficiat sexus à Deo datus, nisi & suum profane ac peculiariter illudant. Hæc tamen inter illos leuia, & quasi honesta fuat. Quid dicam de iis, qui abominandam non libidinem, sed insaniam potius exercent? Piget dicere. Sed quid his forte credamus, quos non piget facere? & tamen dicendum est, quia fit. De istis loquor, quorum deterrima libido & execrabilis furor ne capiti quidem parcit. Quibus hoc verbis, aut qua indignatione tantum nefas prosequar? Vincit officium linguæ, sceleris magnitudo. Quum igitur libido hæc edat opera, & hæc facinora designet, armandi aduersus eam virtute maxima sumus. Quisquis affectus illos frenare non potest, cohibeat eos intra præscriptum legitimi thori, vt & illud, quod auide expetit, assequatur, & tamen in peccatum non incidat. *Lactant. Firm. l. 6. c. 23. de vero cultu.*

¶ Sententiae Poeticae.

Ouidius de Arte amandi.

Odi concubitus, qui non vtrinq; resoluunt,
Hoc est, cur pueri tangar amore minus.

Tibullus.

O fuge te teneræ puerorum credere turbæ,
Nam causam iustis semper amoris habent.

Vide Aaultertium, Fornicatio, Scortatio, Amor Venereus.

Solennitas.

¶ DEFINITIO ET ETYMOL.

Solennitas, Græce ἑορτὴ, ἧς, ἡ, dici potest. Dicitur q; solenne, quod est, quod omnibus annis præstari debet, à solus & annus, hoc est, anniuersarium. Quare solennes ceremonias dicimus, quæ sunt anniuersario sacrificio religiosæ: tempore sacra solennia, quæ in certis & statutis temporibus fiunt.

¶ Loci Biblici.

Solennitates Hebræorum præcipue tres, *Exod. 23. v. 14. 17. Leuit. 23. 1. & 2. Deut. 16. &c.* solennitas Azimorum, *Exod. 23. 13. & 34. 18. Leu. 23. §. 5. 6. Num. 28. 17. Deut. 16. §. 1. 2. 5.* solennitas Expiationum, *Leu. 16. 30. & 23. 27. Num. 29. v. 7. 8.* solennitas Hebdomadarum. *Ex. 24. 22.* solennitas Messis seu Pentecostes, *Exod. 23. 16. & 32. 22. Num. 28. 26. Leuit. 23. §. 15. 16. Deut. 16. §. 9. 10. Ioan. 5. 1. Actor. 2. 1. & 20. 16. 1. Corinth. 16. 8.* solennitas Primitiarum, *Leuit. 23 10.* solennitas Epularum, *Esth. 9. 18.* solennitas Tabernaculorum. *Exod. 23. 16. Leu. 23 §. 39. 41. Num 22. 12. Deu. 16. 13. & 31. 10. 2. Esth. 3. v. 4. Nehe. 8. 18. 2. Macch. 1. 9. & 10. v. 6 Ioan. 5. §. 2.* solennitas Tubarum, *Leuit. 23. 24. Num. 29. v. 1. 2. Paral. 5* 3. solennitas Neomeniæ. *Nu. 28. 11. 1. Sam. 20. 5. Ezech. 45* 18. solennitatum seu festorum violatio quare grauiter puniatur. *Nu. 15. 32.* In solennitate diei festi quare non captus Christus, *Matth. 26. 5.*

¶ Patrvm Sententiae.

Si quæras, cur Christianus non obseruat otium sabbathi, cum Dominus non venerit soluere legem, sed implere? Respondeo: Istud non obseruat Christianus, quia quod ea figura profitebatur, iam ipse impleuit. In isto habemus Sabbathum: quid dicit: Venite ad me omnes, qui laboratis, & inuenietis requiem animabus vestris. *Aug. contra Faust. l. 3.*

Sacrum Sabbathum est antiquis Patribus præceptum, quod nos Christiani spiritualiter obseruamus, quum ab omni seruili opere, id est, ab omni peccato abstinemus, & habemus quietem in corde, & spiritualem tranquillitatem. *Idem sup. Ioan. serm. 20.*

Toties dies nō alitios sanctorum celebramus, quoties virtutes eorum recolimus, quibus claruerunt in terris, vt ad gloriam illius, à quo rotum habuimus, referamus. *Augustinus in sermone.*

Melius faceret Iudæus in agro suo aliquod vile, quam tro sed tuosus existeret; & melius fœnaretur nam nerent, quam tota die in neomenis suis impud *l. de decem chordis.*

Dominico die à labore terreno cessandum est, do orationibus insistendum, vt si quid negligenter pe tur, per diem resurrectionis dominicæ precibus *Registro.*

Quid prodest interesse festis hominum, si contin Angelorum? *Homil 33. in Euang.*

Si desinas ab omnibus secularibus operibus, & ni geras, sed spiritualibus operibus vaces, ad ecclesiam ctionibus diuinis autem præbeas, de ecclesiis cog spe solicitudinem geras, venturum iudicium præ respicias ad præsentia & visibilia, sed ad inuisibilia & obseruatio sabbathi Christiano. *Orig. sup. Exod. hom.*

¶ Sententiae Poeticae.

Virg. Georg. lib. 1.

Quippe etiam festis quædam exercere diebus,
Fas & iura sinunt, rivos deducere nulla
Religio vetuit, segeti prætendere sepem,
Insidias auibus moliri, incendere vepres,
Balantumq; gregem fluuio mersare salubri.
Sæpe oleo tardas costas agitator asellus
Vilibus aut onerat pomis, lapidemq; reuertens
Incusum, aut atra massam picis vrbe reportat.

Ouid. de ponto. lib. 2. Eleg. 1.

Dii quoque vt a cunctis hilari pietate colantur
Tristitiam poni per sua festa iubent.

Tibull. lib. 2. Eleg. 1.

Luce sacra requiescat humus, requiescat aratr
Et grave suspenso vomere cesset opus.
Soluite vincla iugis: nunc ad præsepia debent
Plena coronato stare boues capite.
Omnia sint operata Deo, non audeat vlla
Lanificam pensis imposuisse manum.
Vos quoque abesse procul iubeo, discedite ab ar
Quem tulit hesterna gaudia nocte Venus.
Casta placent superis: pura cum veste venite,
Et manibus puris sumite fontis aquam.

¶ Sententiae Philosophicae.

Scæuola consultus, quid feriis agi liceret? respon termissum noceret. Quapropter si bos in specum d paterfamilias adhibitis operis liberasset, non est v iussisse: nec ille, qui trabem tecti tractam fulciendo vindicauit ruina. Vnde & Virgi Maro olim disci sciens lauari quem, aut lanæ purgandæ, aut scabiei pronuntiauit tunc quem per ferias licere mersare, causa fieret: Balantumq; gregem fluuio mersare salu enim salubri ostendit auertendi morbi gratia tantu etiam oblucrum purgandæ lanæ causa fieri concessum sacra solennia salubri fluuio mersare oues fas & iu si riuos deducere religio nulla prohibet, cur non putetur, sacris dicare diebus sacrum studium literar *Saturnal. c. 16.*

Vide Festum.

Solertia.

¶ DEFINITIO ET ETYMOL.

Solertia, Græce σωφρονισμὸς, οῦ, ὁ, & σωφρονιστικὸς, ἡ, ὸν solers autem solertia, subtilitas quædam in non perfecto ueniendi medii, *secund. Arist.* vel est habitus ex re niens, quod conuenit, *secund. D. Thom 3. sent. Distinct. art. 1.*

Solertia est quædam subtilis, & facilis, & prompta tio medii, propter quod aliquid venit, & hoc quando magnum tempus ad perspiciendum & deliberandum. *Thom super Post. lect. 1. circa fin.*

¶ Poetarvm Dicta.

Claud. 3. rapt.

Prouocet vt segnes animos, rerumque remotas
Ingeniosa vias paulatim explorat egestas,
Vtque artes pariat solertia, nutrit vsus

Manil. 1.
Prona canendo docilis solertia vincit.
Quæ prima imposuit rebus finemq; manumq;,
Quam cælum ascendit ratio, cepitque profundis.
Naturam rerum causis, vidit q; quod & quam est,
Plaut. Rud.
Operabund fui parcus meæ, nimis homo.
Nihil est, qui piger est, nimisque id genus odi ego male.

¶ Sententiae Philosophicae.

Est perspicacitas quædam, per quam cuiusque rei medium nobis statim occurrit. Veluti, si quis videns semper eandem lunæ ad solem esse conuersam, continuo excogitauit fit; nempe quod luna solis lumine illustratur. *Arist. memor. 2. c. 7. T. 44.*

Prima est quædam bona coniectatio in non perfecto tempore *Arist. post. l. 1. c. 28. T. 44.*

Pervidens causas medias cognoscit extremas. *ibid.*

Prima est quædam coniectatio bona. *Lib. 6. Ethic. c. 9.*

Prima est subtilitas quædam mediinueniendi parua delibe- *Alb. Magn. in Post.*

Prima est bona dispositio, velociter inueniendi causas multas. *mem. c. 12. tract. 3.*

Prima est artificiosa quædam disceptatio, quæ fit maioris vti- gratia. *Franc. Patr. de regn. l. 6. c. 16.*

¶ Apophthegmata.

Alphonsus Rex. Quum essent apud Alphonsum Aragonium, ludicum bestiarum contra homines defenderent, & modo tur- rium tatem, modo corniculis (quæ mortuo compare nouem ho- rum ætates vidua perdurat) modo formicarum prouidentiam, serpentium sagacitatem, modo ciconiarum pietatem, modo a- lium regem obseruantiam, & id genus multa pro animalibus (è Plutarcho, Æliano & aliis petita) afferrent in medium, Al- fonsus, inquit, id brutis inclinatione naturæ, siue Dei dono tribuo, siue, inquit, id brutis inclinatione naturæ, siue Dei dono tribuo, certe non alia de causa concessum esse existimo, quam ut homines turpiter nequiterq; viuentes, erubescant à brutis & à bestiarum expertibus superari. *Panorm. l. 3. de reb. gest. Alphonsi.*

Socrates Adolescentes. Adolescentes Socratem videre cupientes, philoso- phum omnium sapientissimum, duxit ad Anyti domum, dicens, Socratem multo esse sapientiorem, vt qui Socratem accusasset. Quo dictum reuocatum est ciuibus extincti Socratis desiderium rursum expulerunt. *Laert. l. 6. c. 1.*

Agesilaus. Lacedæmoniorum Rex, in compotatione quadam conuiuii ex more conuiuii dux factus, quum percontaretur à pin- nopola, quantum vnicuique vini adponere deberet? Si multum, in- quit, quantum vini paratum est, dato cuique quantum postulat: sin parum vini paratum est, dato cuique quantum postulat: sin parum vini paratum, diuidito æquis portionibus. Et hac solertia mire prospe- uit, ne diuidito æquis portionibus. Et hac solertia mire prospe- uit, ne bibendum vrgerentur, quibus grata esset sobrietas. *Plut. in Lac.*

Agis primus vicerat Argiuos prælio, qui post redintegratis vi- ribus rursum ferociores illi occurrebant. Agis autem videns, mul- titudinem socialis turbari: Sitis, inquit, bono animo, viri, quum enim hostes qui vicimus, trepidamus, quid facere censetis eos, qui à nobis victi sunt? Et ea solertia addidit animum suis. *Plutarchus in La- conicis.*

Quum inter Aristippum & Æschinem incidisset simultas, qui- dam autem diceret: Vbi nunc illa vestra amicitia? Dormit, inquit, Æschinem excitabo. Itaque simultatem Aristippus commoda libe- rali appellatione facile sustulit. Ne silentio malum, vt solet, in- crescat, vltro adiit Æschinem: Num, inquit, quamprimum adibimus in gratiam, ac nugari desinemus? an potius expectabi- mus, vt eorum inter pocula de nobis loquendi materiam præbea- mus? Cui quum Æschines respondisset, se lubenti animo reditu- rum in gratiam: Memento igitur, inquit Aristippus, quod quum te eodem natu maior, prior ad te venerim. Tum Æschines: Ne tu quidem, inquit, prior ad te venerim. Tum Æschines: Ne tu profecto vir me longe melior es. Siquidem à me simultatis, abs te deferendæ gratiæ fuit initium. Hocpacto redintegrata est inter il- los amicitia. *Laert. l. 2.*

Aristides. Cum inter Aristidem & Themistoclem magna esset simultas, tamen legati simul missi, vt reipublicæ negotia ex pedi- rent: Vis, inquit, Themistocles, vt in his montibus inimicitias relinquamus? Nam si videbitur, cum reuersi fuerimus, illas resu- memus. Docuit vir prudentissimus, omnem simultatem depo- nendam esse.

Brasidas, quum murem in caricis comprehendisset, morsus ab eo dimisit captum, moxq; ad eos, qui aderant: vt nullum, inquit, sit animal tam minutum, quin seruari possit, modo ausit vlcisci mordentes. Et hoc dicto fortis & animosus dux suis animum con- tra hostes addidit. *Plut. in Lacon.*

Dissipatur, quum multi ab eo defecissent, qui Pylen occupa- rant, venit ad illos, stragulas in farcinam colligatas ipse portans. Rogatus, quid sibi vellet, percontantibus: Vt, inquit, si per- suasero, reducam vos: si non persuasero, maneam vobiscum. *Eras. lib. 5. apoph.*

Vide Diligentia, Labor, Ingenium.

Solicitudo.

¶ Definitio: et etymol.

Solicitudo, Græce ἀκριβοῦια, ας, ἡ, & ἀκριβία, ας, ὁ, ἡ, diligens dicitur. Est autem solicitudo ægritudo animi cum cogitatione. *Sec. Cic. l. 4. Tusc. quæst.*

Solicitudo est rationabile studium, adhibitum ad aliquid consequendum, quod maius est: vbi est timor, minus est, vbi est securitas. *ex B. Thom. secund Secund. q. 55. art. 6. c....*

Solicitudo temporalium futurorum est irrationabile studium, quo quæruntur futura tanquam fines, & vltra necessitatem præsentis vitæ, de qua Christus Matthæi. 6. Nolite soliciti esse in crastinum.

Solicitudo temporalium trifariam est illicita: Primo, cum temporalia quærimus tanquam finem. Secundo, cum in eis procurandis adeo superfluum adhibetur studium, vt homo retrahatur à spiritualibus, quibus principaliter inseruire debet. Tertio, cum faciendo quis quod debet, timet, ne sibi necessaria desint. De qua Christus Matth. 6. Nolite soliciti esse, dicentes: Quid manducabimus, aut bibemus, &c. *ex B. Tho sec. Secund q. 55. art. 6.*

Solicitudo venit à solicito verbo, quod dicitur à solo & cito, quasi solo cito, hoc est, loco dimoueo. Est enim solum, quicquid alicui rei subiacet. Virgil. nauium solum dixit esse mare, cum dixit, Subtrahiturque solum.

¶ Biblici Loci.

Solicitudo nimia, *Exod. 34. 21. Lem. 25. 20. Deut. 8. 3 Iob. 7. 10. Psal. 55. 23. & 145. v. 15. 16. Prou. 10. 3. & 13. 25. Matth. 6. 25. & 10. v. 9. 23. & 13. 22 & 16. 7. Luc. 8. 14. & 12. 22. & 14. 18. & 21. 31. 1. Cor. 7. 32. Phil. 4. 6. Heb. 13. 5. 1. Pet. 5. 7.* Solicitudo diffidentiæ coniuncta damnatur, quum scilicet homo sine fide & spe auxilii diuini animo angitur de futuris euentis, cum priuatis, tum publicis, *Matth. 6. v. 25. 31 34. & 13. 22. Marc. 4. 19. Luc. 8. 14. & 12. v. 11. 22. Phil. 4. 6. 1. Tim. 6. 8. 1. Pet. 5. v. 1. Psal. 55. 23.* hæc Græcis μέριμνα dicitur.

Solicitudo vocationis, Græcis σπουδὴ dicta, præcipitur, quum scilicet quis euenta quælibet Deo commendat, interim tamen labores sibi mandatos suo loco & tempore pro sua vocatione sedulo vrget. *Roman. 11. 12.* Solicitudo Pauli pro Ecclesia, *2. Cor. 7. 12.*

Solicitus Deus pro Abrahamo, *Gen. 12. 17.* soliciti simus seruare vnitatem spiritus vinculo pacis. *Ephes. 4 3.*

¶ Patrvm Sententiae.

Amant peruersi homines pro huius mundi gloria tribulationes cunctisque pro ea sudoribus libenter seruiunt, & grauium laborum iugo deuotissime colla submittunt, quod bene sub Ephraim specie, Osea prophetante, describitur, qui ait, Ephraim vitula docta, diligens triturare. Vitula enim trituræ laboribus assueta, relaxata, plerunq; ad eundem laboris vsum etiam non compulsa reuertitur. Ita prauorum mens huius mundi seruitio dedita, & rerum temporalium fatigationibus assueta: etiamsi sibi libere vacare liceat, tubesse tamen terrenis sudoribus festinat. *Greg. in Moral.*

Cessationem Dominus à mundi laboribus imperat, sanctæ quietis dulcedinem persuadet, & tamen vesana iniquorum mens plus se assequi aspera carnaliter, quam tenere blanda spiritualiter gaudet: Plus acerbitate fatigationis, quam quiete dulcedinis pascitur. *ibidem.*

Quid per porros & cæpas exprimitur, quæ plerunq; qui comedunt, lachrimas emittunt, nisi difficultas vitæ præsentis, quæ à delectoribus suis, etsi non sine luctu agatur, tamen cum lachrymis agitur? Manna sibi deferentes cum peponibus ac carnibus porros cæpasq; quæsierunt, quia videlicet peruersæ mentes dulcia per gratiam quietis dona despiciunt, & pro carnalibus voluptatibus laboriosa huius mundi itinera etiam lachrymis plena concupiscunt, contemnunt habere, vbi spiritualiter gaudeant, & desideranter appetunt, vbi carnaliter gemant. *ibid.*

Plus in hoc mundo honor quam despectio occupat, & magis prosperitatis sublimitas quam necessitatis aduersitas grauat. Mens dum pro blanda occupatione premitur, libens ad exteriora deriuatur. *ibid.*

Qui rebus temporalibus occupantur, tunc bene exteriora disponunt, quum solicite ad interiora refugiunt, quum nequaquam perturbationem strepitus diligunt, sed apud semetipsos intus in tranquilliratis sinu requiescunt. *ibid.*

Nonnunquam qui quietus alicuius esse meriti creditur, positus in qualibet actione dividitur. *ibid.*

Sæpe qui contemplari Deum quieti poterant, occupationibus pressi ceciderunt, & sæpe, qui occupati bene vsibus humanis vive-

rent, gladio suæ quietis extincti sunt. Nonnulli hominum ita otio sæ mentis sunt, vt si eos labor occupationis excipiat, in ipsa operis inchoatione succumbant. *ibid.*

In istis visibilibus, quæ intuemur, cor nostrum extra se spargitur, & quicquid de intrinsecus agatur, obliuiscitur, dum extrinsecus occupatur. *ibid.*

Occupatio secularium dignitatum tanto facilioribus vitiis premitur, quanto maioribus curis grauatur. *ibid.*

Sæpe misericors Deus, quos suos tenere diligit, eos solicite ab exterioribus actionibus custodit. Nam & plerunque paterfamilias ad eum laborem seruos dirigit, à quo subtiles filios suspendit. *ibid.*

Præoccupatum quippe secularibus desideriis animum delectatio sancta declinat, nec misceri poterunt vana veris, æterna caducis, spiritualia corporalibus, summa imis: vt pariter sapiat, quæ sursum sunt, & quæ super terram. *Bern. in quodam serm.*

Cor mundum, quanto futurum non curat gaudium, implicatur amore terrestrium: cumq; illis inuoluitur, vanitas recipit, curiositas deducit, voluptas inficit, cupiditas afficit, luxuria inquinat, torquet inuidia, cruciat tristitia, turbat iracundia, sicq; miser casibus, vitiis omnibus, & quasi per multa mens dispergitur, quærit, nec inuenit, vbi requiescere possit. *ibid.*

Nequaquam vlterioris cura diei te conterat: cuius enim diei spatium te visurum nescis, quam ob causam illius solicitudinæ torqueris? *Chrys. sup. Matth. 6.*

O infelix anima! quid solicita es erga plurima? porro cum vnum sit necessarium, dilige vnum, in quo sunt omnia, & ibi fige cor tuum, & desiderium. Nam felices illius ciuitatis ciues, cuius participes in idipsum: mundum enim transit, & concupiscentia eius. *Rsch. de sanct. Vict.*

Solicitus dicitur, quasi solens citus, in quantum scilicet aliquis ex quadam solertia animi velox est ad prosequendum ea, quæ sunt agenda. *Isid. l. 2. Etymol.*

Sicut homo nunquam inuitus bene seruit: ita nec occupatus bene commodata custodit. *Max. Epist.*

¶ Similitvdines.

Chrysostomi, Sicut oculus quanto mundior fuerit, tanto longius videt: Sic & anima, quanto longior fuerit à solicitudine mundiali, tanto amplius Deo proximior est *in c. 5. Matth. hom. 10.*

Sicut viator in via nihil solicitus est, nisi quod necessarium habet ad vsum: Ita & homo in transitu mundi nihil debet esse solicitus, nisi quod opus habet ad vsum. *in c. 13. Matth. hom. 31.*

Quemadmodum fieri non potest, vt qui nauigant, absq; cura sint. Ita & hi, qui vitam hanc fragilem viuunt, absq; solicitudinis angore esse non possunt. Si dies fuerit, plurimæ illi mœstitiæ occasiones: si rex, cutis destinetur innumeris. *id 2. ad Tim. hom. 1.*

Thrineri, Solicitudo hominem extenuat, & subinde res illius Deus quam maxime prosperat, qui minime curat. *in apoph. 102.*

¶ Adagia.

Tantali lapis. Ταντάλου λίθος,

Tantali lapidem vocant imminens capiti periculum.

Mens est in tergoribus. ὀνὸς ἐστὶν ἐν τοῖς σκύτεσιν.

De solicitis dicitur ari solitum, quique malum aliquod imminens timere videntur. Hesych.

Ναυτοσοφεῖν.

Dicebantur, qui studio quippiam eluarent.

Σκύτη βλέπει.

Id est: vt verbum verbo reddam, Tergora tuetur. Confine proximo, quo significabant quempiam præ se ferentem vultu, quod mali quippiam instare suspicaretur, idq; coniecturis aliquibus colligeret.

Animus est in cornis.

Interpres admonet huius prouerbii σκύτη βλέπει. *de his, qui iam ad bellum spectant. Licebit tibi, quum ob solicitudinem erit aliquis ad id, quod agitur, in præsentia parum attentus.*

Similes videntur captiuis ex Pylo. ἔοικασι, τοῖς ὑπ' Πύλῳ ληφθεῖσι τοῖς Λακωνικοῖς.

Dicti solstum de iis, qui vultu miserandi: nempe pallidi, squalidi, macilenti. Sie ſehen / als weren ſie auß dem Grab kommen / oder von den Todten auff erſtanden/

Arctum annulum ne gestato. μὴ φορεῖν στενὸν δακτύλιον.

Hoc est: (interprete D. Hieronymo) Ne vixeris anxie.

Cor ne edito. μὴ ἐσθίειν τὴν καρδίαν.

Hoc est: ne curis tuum ipsius animum excrucies. Laß die Sorgen. Item, Nage dir das Hertz nicht ſelbſt ab.

In via ne feces ligna.

Non esse diserciandam vitam curis, & anxiis cogitationibus. quidam exponunt.

Vide Cura, & Curiositas.

Solitudo.

¶ Definitio.

Solitudo, Græce ἔρημος, ου, ὁ, dicitur, & non est de essentia perfectionis, sed est instrumentum congruum contemplationi, non autem actioni. *Secund. B. Thom. Secund. Secund. quæst. 188. art.*

¶ Loci Biblici.

Solitarii molestia vana. *Eccl. 4. v. 7. 8.*

¶ Sententiæ Patrvm.

Minus voluptatibus stimulatur, qui non est, vbi frequentatum, & minus auaritiæ molestias patitur, qui diuitias non *Aug. lib. de singular. Cler.*

Sapiens nunquam solus esse potest, habet enim secum qui sunt, & qui fuerunt boni, & animum liberum quocunq; profert & transfert, & quod corpore non potest, cogitatione plectitur: & si hominum inopia fuerit, loquitur cum Deo quam bonus solus erit. *Hier. contra Iouinia.*

Infinita eremi vastitas te terret, sed tu paradisum mente bula, quotiescunque cogitatione ac mente illuc conscendes in eremo non eris, scabra sine balneo contrahitur cutis in Christo semel lotus est, non illi necesse est iterum lauari *epist ad Heliodo.*

Solitariam vitam nunquid reprehendimus? minime, quam sæpe laudauimus, sed de monasteriis his nolentes Milites quoque eremi dura rudimenta non terrent, qui conuersationis multo tempore dederunt, qui omnium hominum, vt primi omnium fierent: quos nec esuries, nec sitis quando superauit, qui paupertate lætantur, quorum habitus incessus, vultus, doctrina virtutum est. *Epist. ad Rust.*

Qui corpore remotus viuit, sed tumultibus conuersationis manæ terrenorum desideriorum cogitatione se infert, non solitudine: vero prematur aliquis corporaliter populorum & tamen nullos secularium curarum tumultus in corde non est in vrbe. *Greg. lib. 30. Moral.*

Malum, quod nemo videt, nemo arguit, vbi autem non reprehensor, securus accedit tentator, licentius perpetratas. In conuentu vero, si quæ bona agis, nemo prohibet autem facere si vis, non licet: si ergo de fatuis virginibus gregatio tibi necessaria est, si de prudentibus, tu coge *Bern. ad Sophiam virg.*

Quamdiu quis permistus est turbis, & in multitudine tium volutatur, non vacat soli Deo, nec segregatus est potest esse sanctus. *Orig. hom. 8 sup. Leuit.*

Solitudo sicut nouit emendatis moribus contemplationis rissimam referare, & intuitu syncerissimo spiritualium rum scientiam reuelare: ita eorum, qui minus emendati non solum seruare, sed etiam exaggerare consueuit. Tantens sibi quisque videtur & humilis, donec nullius hominis miscetur consortio: ad naturam pristinam reuertuntur pellauerit cuiuslibet occasionis commotio. *Ioan. Cassian. monach. lib. 8.*

Ioannes est princeps Monachorum, ipse monachus tus est, in eremum iuit, in eremo nutritur, Christum litudine. *Ioan. Chrys. super Ioan.*

Sicut difficile est, arborem iuxta viam positam fructu maturitatem seruare: sic difficile est virum iuxta hunc viuentem, id est, in actibus mundi, iustitiam immaculatam ad finem tenere. Recede ergo de via, & planta te in loco nec mundus tecum habeat aliquid commune, nec tu cum *Idem super Matth.*

¶ Poeticæ Sententiæ.

Senec. in Hippolyt.

Non alia magis est libera, & vitio carens;
Rstusque melius, vita, quæ priscos colat,
Quam quæ relictis manibus syluas amat.

¶ Sententiae Philosophicae.

Proiice, quæcunque cor tuum laniant, quæ si aliter quirent, cor ipsum cum illis euellendum erat. *Senec. l. 2.*

Quidam adeo in latebras refugiunt, vt pateat in tu quicquid in luce est. *Epist. 2.*

Lugentem viuentemque custodire solemus; ne solitu vtatur. Nemo est ex imprudentibus, qui relinqui sibi de erisin, quod solitudo habet commodum, est non timere *Epist. 10.*

Quid prodest recondere se, & oculos hominum aure bona conscientia turbam aduocat, mala in solitudine an solicita. Si honesta sunt, quæ facis, omnes sciant: si turpia fert neminem scire, cum tu scias? O te miserum: si contemtestem. *Epist. 91.*

Quires & homines fugit, ille est, quem cupiditatum felicitas relegauit, qui alios feliciores videre non potuit, lüt timidum atque iners animal metu occultauit: ille uit, sed quod turpissimum est, ventri, somno, libidini, non uit, qui nemini. *Epist. 56.*

Viuit is, qui multis vsui est, viuit is, qui se vtitur: qui tant & torpent, mortem suam antecesserunt. *Epist. 61.*

Omnia nobis mala solitudo persuadet, nemo est, cui us sit cum quolibet esse, quam secum. *ibid.*

...sonent omnia, dum intus tumultus non sit, dum ...rentur cupiditas & timor: dum auaritia luxuriaque ...tant, nec altera alteram vexet, bene est animo. Nam quid ...mus regionis silentium, & affectus fremunt? *Ibidem.*

...præcipue vitandum existimes, quæris? turbam. Nun... ...te commiseris, nunquam à turba mores, quam exuli, ...liquid ex eo, quod composui, turbatur, aliquid ex his, quæ ...nimica est multorum conuersatio: nam aut aliquid ...ingerit, aut commodat, aut imprimit: quo maior est ... qui miscemur, hinc periculi plus est. *Epist.7.*

...damnosum bonis moribus, quam in spectaculo consi... ...enim per voluptatem facilius vitia subrepunt. *ibid.*

...non tantum ab hominibus, sed a rebus, & imprimis à re... ...Qui nihil videntur agere, maiora aiunt. *Epist.61.*

...tolam probantes vitam, quotidie cum difficultatibus ...magno animo colluctantur. Sapiens feret ista, non eliget, & ...in pace, quam in pugna. *ibid.*

...dum est esse secum, cum quis se dignum durissime, quo ...ficit. *Epist.5.*

...quædam, ne inueniri possint, sua circum ipsa cubilia ...latent. Idem tibi faciendum est, alioqsin non deerunt, qui ...mentur: Multi aperta transeant, condita & abstrusa riman... ...signata solicitant, vile videtur, quicquid patet. *Epist.10.*

...fortè conquereris virtutem abscondi. Nulla virtus latet, & ...non ipsius damnum est. *Epist.7.4.*

...dinem quærit, qui vult cum innocentibus viuere. Optimus ...pulcherrimus Dei cultor est. *Lib.de morib.*

...uas aliter in solitudine, aliter in foro. *ibid.5.*

...multitudinem, fuge paucitatem, fuge & vnum. Vnus pro ...mihi est, & populus pro vno. Mihi satis est vnus, satis est nul... *Epist.*

...difficilis est vita. *Crist.l.9.Ethic.*

...solitarius, aut Deus, aut bestia. *idem lib.Politic.*

...occupatus, infelix habitator vrbium, nocte media somno ...rum, vel clientum vocibus interrupto. Sæpe etiam lucis ...sæpe nocturnis visus exterritus, mox infelici scamno corpus ...animum mendaciis. In illis est totus, seu ille mercibus ...facere, seu socium, seu pupillum fallere, seu vicini coniu... ...ciuitia armatam expugnare blanditiis, seu litigio iniusto iu... ...ni nefando prætendere: seu denique publici priuatiue ali... ...corrumpere meditatur. Nunc ita præceps, nunc ardens deside... ...desperatione gelatus. Ita pessimus artifex, ante lucem di... ...negotii orditur, qua se sæpe atque alios inuoluat.

...solitarius, atque felix otiosus, modica quiete recreatus, ...que breui non fracto, sed explero, & interdum pernoctan... ...melæ cantibus experrectus, thoroque vix dum leniter ex... ...pallisque temporibus, quietis horis pfallere incipiens iani... ...norum laborum, vt aggressuris inde matutinis laudibus ...erat, deuotus exposcit, & cordis sui dominum in adiutorium ...Mihique iam viribus suis fidens, & imminentium conscius ...dicriminum, vt festinet, obsecrat nullius texendis frau... ...centus, sed Dei gloriam, & sanctorum laudes non in dies ...sum, sedin horas, & indefesso linguæ famulatu, & pio mentis ...gnito repetens, ne quando forsan ingrato animo, diuinorum ...rum memoria euanescat. Et sæpe interea (mirum dictu) secu... ...rorum, ac tepidæ spei plenus, memorque præteriti, ac futuri ...dens: læto dolore, felicibus lachrymis abundat: quem sta... ...nulla voluptas occupatorum, nullæ vnquam vrbanæ deliciæ, ...regnorum fastus æquauerint. Inde suspiciens cœlum ac stellas, ...habirantem Dominum Deum suum, tota mente suspi... ..., & patriam cogitans, de exilii sui loco protinus ad ho... ...tantisper iucundæque lectionis studium conuertitur. ...que ita cibis pastus amœnissimis, multa cum pace animi, ventu... ...missitium præstolatur. *Franciscus Petrarcha de vita solita... lib.1. cap.2.*

...procul dubio singularis ac solitaria, non modo tranquillior, ...lior est atque securior. *ibid.c.4.*

...Solitudo veræ lætitiæ alumna videtur. In hac bonæ mentes sen... ...dilectationem sitam esse: In hac Tullio omnis sermo cum ...rus erat, in qua Mentem à mœrore & solicitudine recreabat: ex ...hanc dolores intestinos quasi souere visus. *Matth.Agric.in alt... Aurora.*

¶ Apophthegmata.

Cleanthes conspiciens quendam solitarium, ac secum loquen... ...Laudo, inquit, loqueris cum homine malo. Quidam ita refe... ...Vide, ne cum homine improbo laquaris: Malis enim pericu... ...est solitudo. *Laert.l.7.c.2.*

Pythas deprehensus aliquando solus, ac secum loquens, roga... ...quid solus ageret? Meditor, inquit, esse probus. Sentiens, adid ...lum esse solitudines, inutilem turbam. *Laert.l.9.c.11.*

Antisthenes ridere solebat Athenienses, subinde gloriantes, quod ...essent autochthones, hoc est, indigenæ: eo quod non aliunde eo ...immigrassent, nec patriam sedem mutassent vnquam, dicens, hoc laudis illis esse cum testudinibus cochleisque commune. Nam & hæc animantia nunquam mutant domicilium, in quo nascun... ...tur. *Laert.l.6.c.1.*

Idem rogatus, quid emolumenti accepisset ex philolophia? Vt me... ...cum, inquit, loqui, siue viuere possim. Doctus, etiamsi solus sit, non sentit tædium solitudinis: sed multa præclara suo cum animo ver... ...sans, atque etiam inutilis. *Laert.l.6.c.1.*

Myson incertæ patriæ μισάνθρωπος fuisse traditur, non alienus à moribus Timonis Athenien... Hunc quum quidam forte depre... ...hendisset in solitudine ridentem, rogabat, quid rideret, quum esset solus? Atqui ob hoc ipsum, inquit, rideo, subindicans, sibi grauis... ...simam esse solitudinem. *Laert.l.6.c.10.*

Antonius, magnus ille Ægypti monachus, quem ob insignem pietatem Constantinus Imperator plurimum amasse fertur, adeo vitam solitariam dilexit, vt frequenter dicere solitus sit: Quod pi... ...scis in arido, hoc monachus in oppido. Putau autem, lethalem esse piscibus extra vndas conuersationem: nec minus monachum in periculum cœlestis vitæ & perfectionis sanctioris amittendæ ve... ...nire, si moras in vrbibus trahat. *Nicephor. Callistus lib.8. cap.4. Eccles. hist.*

¶ Similitudines.

D. Chrysostomi. Cum athleta tantisper, dum domi se continet, ac cum nemine manus conserit, imbecillitatem, infirmitatemque suam occultare aliis potest: vbi vero nudato corpore in arenam decertaturus descenderit, tum facile apparet, quid ille possit: Eadem ratione, qui priuatam hanc & quietam vitam viuunt homines, solitudinem habent suorum vitiorum tanquam velamen quoddam, iidem rursus, cum in medium prodierunt, solitudinem illam, sicut vestem exuere, ac per externos aduentitiosque motus suos ipsorum animos nudos exhibere coguntur. *Lib.2. de Sacerdotio.*

Senecæ. Vt in aperto posita & exposita negliguntur ac prætereuntur, abstrusa petuntur insidiis: Ita qui valde latet, & vulgo semotus est, in huius vitam inquirunt homines, *apud Eras.*

Roterodami. Vbi complures vna faciunt iter, si quis fuerit lentior, ab aliis pergentibus vtcunque protrahitur: si quis æquo properantior, à cæteris retardatur. Contra, qui solus facit iter, aut studio perueniendi nimium festinat, aut tædio itineris refidet, & obdormiscit alicubi. Rursum qui solus ambulat, nonnunquam aberrat. Inter multos si quis aberrat, non deest, qui commonstret viam. Idem accedit in vita solitaria & gregaria. *in scholiis in epist. ad Rusticum monachum.*

¶ Adagia.

Ne musca quidem. *Plaut.in Trucul.*

Significamus autem hac prouerbiali hyperbole maximam solitudinem.

Nullum animal quod animal. *M.T.Cic.ad Attic.*

Terent. Vestigium nullum agnouit. *Metagenes certe periit. Facit iter per possessionem, in qua animal nullum erat. Idest, Maxima solitudo.*

Scytharum solitudo. Σκυθῶν ἐρημία.

Et de solitudine insigni, & de summis calamitatibus exitiosque dicitur.

Ingens rerum multitudo.

Quum admirandam hominum aut rerum seu malorum multitudinem indicare volumus: congruit illud Homeri:

Ὁσσατε φύλλα καὶ ἄνθεα γίγνεται ὥρῃ,
Ἠὲ μάλ' ἀμφὶ ἀδινὰ ἄνθεα πολλά.
Quot frondes, & quot sunt verno tempore flores,
Vtque globatarum muscarum examina multa.

¶ Exempla Historica.

Tatia Tatii filia, qui Romuli fuit collega in regno, postquam in Numæ Pompilii matrimonio tredecim annos fuisset, decessit, hinc Numa relicta vrbana vita plerunque rusticari & errare solitus fuit, egitque in lucis Deorum, sacrisque pratis ac solitudinibus. *Plut.in Numa.*

Pythagoras anno integro in subterraneo quodam specu latuit, vt hominibus aliquando prodesset, ab hominum commercio tantisper abstinere, deorumque colloquio frui volnit. *Laertius libro sexto.*

Timon Niceus gaudebat hortorum secessibus ac solitudine. Vnde Hieronymus Peripateticus de illo dixisse fertur: quemadmodum apud Scythas, & qui fugiunt, & qui insequuntur, torquent sagittas: itidem inter philosophos, alios persequendo discipulos cæpere, alios fugiendo, sequitur fama fugientem: & obidipsum auditus expetitur, qui celebritatem vitat. *Laert.l.9.c.12.*

Timoleon Corinthius, cum fratrem Timophanem tyrannidem affectantem occidi curasset, cuiusq; rei nomine à matre diris deuo...

cueretur, oppressus dolore, instituit se conficere inedia. *Plut. in Timoleonte. & Diod. l.16.*

M. Antonius post cladem Actiacam in Ægyptum vestus, relicta vrbe, & amicorum consuetudine, domicilium sibi in mari ad Pharum exstruxit, proiecto in altum aggere, idq; Timonium vocauit, atque ibi extorris ab hominibus egit. *Plut. in Anton.*

Vide Otium, Quies, Silentium. Item Monachus.

Somnium, Somnus.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

SOmnium Græce ὄναρ, ἀτος, τὸ, dicitur. Hebr. חלום est phantasma in somno factum, id est, apparitio phantastica in somno facta. *sec. Arist. l. de somno & vigilia.*

Somnium à Chrysippo sic diffinitur: Somnium est vis cernens & explanans, quæ à diis hominibus significantur in somnis. *ex Cic. lib. de diuinatione.*

Somnus, Græce ὕπνος, ὁ, & ἐνύπνιον, τὸ, somnium dicitur. Heb. Schenah & Tardemat. Est autem somnus primi sensitiui comprehensio, vt homo possit agere in necessitate quidem facta. *secundum Arist. lib. de somno & vigilia.*

Somnus est ligamentum omnium sensuum. *secund. Arist. lib. de somno & vigilia.*

Somnus est impotentia sentiendi, propter excessum vigilandi.

Somnus est passio naturalis, & conuentus caloris intrinsecus, vel naturalis reciprocratio, facta ex euaporatione vaporum à nutrimento, ingrossata à frigiditate cerebri, propter salutem animalis tuendam.

Somnus est quies animalium virtutum, cum intentione naturalium *secund. Auicen.* Vel est priuatio dispositionis animæ imperantis sensibus, & virtutibus exterioribus, in qua anima conuertitur ab exterioribus ad interiora.

¶ BIBLICI LOCI.

Somnia olim seruis Dei familiaria. *Num.12.6.* Somnia & visiones, in quibus Deus nonnunquam suam voluntatem aperiebat, *Gen 20. 3.& 28.12 & 31.24. & 37.v.5.9.& 40.8.& 41.1.& 46 2. Num.12.6. Iud.7. v.13.15.1. Sam.3.v.4 8.11.& 28.6.2. Sam.7.4.1. Reg.3.v.5.15. Iob.7.13.& 33.15 Dan.2.1.& 7.1.2. Macch.15.v.11.14. Matth.1.20.& 2.v.12,13. Act. 16.9.& 18.9.& 23.11.& 27.23.* Somnia & visiones, quæ non conueniunt cum verbo Dei, & doctrina Ecclesiæ sunt contemnenda, *Deut. 13.2 Eccl.5.2. Eccl.34.1.& Ie. Ierem.23.v.16.25.& 27.9.& 29.8.* Somniorum interpretatio à Deo est, *Gen.41.v.16.39. Dan.1.17.& 2.23.* Somniis non inhærendum. *Eccl.5.v.2.6.*

Somnus quibus suauis, *Eccl. 5, 11.* somno non indulgendum, *Prou.2.13.*

¶ SENTENTIAE BIBLICAE

Custodi legem atque consilium, & sequitur. Si dormieris, non timebis: quiesces, & suauis erit somnus tuus. *Prou.3.*

Dulcis est somnus operanti. *Eccl.5.*

Securus dormiens requiesces, & non erit, qui te exterreat, *Iob.11.*

Somniorum consideratio vana.

Multas curas sequuntur somnia. *Eccl 3.*

Vbi multa sunt somnia, plurimæ sunt vanitates, & sermones innumeri. Tu vero Deum time. *ibid.*

Somnia exto lunt imprudentes. Quasi qui apprehendit vmbram, & persequitur ventum: sic qui attendit ad visa mendacia. Ante faciem hominis similitudo alterius hominis, *Eccl.34.*

Obseruatio prophana.

Non augurabimini, nec obseruabitis somnia, *Leu.19.*

Et sicut parturientes cor tuum phantasias patitur, nisi ab altissimo fuerit emissa visitatio, ne dederis in illis cortuum: multos enim errare fecerunt somnia, & exciderunt sperantes in illis. *Eccl.24.*

¶ PATRVM SENTENTIAE.

Consuetudinem meam nosti, brevissimo somno vtor, & quasi interuigilo, satis mihi vigilare desisse, aliquando dormiisse me sentio, aliquando suspicor. *Hier. lib. illustrium virorum. epist. 87 loquens de seipso.*

Cum somnia contingunt, aut ventris repletione, aut inanitione, aut illusione, aut cogitatione simul, & illusione, aut reuelatione aut cogitatione simul, & reuelatione cogitationes sanctiores, cœlestiores, virtuosiores, sequuntur somnia blandiora & delectabiliora. *Greg. Moral 8 super illud Iob.7. Terribus me per somnia.*

Iturus in somnum aliquid tecum defer in memoria & cogitatione: in quo placide obdormias, quod etiam somniare iuuet. Sic tibi nox vt dies illuminatur, & nox illuminatio tua in delicias. de obdormies, in pace quiesces, facile euigilabis: surgens ad redeundum in id, vnde non totus discessisti.

Caue, serue Dei, quantum potes, ne totus quando dormit sit somnus tuus, non quies lassi, sed sepultura corporis sed reparatio, sed spiritus extinctio.

Quantum ad debitum continui processus, nihil temperit de vita nostra, quam quod somno deputatur. *Bernardus fratres de monte.*

¶ POETARVM DICTA.

Homer. in α. Iliad.

Καὶ γὰρ τ' ὄναρ ἐκ Διός ἐστιν.
Etenim somnium à Ioue est.

Idem in ξ. Iliad.

Ὕπνε ἄναξ πάντων τε θεῶν, πάντων θ' ἀνθρώπων
Somne rex omnium deorum. omnium hominum

Idem in ν. Odyss.

Ἥδιστος δαιτὸς ἀγχιστεύοις.
Suauissimus mortis proximè similis.

Menander.

Ὕπνος δὲ τῷ θανάτῳ προμελέτησις πάλαι.
Somnus mortis præmeditatio est.

Ὕπνος δὲ πᾶσιν ἐστιν ἡγεμὼν βίου.
Somnus autem omnibus est valetudo vitæ.

Ὕπνος τὰ μικρὰ τοῦ θανάτου μυστήρια.
Somnus parua mortis mysteria.

Ὕπνος πίστις σώματος σωτηρία.
Somnus est corporis salus.

Ὕπνος δὲ πενίαν τὴν κακὴν κατοδαμᾷ.
Somnus autem famem malas sinas domat.

Ouid. 11. Met.

Est prope Cimmerios longo spelunca recessu,
Mons eduus, ignaui domus & penetralia somni.
Quo nunquam radijs oriens, medius ve cadens ve
Phœbus adire potest: nebula caligine mixta
Exhalantur humo, dubiæq; crepuscula lucis.
Nil vigil ales ibi cristati cantibus oris
Euocat auroram, nec voce silentia rumpunt,
Solliciue canes, canibusq; sagacior anser:
Non fera, non pecudes, non mota flamine arbor,
Humanaue sonum reddunt conuicia linguæ.
Multa quies habitat, saxo tamen exit ab imo
Ritus aquæ Lethes: per quem cum murmure labens
Inuitat somnos crepitantibus vnda lapillis.
Ante fores antri fœcunda papauera florent,
Innumeræque herbæ, quarum de lacte soporem
Nox legit, & sparsit per opacas humida terras.
Ianua, ne verso stridorem cardine reddat,
Nulla domo tota est: custos in limine nullus.
At medio thorus est ebeno sublimis in antro
Plumeus, vnicolor, pullo velamine tectus,
Quo cubat ipse Deus membris languore solutis,
Hunc circa passim varias imitantia formas
Somnia vana iacent, totidem quot messis aristas
Sylua gerit frondes, eiectat littus arenas.

Senec. Herc. fur.

Vera miscens falsa futuris
Certus & idem pessimus actor.
Pater o rerum, portus vitæ,
Lucis requies, noctisq; comes,
Qui par Regi, famulog; venis,
Placidus fessum, leuisq; soues,
Pauidum lethi genus humanum,
Cogis longam discere mortem.

Sen. Herc. fur. act. 4.

Volucer matris genus Astræa,
Frater duræ languide mortis.

Sen. Herc. act. 4.

Tuque o domitor
Somne malorum, requies animi,
Pars humanæ melior vitæ.

Plaut. Most.

Non bonus est somnus homini de prandio.

Sen. Oct. Act. 4.

Quæcunq; mentis agitat infestus vigor,
Ea per quietem sacer, & arcanus refert,
Veloxque sensus.

Claud. præfat. 4. Honor.

Omnia quæ sensu voluuntur tota diurno,
Tempore nocturno reddit amica quies.
Venator defessa toro cum membra reponit,
Mens tamen ad syluas & sua lustra redit.
Iudicibus lites, auriga somnia curru,
Vanaque nocturnis meta canetur equis.

Portæ gaudet amans, permutat nauita merces,
Et segnile lapsas quærit auarus opes:
Blandaque largitur frustra sitientibus agris
Irriguus gelido pocula fonte sopor.
Me quoq; Musarum studium sub nocte silenti
Artibus assiduis sollicitare solet.
Namq; poli media stellantis in arce videbar
Ante pedes summi carmina ferre Iouis.
Hor. 3. Carm.

Somnus agrestium
Lenis virorum non humiles domos
Fastidit.
Sen. Herc. fur.

Peris miscens falsa, futuri
Certus, & idem pessimus author.
Ouid. 2. Amor. 9.

Tu leuis es, multoq; tuis ventosior alis,
Gaudia ambigua dasq; negasq; fide.
Tibull. 3. 4.

Somnia fallaci ludunt temeraria nocte,
Et pauidas mentes falsa timere iubent,
Plaut. in Rudente.

Nam qui dormiunt libenter, sine lucro & cum malo quiescunt.
Virg. Æneid. l. 6.

Tresque iacentem
Dulcis & alta quies, placidaeque simillima morti.
Ouid. 6. Fastorum.

Allicium somnos tempus, motusque merumque.
Idem l. 11. Metam. fab. 10

Somne quies rerum, placidissime somne deorum,
Pax animi, quem cura fugit, qui corpora duris
Fessa ministeriis mulces, reparasq; labori.
Ouid. Amor. l. 2. eleg. 9.

Infelix, tota quicunque quiescere nocte
Sustinet & somnos præmia magna vocas,
Dulce, quid est somnus? gelida nisi mortis imago,
Longa quiescendi tempora fata dabunt.
Thomas Morus.

Non es, dum in somno es, dum nec te viuere sentis,
Felix at somnum ni venias, miser es,
Quis felix igitur sorte indulgente superbit,
Inflatusq; leui prosperitate tumet:
Nox quoties venit, aut tortes iam desinit esse
Felix, aut toties incipis esse miser.
De somno æquante pauperem cum diuite.

Somne quies vitæ, spes & solamen egenti,
Diuitibus noctu quos facis esse pares.
Tristitia mulcens lethæo pectora rore,
Excutis & sensum totius inde mali.
Læta benignus opes inopi per somnia mittis,
Quid falsas rides diuitis opes inopis?
Diuitibus vere curas, tormenta, dolores,
Pauperibus falsæ gaudia vera ferunt.
Thomas Morus.

Indicibus lites, auriga somnia currus,
Vanaque nocturnis meta cauetur equis.
Venator defessa toro cum membra reponit,
Mens tamen ad syluas & sua lustra redit.
Gaudet amans sorte, permutat nauita merces,
Et vigil elapsas quærit auarus opes.
Blandaque largitur frustra sitientibus agris,
Irriguus gelido pocula fonte sopor.
Me quoq; Musarum studium sub nocte silenti
Artibus assiduis sollicitare solet.
Namq; poli media stellantis in arce videbar
Ante pedes summi carmina ferre Iouis.

¶ Sententiae Philosophicae.

At multa somnia falsa, immo obscura sortasse nobis, sed sint falsa quædam: contra vero quid dicimus? quæ quidem multo plura eueniunt, si ad quietem integri iremus, nunc onusti cibo & vino, perturbata & confusa cernimus. Vide, quid Socrates in Platonis politia loquatur. Dicit enim: Quum dormientibus ea pars animi, quæ mentis & rationis particeps sit, sopita langueat: illa autem, in qua feritas quædam sit, atque agrestis immanitas, quum sit immoderato obstupefacta potu, atque pastu, exulare eam in somno, immoderateq; iactari. Itaque huic omnia visa obiiciuntur, à mente ac ratione vacua, vt aut cum matre corpus miscere videatur, aut cum quouis alio vel homine, vel Deo, sæpe belua: atque etiam trucidare aliquem, & impie cruentari, multaque facere impure atque retro, cum temeritate atq; impudentia. At qui salubri & moderato cultu, atque victu quieti se tradiderit, ea parte animi, quæ mentis & consilii est, agitata, & erecta saturataque bonarum cogitationum epulis, eaque parte animi, quæ voluptate alitur, nec inopia enecta, nec fame ac afflueti, quorum vtrunq; perstringere aciem mentis solet, siue deest naturæ quippiam, siue abundat atq; effluit. Ita enim tertia parte animi, in qua irat um existit ardor, sedata atque restincta, tum eueniet, duabus animi temerariis partibus compressis, vt illa tertia pars rationis & mentis eluceat, & se vegetam ad somniandum, acremque præbeat: tum ei visa quietis occurrent tranquilla, atque veracia.

Iubet igitur Plato sic ad somnum proficisci corporibus affectis vt nihil sit, quod errorem animis perturbationemq; afferat, ex quo etiam Pythagoricis interdictum putatur, ne faba vescerentur, quod habet inflationem magnam: is cibus tranquillitatem mentis quærenti est contrarius. Quum ergo est somno seuocatus animus à societate, & contagione corporis, tum meminit præteritorum, præsentia cernit, futura præuidet: iacet enim corpus dormientis, vt mortui: viget autem & viuet animus, quod multo magis faciet post mortem, cum omnino ex corpore excesserit. *Cic. l. 1. de diuinat.*

Necesse est omne quod vigilat dormire.

Melancholici maxime vera somniant.

Somnus caufatur ex vaporatione cibi, quæ vadit ad cerebrum, & infrigidata descendit, & fit somnus, vide post cibum sortem, sunt somni.

Animalia magis nutriuntur & augmentantur dormiendo, quam vigilando.

Somnia non sunt missa à Deo, quia alia animalia somniant.

Si Deus emitteret somnia, euenirent sapientibus in die. *Arist. libr. de somno & vigilia.*

Somnus videtur esse medium inter viuere & non viuere. *Arist. l. 19. de animal.*

De inquietudine somniorum. Dial. lxxxvii.

Francisci Petrarchæ.

Dolor.

Somniis inquietor. R. Si verum est quod sapiens quidam ait, multas curas sequuntur somnia, quod vestri quoque approbant authores, radicem mali amputa, curas pelle, somnia quoq; pepuleris, quo enim quæso tot curas, & tam nihil profutura, in tam breui vita, de qua iam ab initio promissum est, qui torqueri iuuat, & turbidam curis vitis, & infestam somniis quietem vestra vobis facit amentia, diuinam prouidentiam vestro vultis superare consilio, neque sentitis, vt ex alto vestræ ridentur insaniæ, vestræque deliberationes illo de tempore, quod non solum extra vestrum arbitrium, sed etiam extra notitiam vestram est. Neque auditis Flaccum exclamantem, prudens venturi temporis exitium caliginosa nocte premit Deus, ridentque, si mortalis vltra fas trepidat. Omne tempus in vestram trahitis perniciem, de præterito mœsti, de præsenti anxii, de futuro pauidi, trepidique, deque his curis superuacuis dignos metitis manipulos, laborem vigilantes, consopiti somnia. Sin illud forte verũ est, quod vacantem quoque curis animam iniquietam somniis esse, vel natura hominis, vel peccatum cogit. Nonne cum ex mille somniis nec vnum verum esse, verum sit, postquam alterutro falli oporteat, satius est inquietari somniis, quam mulceri, & amara somniare, quam dulcia, mœsti enim somnii fallacia læta est, læti autem mœsti. De Somniis fatigor. R. Sperne totam hanc ineptiam, & quiesces, si id nequis, his te solare comitibus, qui similia passi sunt: his duobus nominatim, quos modo dicebam, dum de vigilia quereris.

¶ Apophthegmata.

Diogenes conspiciens adolescentem quendam neglectius dormientem, baculo pungens illum, dixit carmen Homeri:

Ἐγρεσθ᾽. Μήτις σοὶ ὺδὸν τι μεταφρένῳ ἐν δόρυ πῆξη.
Surge, Ne quis, dum morbis, à tergo infixerit hastam.

Laert. lib. 6.

Democr. diurnum somnum, aut corporis molestiam aliquam, aut animæ anxietatem, aut segnitiem, aut imperitiam arguere dicebat. *Ant. & Max ser. de somno.*

Æschines, somnum diuturniorem, quam deceat, dicebat mortuis potius, quam viuis conuenire. *Eod. serm.*

Philo sciscitatus, quid esset somnus? respondit, imago mortis, & cessatio sensuum. *ibid.*

Plato. Somnum multum neq; corporibus, neq; animis, neque rebus gerendis conducere affirmabat. Nemo enim, dum dormit, alicuius pretii est, non magis, quam si non viueret. Quare quicunq; viuere & sapere cupit maxime, quam longissimo tempore vigilet, sola sanitatis commoditate seruata. *Lib. 7. de Legib.*

Gorgias extremæ iam ætatis, quum sentiret somnum lethalem obrepere, amico, qui assidebat, percontanti. Quo pacto haberet? Somnus, inquit, iam incipit me fratri suo commendare. Homerus enim somni fratrem appellat mortem. *Ælian. lib. 2.*

Epaminondas quempiam è vigilibus somno oppressum quum offendisset, gladio hominem transfixit. Obiurgans autẽ ob tantam seueritatem: Talem, inquit, eum reliqui, qualem inueni. Sensit autem Imperator bellicosissimus, hominẽ somno oppressum, ac mortuum, in eadem esse sorte ac conditione. *Brus l. 6. c. 8.*

Alexander, cum deus ab adulatoribus vocaretur, se mortalem

esse dicebat, cum id deprehenderet ex somno, qui mortis imago est. *Plut. in vita Alex.*

Diogenes considerans hominum vitam & mores, ac videns ciuitatum gubernatores philosophos, & alios huius notæ homines, dicebat nullum animal homine sapientius esse. Idem si videret somniorum interpretes, coniectores, &c. aiebat, sibi nihil homine videri stultius. *Laert. l. 6. & Eras. l. 3. apoph.*

Idem, superstitionem hominum, qui in somniis terrerentur, hoc pacto irridebat: Quæ vigilantes, inquit, agitis, ea non curatis: quæ vero dormientes somniatis, solicite perquiritis. Ad felicitatem enim aut infelicitatem hominis non tam refert, quid patiatur in somniis, quam quid agat vigilans. Ibi quoties aliquid turpe committit, oportebat metuere Deorum iram, ac tristem euentum, non si quid dormientibus sit visum. *Laert. l. 6.*

Thales interrogatus, quantum distaret à mendacio veritas? Quantum, inquit, oculi ab auribus. Sentiens, ea demum esse indubitatæ fidei, quæ contuemur oculis: fabulis hominum haud tuto credi. Eodem pertinet Homericum figmentum de somniis, quorum quæ subuolant per portam corneam, vera sunt: quæ per eburneam, vana. Corneæ portæ inuolucro designans oculos ob coloris similitudinem: eburneæ, os, ob candorem dentium. *Eras. l. 8. apoph.*

Zeno Eleates dicebat, suis quemq; in somniis deprehendere posse, quantum in philosophia profecisset, si nihil illic vel appeteret, vel faceret nefariæ rei. Tum enim animus in profunda tranquillitate constitutus, vegetos affectus prodit. Contra quæ vigilantes non audent profari, aut agere, ea noctu occurrunt in somniis. *Laert. l. 9. cap. 5.*

Anonymus, Quidam somniarat, se videre ouum ex lecti cubicularis fascia pendens illigatum. Id somnium retulit ap coniectorem: is iussit, vt eo loco foderet: defossum enim esse thesaurum. Fodit, & inuenit, & argenti paululum detulit ad coniectorem, de auro dissimulans. Tum coniector: & nid nihilne de vitello: Somniator inuenerat aurum argento circundatum in oui speciem, nec id latuit coniectorem. *Eras. lib. 6. apoph.*

¶ Similitvdines.

Plut. Heraclitus dixit, vigilantibus vnum communem esse mundum, sopitos in suum quemque discedere, At superstitiosus ne vigilans quidem communi cum aliis mundo fruitur, semper somniante cogitatione. *in Moral.*

Comicus venuste dixit de iis, qui lectos inaurant ac deargentant: eum dii nihil nobis gratis dederint, nisi somnum, cur id sibi magno volunt constare? At cum dii somnium nobis dederint curarum & laborum delinimentum, superstitiosus sibi illum reddit carnificium. *in Moral.*

Syracidæ, Quasi qui apprehendit vmbram, & qui persequitur ventos: Sic qui intendit in somniis. *Eccl. c. 34.*

Chrysostomi, Quemadmodum pueri vilium rerum spectacula admirantur & obstupescunt, pilis, trochis, talis inhiant, magnas autem res ne cogitatione quidem capere possunt: Ita & peccatores præsentia reputant, mirantur ad somnia. *Homil. 70. in Ioannem.*

Gregorii Nyssen. Vt in terra humida, radiis solis calidioribus calefacta, vapores quidam nebulosi ex alto excitantur: Sic fit prope ad eundem modum in nostra terra, quum cibus naturali calore feruefactus fuerit. Nam cum vapores secundum naturam sint aerei, & in sublime ferantur, ad superiorem locum tum aspirantes in capite consident, ex quibus somnia nascuntur. *Apud Max. serm. 29.*

¶ Adagia.

Endymionis somnum dormis. Ἐνδυμίωνος ὕπνον κεκοίμησαι.

In eos quadrabit, qui se immodico somno saginant: aut qui diutino in otio versantur: nec vllis se negotiis exercent, sed mollem seriatamque agunt vitam. Arist.

Vltra Epimenidem dormis. ὑπὲρ τὸν Ἐπιμενίδην κεκοίμησαι.

In eos qui perpetuum agunt otium, somnoq; ignauæ prorsus dediti Gellius.

Salem vehens dormis. ἅλας ἄγων κεκοίμησαι.

Quadrabit in eum, qui in re periculosa socorditer atq; indulgenter agit.

Non decet principem solidam dormire noctem. Οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα.

Monet adagium, vigilantiam ac solicitudinem maxime conuenire principibus. Homer.

¶ Exempla Biblica.

Somniorum & reuelationum per illa factarum, *exempla:* Abimelech, *Gen.* 20. 3. *Iacob*, 28. 12. & 31. 11. Laban, v. 24. Iosephi, interpretis somnii, Pincernæ & Pistoris, 40. 5. Pharaonis, 41. cuiusdam Danitæ, *Iud.* 7. 13. Esdræ, 4. *Esd.* 11. 1. Mardochæi, *Esth.* 10. 5. & 11. v. 5. Nabuchodonosor. *Dan.* 7. 1.

¶ Profana Exempla.

Apud *Lucianum Mycillus*, per somnium opulentissimus experrectus, cerdo erat. Iro pauperior. *Theat. Tzung.*

Atlantes Africæ populi, nulla insomnia vident. *Herod. l. 4.*

Nero Cæsar nunquam somniare solitus, nisi post interfectam matrem. *Suetom.*

Otho Imp. dicitur ea nocte, quæ cædem Galbæ subsecuta est, quietem pauefactus gemitus maximos edidisse: repentino cursantibus humi ante lectum iacens, per omnia pacta priora nera manes Galbæ, à quo deturbari expellique se videret, tentasse. *Suetom.*

In Suecia septentrionali Gulo animal voracissimum, cuius pretiosissima. Dormientibus sub harum pellium tis euenire solent somnia ejus animalis naturæ conforma ingluuiem & insidias bestiarum. *Glauc. l. 18. c. 8.*

Theseus, Herculis consobrinus, virtutis eius vsque adeo vt præclara illius facta etiam in somnis sibi occurrerent. *Theff.*

Themistocli Miltiadis Persica trophæa non modo somnebant, sed & somnia condiebant. *Plut.*

M. Marcellus Cos. cum Annibale dimicando eo ferebatur vt sæpe etiam in somnis singulari certamine cum eo congredi. *Plut. in eius vita.*

Sophistica. Sophistæ.

¶ Definitio et etymolog.

SOphistica, logicæ veræ aduersaria, plus ostentationis vtilitatis, qua præceptorum nefariorum stulti discipu fallacibus conclusiunculis aduersarium irretire, atque nectere, quibus quæ falsissima sunt vera esse videantur.

¶ Sententiæ Biblicæ.

Dicentes se esse sapientes stulti facti sunt. *Rom.* 1. 22.

Ne quis sapiat supra quam oportet sapere, sed sapiat tem. *Rom* 12. 3.

Scientia inflat, charitas vero ædificat. Si quis autem scire aliquid, nondum quicquam nouit, sicut oportet sc

Si quis videtur contentiosus, nos talem consuetudi bemus, neque Ecclesiæ Dei. 1. *Cor.* 11. 16.

Non qui seipsum commendat ille probatus est, sed minus commendat. 2. *Cor.* 10. 18.

Ne simus amplius pueri qui fluctuemus & circumfer vis vento doctrinæ, in hominum alea, in veteratoria ad lendum versutia. *Ephes.* 4. 14.

Nihil gerere per contentionem neque per inanem glo *lip.* 2. 3.

Horum Deus venter, & gloria in confusione ipsorum, sapiunt. *Phil* 3. 19.

Videte ne quis vos decipiat per philosophiam & inti ciam. *Coloss* 2. 8.

Improbi homines & impostores procedent in peius, tum tes alios, tum seducti ipsi, 2. *Tim.* 3. 13.

Vniuersas domos subuertunt, docentes quæ non oport lucri gratia. *Tit.* 1. 11.

Doctrinis variis & peregrinis nolite abduci. *Hebr.*

¶ Sententiæ Patrvm.

Philosophiam nomine habituque profitentur quidam, præstant dignum hac professione. *Iustin. Martyr. in 2. Apo stianis.*

Veteratorie instructa persuadendi arte, seducunt mentes torum. *Item:* Verborum artificio simplices eo probabi cunt, vt aliquo modo inquirant: sed improbaliter ipso dum aduersus summum opificem impiam reddunt & bla ipsorum mentem: ita vt ne verum quidem à falso discer sint. *Irenæus, in præf. l. 1. adu. hæreses.*

Non ostenditur per se impostura, ne nuda deprehendat mictu verisimili callide ornata, ita vt imperitioribus videa na specie se ipsa veritate veriorem exhibere. *Idem, ibid.*

Sophistæ verborum magis volunt esse, quam discipuli v *Idem, lib. 3. cap* 40.

Quidam se ipsos erigentes calumnias verbis inuenire co contentiosas comparantes quæstiunculas, distinctiuncular tores, pusillarum quarundam artium æmulatores, litigat giorum consarcinatores. Ob hanc autem efferentes se sophi lices, canoris quibusdam suis nugis garrientes, cum in nomi lectu & certa dictionum compositione ac connexione tota borant, cicadis apparent loquaciores. *Clem. Alex. Stromat. 1.*

Sophistarum elocutiones non solum multorum oculos gunt, eosq; seducunt, sed nonnunquam etiam vim adferen cam reportant victoriam. *Idem, eod lib.*

Inani sapientiæ opinione elati perpetuo litigant, aperte tes, se magis curare vt videantur, quam vt philosophentur.

Loquacitatem facundiam existimant: impudentiam tiam deputant: & maledicere singulis officium bonæ conci iudicant. *Tertull. l. adu. Hermogenem, c. 1.* Hæreticorum pa sunt philosophi. *c. 8.* Iis fere mos est, simplicia quæq; torquere Simplicitatem comunium verborũ torquent in quæstionem.

Quæ

cueretur, oppressus dolore, instituit se conficere inedia. *Plut. in Timoleonte. & Diod. l.16.*

M. Antonius post cladem Actiacam in Ægyptum vestus, relicta vrbe, & amicorum consuetudine, domicilium sibi in mari ad Pharum exstruxit, proiecto in altum aggere, idq; Timonium vocauit, atque ibi extorris ab hominibus egit. *Plut. in Anton.*

Vide Otium, Quies, Silentium. Item Monachus.

Somnium, Somnus.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

SOmnium Græce ὄναρ, ἀτος, τὸ, dicitur. Hebr. חלום est phantasma in somno factum, id est, apparitio phantastica in somno facta. *sec. Arist. l. de somno & vigilia.*

Somnium à Chrysippo sic diffinitur: Somnium est vis cernens & explanans, quæ à diis hominibus significantur in somnis. *ex Cic. lib. de diuinatione.*

Somnus, Græce ὕπνος, ὁ, & ἐνύπνιον, τὸ, somnium dicitur. Heb. Schenah & Tardemat. Est autem somnus primi sensitiui comprehensio, vt homo possit agere in necessitate quidem facta. *secundum Arist. lib. de somno & vigilia.*

Somnus est ligamentum omnium sensuum. *secund. Arist. lib. de somno & vigilia.*

Somnus est impotentia sentiendi, propter excessum vigilandi.

Somnus est passio naturalis, & conuentus caloris intrinsecus, vel naturalis reciprocratio, facta ex euaporatione vaporum à nutrimento, ingrossata à frigiditate cerebri, propter salutem animalis tuendam.

Somnus est quies animalium virtutum, cum intentione naturalium *secund. Auicen.* Vel est priuatio dispositionis animæ imperantis sensibus, & virtutibus exterioribus, in qua anima conuertitur ab exterioribus ad interiora.

¶ BIBLICI LOCI.

Somnia olim seruis Dei familiaria. *Num.12.6.* Somnia & visiones, in quibus Deus nonnunquam suam voluntatem aperiebat, *Gen 20. 3.& 28.12 & 31.24. & 37.v.5.9.& 40.8.& 41.1.& 46 2. Num.12.6. Iud.7. v.13.15.1. Sam.3.v.4 8.11.& 28.6.2. Sam.7.4.1. Reg.3.v.5.15. Iob.7.13.& 33.15 Dan.2.1.& 7.1.2. Macch.15.v.11.14. Matth.1.20.& 2.v.12,13. Act. 16.9.& 18.9.& 23.11.& 27.23.* Somnia & visiones, quæ non conueniunt cum verbo Dei, & doctrina Ecclesiæ sunt contemnenda, *Deut. 13.2 Eccl.5.2. Eccl.34.1.& Ie. Ierem.23.v.16.25.& 27.9.& 29.8.* Somniorum interpretatio à Deo est, *Gen.41.v.16.39. Dan.1.17.& 2.23.* Somniis non inhærendum. *Eccl.5.v.2.6.*

Somnus quibus suauis, *Eccl. 5, 11.* somno non indulgendum, *Prou.2.13.*

¶ SENTENTIAE BIBLICAE

Custodi legem atque consilium, & sequitur. Si dormieris, non timebis: quiesces, & suauis erit somnus tuus. *Prou.3.*

Dulcis est somnus operanti. *Eccl.5.*

Securus dormiens requiesces, & non erit, qui te exterreat, *Iob.11.*

Somniorum consideratio vana.

Multas curas sequuntur somnia. *Eccl 3.*

Vbi multa sunt somnia, plurimæ sunt vanitates, & sermones innumeri. Tu vero Deum time. *ibid.*

Somnia exto lunt imprudentes. Quasi qui apprehendit vmbram, & persequitur ventum: sic qui attendit ad visa mendacia. Ante faciem hominis similitudo alterius hominis, *Eccl.34.*

Obseruatio prophana.

Non augurabimini, nec obseruabitis somnia, *Leu.19.*

Et sicut parturientes cor tuum phantasias patitur, nisi ab altissimo fuerit emissa visitatio, ne dederis in illis cortuum: multos enim errare fecerunt somnia, & exciderunt sperantes in illis. *Eccl.24.*

¶ PATRVM SENTENTIAE.

Consuetudinem meam nosti, brevissimo somno vtor, & quasi interuigilo, satis mihi vigilare desisse, aliquando dormiisse me sentio, aliquando suspicor. *Hier. lib. illustrium virorum. epist. 87 loquens de seipso.*

Cum somnia contingunt, aut ventris repletione, aut inanitione, aut illusione, aut cogitatione simul, & illusione, aut reuelatione aut cogitatione simul, & reuelatione cogitationes sanctiores, cœlestiores, virtuosiores, sequuntur somnia blandiora & delectabiliora. *Greg. Moral 8 super illud Iob.7. Terribus me per somnia.*

Iturus in somnum aliquid tecum defer in memoria & cogitatione: in quo placide obdormias, quod etiam somniare iuuet. Sic tibi nox vt dies illuminatur, & nox illuminatio tua in delicias. de obdormies, in pace quiesces, facile euigilabis: surgens ad redeundum in id, vnde non totus discessisti.

Caue, serue Dei, quantum potes, ne totus quando dormit sit somnus tuus, non quies lassi, sed sepultura corporis sed reparatio, sed spiritus extinctio.

Quantum ad debitum continui processus, nihil temperit de vita nostra, quam quod somno deputatur. *Bernardus fratres de monte.*

¶ POETARVM DICTA.

Homer. in α. Iliad.

Καὶ γὰρ τ' ὄναρ ἐκ Διός ἐστιν.
Etenim somnium à Ioue est.

Idem in ξ. Iliad.

Ὕπνε ἄναξ πάντων τε θεῶν, πάντων θ' ἀνθρώπων
Somne rex omnium deorum. omnium hominum

Idem in ν. Odyss.

Ἥδιστος δαιτὸς ἀγχιστεύοις.
Suauissimus mortis proximè similis.

Menander.

Ὕπνος δὲ τῷ θανάτῳ προμελέτησις πάλαι.
Somnus mortis præmeditatio est.

Ὕπνος δὲ πᾶσιν ἐστιν ἡγεμὼν βίου.
Somnus autem omnibus est valetudo vitæ.

Ὕπνος τὰ μικρὰ τοῦ θανάτου μυστήρια.
Somnus parua mortis mysteria.

Ὕπνος πίστις σώματος σωτηρία.
Somnus est corporis salus.

Ὕπνος δὲ πενίαν τὴν κακὴν κατοδαμᾷ.
Somnus autem famem malas sinas domat.

Ouid. 11. Met.

Est prope Cimmerios longo spelunca recessu,
Mons eduus, ignaui domus & penetralia somni.
Quo nunquam radijs oriens, medius ve cadens ve
Phœbus adire potest: nebula caligine mixta
Exhalantur humo, dubiæq; crepuscula lucis.
Nil vigil ales ibi cristati cantibus oris
Euocat auroram, nec voce silentia rumpunt,
Solliciue canes, canibusq; sagacior anser:
Non fera, non pecudes, non mota flamine arbor,
Humanaue sonum reddunt conuicia linguæ.
Multa quies habitat, saxo tamen exit ab imo
Ritus aquæ Lethes: per quem cum murmure labens
Inuitat somnos crepitantibus vnda lapillis.
Ante fores antri fœcunda papauera florent,
Innumeræque herbæ, quarum de lacte soporem
Nox legit, & sparsit per opacas humida terras.
Ianua, ne verso stridorem cardine reddat,
Nulla domo tota est: custos in limine nullus.
At medio thorus est ebeno sublimis in antro
Plumeus, vnicolor, pullo velamine tectus,
Quo cubat ipse Deus membris languore solutis,
Hunc circa passim varias imitantia formas
Somnia vana iacent, totidem quot messis aristas
Sylua gerit frondes, eiectat littus arenas.

Senec. Herc. fur.

Vera miscens falsa futuris
Certus & idem pessimus actor.
Pater o rerum, portus vitæ,
Lucis requies, noctisq; comes,
Qui par Regi, famulog; venis,
Placidus fessum, leuisq; soues,
Pauidum lethi genus humanum,
Cogis longam discere mortem.

Sen. Herc. fur. act. 4.

Volucer matris genus Astræa,
Frater duræ languide mortis.

Sen. Herc. act. 4.

Tuque o domitor
Somne malorum, requies animi,
Pars humanæ melior vitæ.

Plaut. Most.

Non bonus est somnus homini de prandio.

Sen. Oct. Act. 4.

Quæcunq; mentis agitat infestus vigor,
Ea per quietem sacer, & arcanus refert,
Veloxque sensus.

Claud. præfat. 4. Honor.

Omnia quæ sensu voluuntur tota diurno,
Tempore nocturno reddit amica quies.
Venator defessa toro cum membra reponit,
Mens tamen ad syluas & sua lustra redit.
Iudicibus lites, auriga somnia curru,
Vanaque nocturnis meta canetur equis.

Portæ gaudet amans, permutat nauita merces,
Et segnile lapsas quærit auarus opes:
Blandaque largitur frustra sitientibus agris
Irriguus gelido pocula fonte sopor.
Me quoq; Musarum studium sub nocte silenti
Artibus assiduis sollicitare solet.
Namq; poli media stellantis in arce videbar
Ante pedes summi carmina ferre Iouis.
Hor. 3. Carm.

Somnus agrestium
Lenis virorum non humiles domos
Fastidit.
Sen. Herc. fur.

Peris miscens falsa, futuri
Certus, & idem pessimus author.
Ouid. 2. Amor. 9.

Tu leuis es, multoq; tuis ventosior alis,
Gaudia ambigua dasq; negasq; fide.
Tibull. 3. 4.

Somnia fallaci ludunt temeraria nocte,
Et pauidas mentes falsa timere iubent,
Plaut. in Rudente.

Nam qui dormiunt libenter, sine lucro & cum malo quiescunt.
Virg. Æneid. l. 6.

Tresque iacentem
Dulcis & alta quies, placidaeque simillima morti.
Ouid. 6. Fastorum.

Allicium somnos tempus, motusque merumque.
Idem l. 11. Metam. fab. 10

Somne quies rerum, placidissime somne deorum,
Pax animi, quem cura fugit, qui corpora duris
Fessa ministeriis mulces, reparasq; labori.
Ouid. Amor. l. 2. eleg. 9.

Infelix, tota quicunque quiescere nocte
Sustinet & somnos præmia magna vocas,
Dulce, quid est somnus? gelida nisi mortis imago,
Longa quiescendi tempora fata dabunt.
Thomas Morus.

Non es, dum in somno es, dum nec te viuere sentis,
Felix at somnum ni venias, miser es,
Quis felix igitur sorte indulgente superbit,
Inflatusq; leui prosperitate tumet:
Nox quoties venit, aut tortes iam desinit esse
Felix, aut toties incipis esse miser.
De somno æquante pauperem cum diuite.

Somne quies vitæ, spes & solamen egenti,
Diuitibus noctu quos facis esse pares.
Tristitia mulcens lethæo pectora rore,
Excutis & sensum totius inde mali.
Læta benignus opes inopi per somnia mittis,
Quid falsas rides diuitis opes inopis?
Diuitibus vere curas, tormenta, dolores,
Pauperibus falsæ gaudia vera ferunt.
Thomas Morus.

Indicibus lites, auriga somnia currus,
Vanaque nocturnis meta cauetur equis.
Venator defessa toro cum membra reponit,
Mens tamen ad syluas & sua lustra redit.
Gaudet amans sorte, permutat nauita merces,
Et vigil elapsas quærit auarus opes.
Blandaque largitur frustra sitientibus agris,
Irriguus gelido pocula fonte sopor.
Me quoq; Musarum studium sub nocte silenti
Artibus assiduis sollicitare solet.
Namq; poli media stellantis in arce videbar
Ante pedes summi carmina ferre Iouis.

¶ Sententiae Philosophicae.

At multa somnia falsa, immo obscura sortasse nobis, sed sint falsa quædam: contra vero quid dicimus? quæ quidem multo plura eueniunt, si ad quietem integri iremus, nunc onusti cibo & vino, perturbata & confusa cernimus. Vide, quid Socrates in Platonis politia loquatur. Dicit enim: Quum dormientibus ea pars animi, quæ mentis & rationis particeps sit, sopita langueat: illa autem, in qua feritas quædam sit, atque agrestis immanitas, quum sit immoderato obstupefacta potu, atque pastu, exulare eam in somno, immoderateq; iactari. Itaque huic omnia visa obiiciuntur, à mente ac ratione vacua, vt aut cum matre corpus miscere videatur, aut cum quouis alio vel homine, vel Deo, sæpe belua: atque etiam trucidare aliquem, & impie cruentari, multaque facere impure atque retro, cum temeritate atq; impudentia. At qui salubri & moderato cultu, atque victu quieti se tradiderit, ea parte animi, quæ mentis & consilii est, agitata, & erecta saturataque bonarum cogitationum epulis, eaque parte animi, quæ voluptate alitur, nec inopia enecta, nec fame ac afflueti, quorum vtrunq; perstringere aciem mentis solet, siue deest naturæ quippiam, siue abundat atq; effluit. Ita enim tertia parte animi, in qua irat um existit ardor, sedata atque restincta, tum eueniet, duabus animi temerariis partibus compressis, vt illa tertia pars rationis & mentis eluceat, & se vegetam ad somniandum, acremque præbeat: tum ei visa quietis occurrent tranquilla, atque veracia.

Iubet igitur Plato sic ad somnum proficisci corporibus affectis vt nihil sit, quod errorem animis perturbationemq; afferat, ex quo etiam Pythagoricis interdictum putatur, ne faba vescerentur, quod habet inflationem magnam: is cibus tranquillitatem mentis quærenti est contrarius. Quum ergo est somno seuocatus animus à societate, & contagione corporis, tum meminit præteritorum, præsentia cernit, futura præuidet: iacet enim corpus dormientis, vt mortui: viget autem & viuet animus, quod multo magis faciet post mortem, cum omnino ex corpore excesserit. *Cic. l. 1. de diuinat.*

Necesse est omne quod vigilat dormire.

Melancholici maxime vera somniant.

Somnus caufatur ex vaporatione cibi, quæ vadit ad cerebrum, & infrigidata descendit, & fit somnus, vide post cibum sortem, sunt somni.

Animalia magis nutriuntur & augmentantur dormiendo, quam vigilando.

Somnia non sunt missa à Deo, quia alia animalia somniant.

Si Deus emitteret somnia, euenirent sapientibus in die. *Arist. libr. de somno & vigilia.*

Somnus videtur esse medium inter viuere & non viuere. *Arist. l. 19. de animal.*

De inquietudine somniorum. Dial. lxxxvii.

Francisci Petrarchæ.

Dolor.

Somniis inquietor. R. Si verum est quod sapiens quidam ait, multas curas sequuntur somnia, quod vestri quoque approbant authores, radicem mali amputa, curas pelle, somnia quoq; pepuleris, quo enim quæso tot curas, & tam nihil profutura, in tam breui vita, de qua iam ab initio promissum est, qui torqueri iuuat, & turbidam curis vitis, & infestam somniis quietem vestra vobis facit amentia, diuinam prouidentiam vestro vultis superare consilio, neque sentitis, vt ex alto vestræ ridentur insaniæ, vestræque deliberationes illo de tempore, quod non solum extra vestrum arbitrium, sed etiam extra notitiam vestram est. Neque auditis Flaccum exclamantem, prudens venturi temporis exitium caliginosa nocte premit Deus, ridentque, si mortalis vltra fas trepidat. Omne tempus in vestram trahitis perniciem, de præterito mœsti, de præsenti anxii, de futuro pauidi, trepidique, deque his curis superuacuis dignos metitis manipulos, laborem vigilantes, consopiti somnia. Sin illud forte verũ est, quod vacantem quoque curis animam iniquietam somniis esse, vel natura hominis, vel peccatum cogit. Nonne cum ex mille somniis nec vnum verum esse, verum sit, postquam alterutro falli oporteat, satius est inquietari somniis, quam mulceri, & amara somniare, quam dulcia, mœsti enim somnii fallacia læta est, læti autem mœsti. De Somniis fatigor. R. Sperne totam hanc ineptiam, & quiesces, si id nequis, his te solare comitibus, qui similia passi sunt: his duobus nominatim, quos modo dicebam, dum de vigilia quereris.

¶ Apophthegmata.

Diogenes conspiciens adolescentem quendam neglectius dormientem, baculo pungens illum, dixit carmen Homeri:

Ἐγρεσθ᾽. Μήτις σοὶ ὺδὸν τι μεταφρένῳ ἐν δόρυ πῆξη.
Surge, Ne quis, dum morbis, à tergo infixerit hastam.

Laert. lib. 6.

Democr. diurnum somnum, aut corporis molestiam aliquam, aut animæ anxietatem, aut segnitiem, aut imperitiam arguere dicebat. *Ant. & Max ser. de somno.*

Æschines, somnum diuturniorem, quam deceat, dicebat mortuis potius, quam viuis conuenire. *Eod. serm.*

Philo sciscitatus, quid esset somnus? respondit, imago mortis, & cessatio sensuum. *ibid.*

Plato. Somnum multum neq; corporibus, neq; animis, neque rebus gerendis conducere affirmabat. Nemo enim, dum dormit, alicuius pretii est, non magis, quam si non viueret. Quare quicunq; viuere & sapere cupit maxime, quam longissimo tempore vigilet, sola sanitatis commoditate seruata. *Lib. 7. de Legib.*

Gorgias extremæ iam ætatis, quum sentiret somnum lethalem obrepere, amico, qui assidebat, percontanti. Quo pacto haberet? Somnus, inquit, iam incipit me fratri suo commendare. Homerus enim somni fratrem appellat mortem. *Ælian. lib. 2.*

Epaminondas quempiam è vigilibus somno oppressum quum offendisset, gladio hominem transfixit. Obiurgans autẽ ob tantam seueritatem: Talem, inquit, eum reliqui, qualem inueni. Sensit autem Imperator bellicosissimus, hominẽ somno oppressum, ac mortuum, in eadem esse sorte ac conditione. *Brus l. 6. c. 8.*

Alexander, cum deus ab adulatoribus vocaretur, se mortalem

esse dicebat, cum id deprehenderet ex somno, qui mortis imago est. *Plut. in vita Alex.*

Diogenes considerans hominum vitam & mores, ac videns ciuitatum gubernatores philosophos, & alios huius notæ homines, dicebat nullum animal homine sapientius esse. Idem si videret somniorum interpretes, coniectores, &c. aiebat, sibi nihil homine videri stultius. *Laert. l. 6. & Eras. l. 3. apoph.*

Idem, superstitionem hominum, qui in somniis terrerentur, hoc pacto irridebat: Quæ vigilantes, inquit, agitis, ea non curatis: quæ vero dormientes somniatis, solicite perquiritis. Ad felicitatem enim aut infelicitatem hominis non tam refert, quid patiatur in somniis, quam quid agat vigilans. Ibi quoties aliquid turpe committit, oportebat metuere Deorum iram, ac tristem euentum, non si quid dormientibus sit visum. *Laert. l. 6.*

Thales interrogatus, quantum distaret à mendacio veritas? Quantum, inquit, oculi ab auribus. Sentiens, ea demum esse indubitatæ fidei, quæ contuemur oculis: fabulis hominum haud tuto credi. Eodem pertinet Homericum figmentum de somniis, quorum quæ subuolant per portam corneam, vera sunt: quæ per eburneam, vana. Corneæ portæ inuolucro designans oculos ob coloris similitudinem: eburneæ, os, ob candorem dentium. *Eras. l. 8. apoph.*

Zeno Eleates dicebat, suis quemq; in somniis deprehendere posse, quantum in philosophia profecisset, si nihil illic vel appeteret, vel faceret nefariæ rei. Tum enim animus in profunda tranquillitate constitutus, vegetos affectus prodit. Contra quæ vigilantes non audent profari, aut agere, ea noctu occurrunt in somniis. *Laert. l. 9. cap. 5.*

Anonymus, Quidam somniarat, se videre ouum ex lecti cubicularis fascia pendens illigatum. Id somnium retulit ap coniectorem: is iussit, vt eo loco foderet: defossum enim esse thesaurum. Fodit, & inuenit, & argenti paululum detulit ad coniectorem, de auro dissimulans. Tum coniector: & nid nihilne de vitello: Somniator inuenerat aurum argento circundatum in oui speciem, nec id latuit coniectorem. *Eras. lib. 6. apoph.*

¶ Similitvdines.

Plut. Heraclitus dixit, vigilantibus vnum communem esse mundum, sopitos in suum quemque discedere, At superstitiosus ne vigilans quidem communi cum aliis mundo fruitur, semper somniante cogitatione. *in Moral.*

Comicus venuste dixit de iis, qui lectos inaurant ac deargentant: eum dii nihil nobis gratis dederint, nisi somnum, cur id sibi magno volunt constare? At cum dii somnium nobis dederint curarum & laborum delinimentum, superstitiosus sibi illum reddit carnificium. *in Moral.*

Syracidæ, Quasi qui apprehendit vmbram, & qui persequitur ventos: Sic qui intendit in somniis. *Eccl. c. 34.*

Chrysostomi, Quemadmodum pueri vilium rerum spectacula admirantur & obstupescunt, pilis, trochis, talis inhiant, magnas autem res ne cogitatione quidem capere possunt: Ita & peccatores præsentia reputant, mirantur ad somnia. *Homil. 70. in Ioannem.*

Moneo igitur Sophistarum præcepta vitanda esse, philosopho- rum vero sententias non aspernandas. Nam Sophistæ aucupantur eos qui diuites sunt & iuuenes: philosophi omnibus communes sunt & amici: fortunas autem hominum vt non obseruant, ita neq; con- temnant. Nec vero probaueris illos, qui lucrum temere sequuntur, siue publicum siue priuatum, considerans optimus quidem ex illis, propter ea quæ bene faciunt, sed assiduis laboribus inclarescere: ma- los vero & male se habere, & suis vitiis innotescere: qui quum & pri- uatorum res & reipublicæ sibi vindicent, ad communem salutem minus adiumenti adferunt quam priuati, & corporibus ad bellum ignauis & indecoris sunt, quum laborem tolerare nequeunt. *Xe- noph. de venat. circa finem.*

¶ Apophthegmata.

Socrates, Euclidi contentiosarum argutationum admodum stu- dioso: Sophistis, inquit, ô Euclines, vti poteris, hominibus non po- teris iudicans, sophisticè inutilem ad publicas functiones, quas qui affectat, eum non oportet gryphis, & inanibus argutiis ludere, sed hominum moribus semet accommodare. *Eras. lib3. apoph.*

Plato, quum à Dionysio fastidiretur, poposcit congrediendi co- piam, ea data, hunc in modum disseruit: Si quem sentires in Siciliam appulisse, hoc animo, vt tibi malefaceret, qui tamen non data opportunitate nihil mali faceret, an hunc impune dimit- teres? Quum Dionysius respondisset, nequaquam, ô Plato: Oper- tet enim hostium non facta solum, verum & animi propositum vicisci. Plato subiecit: Tum si quis tibi bene volens venisset in Si- ciliam, vt tibi boni quippiam adferret, non faciat autem, destitu- tus occasione, num par esset hunc nulla relata gratia contemptum abiicere Dionysio percontante, quis esset ille? Æschines, inquit,

morum sanctimonia cum quouis amicorum Socratis conferens. & qui possit dicendo meliores reddere, cum quibus habet consuetudinem. Is cum huc multum maris emensus adnauigarit, vt suam philosophiam tibi impertiret, hactenus neglectus est. Hæc tam commoda oratio effecit, vt rex & Platonem, cui prius erat infensior, emplecteretur, & Æschinem splendide magnificeq; tractaret. *Laer. lib. 3.*

Hippobotus Pythagoreus. Examinandos probandosque sophistas esse dicebat, an secundum leges & instituta ciuilia, idoneumq; seu proprium viuendi genus, vtilia proloquantur. Non mediocrem enim, inquit, sed maximam in felicitatem hominum animis sophistarum dissertationes ingenerant: si quid ausi fuerint innouare præter commune iudicium, in diuinis humanisque rebus, quo admisso, neq; veritas maior, neq; vita tutior honestiorve futura est, sed maiori potius caligine atque perturbatione inuoluenda. *Stob. serm 41.*

Diogenes, cuidam sophisticis argutationibus colligenti, quod Diogenes haberet cornua, frontem & tempora manu contrectans: Atqui (inquit) ego non video. Maluit philosophus irridere friuolum enthymema, quam soluere. *Laer. l. 2. c. 2.*

Idem. Plato sic definierat hominem: Homo est animal bipes, implume. Et definitioni, quum discipuli Platonis applauderent, Diogenes gallum gallinaceum pennis ac plumis nudatum produxit in scholam: En, inquiens, hic est homo Platonis. Itaq; definitioni adiectum est, latis unguibus, quod aues eiusmodi non habent. *Laer. lib. 6.*

Idem. Sophista quidam volens apud Diogenem ostentare acumen ingenii, hunc in modum ratiocinatus est: Quod ego sum, tu non es. Cum annuisset Diogenes, ego, inquit, sum homo, igitur tu non es homo. Tum Diogenes: A me, inquit, incipe, & recte colligeris. Non dignatus est aperire, quid haberet vitii ratiocinatio: sed maluit irridere, de tam friuole nugis sibi placentem. Si sic sumpsisset: Tu es homo: sequebatur, sophistam non esse hominem. *Laert. lib. 6.*

Zeno. Quum Zeno in scholis differeus acutissimis rationibus probaret, nullum esse motum, nec esse posse: Diogenes surgens, cœpit inambulare. Id admiratus Zeno: Quid, inquit, agis Diogenes? Confuto, inquit, tuas rationes. Taxans interim inanem ingenii ostentationem. *Laer. lib. 6.*

Stilpo, Colebat arputias Dialecticas, quarum vna parum illi feliciter cessit. De statua Mineruæ, quam Phidias finxerat, ita percontatus est: Num Iouis Minerua Dea est? Quum responsum esset, est: At hæc, inquit, non est Iouis, sed Phidiæ. Id quum esset concessum, collegit, Non est igitur hæc Dea. Ob hanc vocem apud Areopagitas impietatis reus peractus est. Ille vero sic conatus est elabi, vt diceret, non negasse illam esse Deam sed Deum, hoc est, masculum: nam θεὸς apud Atticos communis est generis attamen iussus est ire in exilium. Theodorus autem cognomento ἄθεος his auditis: Vnde hoc nouit Stilpo, nisi forte sublatis vestibus inspexit Mineruam. *Laer. li 2. c. 11.*

Hipparchia Metrocles soror Theodorum impium, cui cognomen erat ἄθεος, huiusmodi sophismate constrinxit: Quod faciens Theodorus non dicitur iniuste agere, idem si faciat Hipparchia non dicetur iniuste agere? Quum annuisset ille, subiecit: sed Theodorus seipsum percutiens non diceretur iniuste agere, nec igitur Hipparchia si idem faceret? Ad id Teodorus nihil respondit, sed sustulit illius pallium, vt enudaret pudenda. Quum illa nihil hac re turbaretur, obiecit ei versu iambico, quod è muliebribus officiis ad virile institutum defecisset:

Τυνὴ τὰς παρ' ἑστοῖς ἐκλιποῦσα κερκίδας.
Radios apud telas reliquit fœmina.

Cui illa: Num tibi videor mihi consuluisse, quæ quod temporis impensura fueram telis, impendi disciplinis? *Erasm. in Laert. libro 6.*

Aristarchus dicere solitus est: Olim vixerant septem sapientes, nunc haud facile totidem inuenias idiotas. Notans sophistarum turbam qui se pro sapientibus iactabant, vt vix superesset qui se profiteretur indoctum. *Eras. li. 6. apoph.*

Ariston dicere solebat, Dialecticorum argutias similes esse telis aranearum, quod plurimum haberent artificii, minimum vtilitatis. Nam is cum cæteris Cynicis putabat logicen ac physicen à philosophia submouendam, solam ethicen diligenter exercendam. Huius sententiæ princeps fuit Socrates. *Eras. Roter. li 8 apoph.*

Menedemus, percontanti cuidam Alexino, an patrem cædere desisset? respondit: Nèq; cæcidi, neq; desii. Quum alter subiecisset, oportere soluere ambiguitatem per ναι & οὐ aut affirmando, aut negando: Ridiculum, inquit, est vestras sequi leges, quum liceat in portis occurrere. Alter castabat illum insidiosa percontatione: siue enim respondisset, Desidi siue non desii, agnouisset crimen. Ille hoc præsentiens, excluit sophisticum cauillum. Sic & Socrates apud Platonem obiurgatur à sophista, quod secus respondeat, quam ipsis esset commodum. *Laer. li. 2. apoph. 8*

Demonax, Adolescenti lasciuius culto, qui quæstionem sophisticam proposuerat, nihil aliud respondit, quam τίνος ἕνεκα ἀνήκεις ἐπὶ τοῦτο; Ad quid conficiendum, quod colligis? & adolescens confusus est, ad conficiendum, quod colligit. & ad obtorquendum. Quumque adolescens indignatus respondisset. At ego tibi ostendam: Demonax admiranti similis, Quid, inquit, mirum habes? *Eras. l. 8. apoph.*

Ludo. XII. Gall. rex. Franciscanus quidam magnis concionibus disputationibus coram rege concionem claudens, audito, & sophistam detestante, testatus est, qui magis audisse neminem: & futurum, vt posthac à concionibus abstinerer, nisi concionatores inter se lites eas bona fide sererent. *Annal. Francia.*

¶ Similitvdines.

Nazianzeni. Athenis ex iuuenibus quamplurimi, in sophistas etiam circa sophisticam desipiunt, non ingenio & nomine obscuri, sed generosiores iam & elatiores, ni multitudo inter se decertant, quum moribus præcipitibus, & haud facile cohiberi possint: ac ideo videoidem quod & equorum ac spectaculorum amatoribus, in aduersariorum. Salutant enim, clamant, pulueremin gunt, in aurigis sedentes, aerem verberant, sequos dig flagellis eum coniungentibus coniungunt: & quum domini, facile inuicem concedunt aurigas, equos, rum, præfectos: ac quinam sunt illi? vt plurimum insciperes, & qui nec tantum habent, vt vno sustineamur modo & ii, in his admodum pro doctoribus sunt adueraris indignantur: quo ipsi plures existant, ac rum illi curam gerunt præcipuam, locupletiores redamodum absurda est partes, & infelix. *De laudibus*

Olympiodori. Quæsiui ego scire, quænam hæc sit phistarum stultitia & turbatio, & inconstans error, ductio: & inueni demum, hanc ipsorum sapientiam se adulteræ mulieri. Sicut enim illa blandis sermonibus iuuenes lactat. Ita & hæc stultos venatur, irretitos laqueis & sagenis. Ac sicut illa molli contrectatione git, fractamq; deuincit: Ita hæc mala eadem adducit tionis concentu. *in Eccles. ca. 7.*

Dionis Nicæi. Quemadmodum indoctæ & lasciuæ canes, non intelligentes neque cognoscentes vestigia, lias voce & forma: ex scientibus autem atq; videntibus sequuntur, stultiores propemodum, quam illæ, quæ fr Exillis hæ, quæ vocem non emittunt: sed silent, ipsæ piuntur: hæ vero petulantissimæ sunt, quæ priores multum excitantes atq; eo imitantur, vt alias seducant. quiddam inuenias & circa eos, qui dicuntur sophistæ, multa sequitur turba stolidorum hominum: & intelligi nihil homo sophista ab libidinoso eunucho differt. *orat. 4.*

Senecæ. Vt præstigiatorum fraudes fallunt & cum vol sophisticis argutis capi ridiculum est, non periculosum.

Plinii. Vt bonaso cornua oneri sunt tantum, nulli deo sunt in se reflexa: Ita sophistæ Dialecticen habent, sed nem reuincere possint, adeo est intorta. *Libro 8. ca. 15.*

Roterodami. Vt cibi male olentes non videntur male ederint: Ita spurcæ Scotistarum & sophistarum litera melioribus imbutos literis vehementer offendant, moueant, eos qui nugas isthuiusmodi imbiberunt, nihil imo bellæ videntur & elegantes. *in simil.*

Vt Panthera bene olet, sed non nisi bestiis, quas ad ferminibus item non olet: Ita Scotus bonis ingenis grauis istis & bardis quouis aromate gratior. *in simil.*

Thriuerii. Sophistæ, qui in veterum Dialecticas com scribunt: similes indoctis pictoribus, qui, dum veterum lustrare volunt, in ipsis omne artificium peruenerunt. *rhegm. 99.*

Sophistæ, similes pueris nequam, qui gaudent pugnar ter æquales concitare, nequeunt pugnantes dirimere. gis possunt opiniones varias congerere, quam digerere ponere. *in apoph. 110.*

Aues, quæ se possunt expedire magnis retibus, rebunt in aranearum telis. Et qui veram nouit artis facile explicabit se nugacibus sophismatibus. *in apoph* 120.

¶ Poetici Versvs.

In Sophistas.

Hegesander.

Οφρυανασπασίδαι, ἰύγγες κερπιπτῆνες ἀείρουσι, Σακκοφορεῦντες φρεῖς, καὶ λεπαδαυχένιοι.

Ιμαντω πέριξαλλοι, ηλιπορχιβλεπέλαοι,
Νυκτιλαθαριόφαγοι, νυκτιπατιπλάγιοι,
Μυρμηξαπάται, καὶ συλλαβοπευσιλαβηταί,
Δοξοματαιόσοφοι, ζητιρητησίαδαι.
Et ex lepidissima eruditissimi viri versione, ad verbum.
Siloni caperones, vibrissas peromenti,
Manticobarbicolæ, ex tenebropatinæ,
Obsuffarcinamicti, plani lucerni tuentes,
Nocti latentiuori, nocti dolostudii,
Pulli premoplagii, sutelocaptiotricæ,
Rumigeraucupidæ, nugicanoricrepæ.

Eiusdem.

De disputatoribus seu Rixatoribus Sophistis,
Epigramma.

Quo te ambulando cunque vectas gentium,
Vitare non est disputatorum genus,
Pugnax, proteruum, factiosum, garrulum,
Quos pacis hostes vltima hac ætas tulit:
Qui nocte lucem, nigra vertunt candidis,
Et quæstionum tristitate condiunt
Natas in vsum sobrii soci dapes.
Hos nec decorum est, nec tutum, refellere.
Tali hoste victo, quis triumphus te manet.
Luctuante eodem, pugna gliscit acrior:
Nec dignitatem fronte ferrea pudor
Expressus auget, alacritatem nec dabit
Extorta rixis veritas. In iurgiis.
Vicisse nolle, cum queas, victoria est.

Aliud.

Buccis tumidos neglige spumeis sophistas,
Bullas stolida nebulæ, somniisque plenas,
Infantis crepis cymbala raucia facta nugis:
Quorum streperos sic pote tu vlciscere bombos,
Reddas neque gry instantibus, & taceto ridens.

¶ Hieroglyphica.

Sacerdotes Ægyptii cum nihil æque abhorrerent, quam inanes [...]rum nugas, & cauillosas verborum argutias, argumentorũ[...] [...]pulas in naturæ viribus indagandis, eiusmodi notæ homi[...] [...] suis, amicæ, hieroglyphicum significabant Eodem intelle[...] [...] Hebræos suilla abstinere præceptum asserit Philo, admo[...] [...] nos ea lege diuina, vt Sophistas euitaremus, per euitabilem [...]modi animalis impuritatem: illi enim acutissimis tantum ac[...] [...]missq; rerum distinctionibus, quod per bifidam animalis [...]dam interpretantur, quasi luto inhæsitantes, ita illis adhære[...] [...] inde nunquam auelli possint, sed ad extremam vsq; senec[...] [...]m ibidem computrescunt. nam & porci nihil illustre, nihil pu[...] [...] nihil limpidum amant, sed turbida tantum, spissa, sordida & fe[...] [...]ra sectantur, inque his præcipuam statuunt voluptatem. *Io.* [...] *Valer. Hierogl. li. 9. ca. 5.*

[...] Hydræ significatum, cuius vno præciso anguineo capite, alia at[...] [...]alia è vestigio repullularent, multi aliis atque aliis modis inter[...] [...]sunt: Nos ea contenti esse possumus expositone, quam Plato [...] Euthydemo posuit, vbi per eam perinde ac per Cancrum, Sophi[...] [...]sait nugas significari. *Idem, lib. 16. c. 36.*

[...] Sophistas significare qui volunt, Cancrum pingunt: eos enim [...] animali persimiles Plato dicit, quos vbi validiori aliqua ratio[...] [...]tos comprehensosq; putes, tunc recto fugaci cursu elapsi [...] diuerticula atque subterfugia maiorem priore tibi laborem in[...] [...]ant, si vilem ac inanem prorsus curam eos consectandi suscepe[...] *Idem li. 28. c. 43.*

Est & in sacris nostrorum literis mystica de ranis Ægyptiacis mẽ[...] [...] perquam frequens, quæ iugiter in Ægypto pluerint, Sophista[...] [...]m nugas, & Dialecticorum garrulitatem per eas doctores quidam [...]figuat: siue ob nullius significantiæ vocem tam argutam, tam [...] pertinacem: siue quod in luto voluptuosa sit earum habitatio, [...]orum vtrunq; Sophistis attribuitur. *idem, lib. 39. ca. 41.*

Ranarum nocturnam & molestam coactionem, fulgentis Lam[...] [...]dis splendore illis repertæ obiecto reprimi, cunctasq; illico, vt po[...] [...] quibus oculos inopinatus fulgor perstrinxit, conticescere, expe[...] [...]tia ostendit. Vt ranis clamor obstrepitus, & cœni amor est fami[...] [...] Sophistis loquentiæ multum, sapientiæ patum inest, & o[...] [...] ad pluatricam pompam atq; inanem ostentationem actio i[...] [...]orum composita apparet. Vt igitur ranæ face noctu accensa ob[...] [...]tescere coguntur: sic Sophistis etiam, detectis ipsorum argutiis, & [...]lutis fallaciarum strophis irrefragabili veritate luce, tandem [...] os oculiq; confunduntur, vt omnibus sincere iudicantibus lu[...] [...]brio sint pariter & odio. *Collect. Hierogl. lib. 6. in vocula, Sophistæ.*

Cui additum est distichon

Lumine perculsæ cessant maledicere ranæ,
Et victus veri luce Sophista tacet.

Varietas Lunę mutatis quotidie faciebus, adeo conspicua, ansam [...]dit, vt nonnulli Sophistas per Lunæ Hieroglyphicum intellexe[...] [...]t: & Ægyptii Sophistæ, quandoquidem Luna Ægypti Symbolum est, cuiusque prouinciæ Isis Domina perhibetur, toto opere notantur. *Pierius li. 44. hierogl. c. 20.*

Sors.Sortilegium.

¶ DEFINITIO: ET ETYMOLOG.

SOrs, sortis, fœm. gen, à serie, secundum Varronem, sumitur tum in bonam, tum in sinistram partem. Nam in rebus sacris, Ecclesiasticis, politicis & œconomicis, sors pie & commode vsurpatur; at quum ad nefarias sortes sortilegiorum opera variis modis relata est, damnatur, & merito. Rei euentum & casum vel probatum, vel improbatum significat. *Cicero, lib. 2. de Diuin.* de sortibus partim politicis, partim improbatis agens. Quid (inquit) sors est? Idem propemodum quod micare, quod talos iacere, quod tesseras: quibus rebus temeritas & casus, non ratio nec consilium valet. Tota res est inuenta fallaciis, aut ad quæstum aut ad superstitionem, aut ad errorem. Sunt aliæ significationes huius voculæ: harum duas addimus. 1. Sors est fatalis necessitas, cuius mentio frequens apud Poetas. 2. Oracula seu responsa dicebantur Sortes, quæ à diis eorumve sacrificatis, vnicuiq; consultori reddebantur. Hinc *Valer. Max. li. 1.* Cuius rei explorandæ gratia, legati ad Delphicum oraculum missi, retulerunt præcipi sortibus, vt aquam eius emissam per agros diffunderent.

Sors Græc. κλῆρος dicitur, Hebr. *Ghorial* Huius meminit scriptura *S. Leu.* 16. 8. 9. 10. *Num.* 26. 55. 56. *Ios.* 7. 14. 16 & 18. 7. 8. 10. 11. & 19. 1. 10 17. 24. 40. 51. & c. *Psal.* 16. 5, & 125. 3 *Nehem.* 11. 1. In historia Estheræ, c. 3. 7 & 9. 26. 28. 31. occurrit vox Persica *Pur*, i. Sors, & numero plural. *Purim*, sortes, quorum festum etiamnum, 27 & 28. Februarii celebratur à Iudæis, qui tunc historiam Estheræ legunt. Et quoties mentio fit Hamani, pugnis & malleis synagogarum suarum scamna subselliaq; pulsant & feriunt, ac si caput Hamani contunderent. Distinctiones sortium piarum, mediarum, impiarum, paucis describit, sed accurate Etymologicon trilingue Lugdunense, anno 1607. editum, prolixe vero Peucerus, comment. de variis diuinationum generibus. Ibi sortes sacræ, cuius exempla ad finem huius sectionis occurrunt, explicantur: politicæ dein variæ veteres & recentiores. Ibi multa de tesseris seu alea, calculis, talis. Sortium profanarum vanitas detegitur & refellitur, Herculanæ, Preneltinæ, Antiatinæ, Aponianæ, Vergilianę, Lyciæ & Deliæ traducuntut. De geomantia, onomantia, arithmomantia, logarithmomantia, Cabalistica, Tephramomantia, Botanomantia, Ceromantia, abunde satis depinguntur, damnantur.

Sortilegium vero, Græc. κλησμωδία, & κληρομαντεία, magicas superstitiones, & diuinationes abominabiles significat. Quando de sortibus probatis agitur, sortitionis voce vtimur. Hic reponenda est lex Dei, c. 18. *Deut. v.* 10. & 11. Ne inueniatur in te, qui lustret filium suum, aut filiam, ducens per ignem, aut qui ariolos sciscitetur, & obseruet somnia atq; auguria, nec sit maleficus, nec incantator, neque qui phythones consulat, nec diuinos, & quærat à mortuis veritatem: omnia enim hæc abominatur Dominus. Auguriorum nomine sortilegii variæ species intelliguntur. Gall. *Sorcelleries.*

Sortilegi sunt, qui nomine fictæ religionis per quasdam, quas Sanctorum seu Apostolorum vocant sortes, diuinationis scientiam profitentur, aut quarumcunque scripturarum inspectione futura promittunt. *sec. Isid. l. 4. etymolog. & hab. 26. q. 1. Sorti.*

Sortilegium est per sortes diuinatio. Sortilegi vero, qui per sortes futura pronuntiant, vel qui aliquid eligunt per sortem (sortem enim fortuitum alicuius rei euentum dicimus) à quo fit verbum sortior, quod est sortes facio, siue sortes recipio, seu per sortem aliquid decerno, vel eligo. Vide Etymologic. trilingue Lugdun. *pag.* 781. 782.

Sors proprie dicitur, cum aliquid fit, vt eius euentu considerato, aliquid occultum innotescat. *secund. B. Thom sec. q. 95. art. 8. ca.*

¶ Loci Biblici.

Sortes à Deo reguntur, *Prou.* 16. 33. sortium missionis praxis, *Ios.* 18. 10. 1. *Sam.* 10. 20. & 14. 42. *Esth.* 3. 7. *Ps.* 22. 19. *Matth.* 27. *Ionæ* 1. 7, *Act.* 1. 16.

¶ Patrum Sententiae.

Varro dixit, quatuor esse diuinationis genera, terram, aquam, aera & ignem: hanc geomantiam, hydromantiam, aeromantiam & pyromantiam, dictam constat. Diuini dicti sunt, quasi Deo pleni: diuinitate enim se plenos simulant, & astutia quadam fraudulenta hominibus futura coniectant. Duo sunt autem genera diuinationis, ars & furor. Incantatores dicti sunt, qui peragunt verbis

bis artem, sunt harioli, sunt haruspices, sunt augures: qui & auspices & sortilegi, auspici a & auguria: sunt pythones, genethliaci, sunt fascinatores, sunt & præstigia. Cuncta autem hæc sunt à Christiano vitanda, & omni penitus execratione repudianda, atq; damnanda: In his omnibus ars dæmonum est ex quadam pestifera societate hominum, & malorum angelorum exorta. *Ex Aug. in 10. q. 26.*

Qui sine Saluatore salutem vult habere, & sine vera sapientia æstimat se prudentem fieri posse, non sanus, sed æger, non prudens, sed stultus in ægritudine assidua laborabit, & in cœcitate noxia stultus & demens permanebit, ac proinde omnis inquisitio, & omnis curatio, quæ à diuinis, & Magis, vel ab ipsis dæmonis in idolorum cultura expetitur, mors potius dicenda, quam vita. *Aug. lib. de ciuit. Dei.*

Illos planetarios quos mathematicos vocant, plane consulere non desistebam, quod quasi nullum eis sacrificium, & nullæ preces, ad aliquem spiritum ob diuinationem dirigeretur, quod tamen Christiana & vera pietas consequenter expellit & damnat. *Lib. 2. confess.*

Huiusmodi artes nugatoriæ, vel noxiæ superstitionis, ex quadam pestifera societate hominum & dæmonum, quasi peccata infidelis & dolosæ amicitiæ constituta, penitus sunt repudiandæ & fugiendæ Christiano. *lib. 1. de doctrina Christiana.*

Non est absurdum credere, aliqua dispensatione permissum fuisse, vt non dominante arte magica, sed dispensatione occulta quæ pythonissam & Saulem latebat, se ostenderet spiritus iusti aspectibus regis, diuina cum sententia percussurus: vel non vere spiritus Samuelis à requie sua excitatus est, sed aliquod phantasma & illusio imaginaria diaboli machinationib. facta, quam Scriptura Samuelem appellat, sicut solent imagines rerum suarum nominibus appellari. *Epist. ad Simplic.*

Non debemus sub exemplo Ionæ sortibus credere, vel illud de actis Apostolorum huius testimonio copulare, vbi sorte Matthias in apostolatum eligitur. *Hier. super Ionam.*

Si quis hariolos, haruspices, vel incantatores obseruauerit, aut phylacteriis vsus fuerit, anathema sit. *Gregor. & ponitur 26. qu. 5. si quis.*

Non exemplo Matthiæ, vel quod Ionas Propheta sorte deprehensus sit, indifferenter sortibus est credendum, cum sint priuilegia singulorum. Si qui tamen necessitate aliqua compulsi, Deum putant sortibus Apostolorum exemplo esse consulendum, videant hoc ipsos Apostolos, non nisi collecto fratrum cœtu, & precibus ad Deum fuisse egisse. *Beda super Acta Apostolorum.*

Sortilegium est quoddam genus culturæ idolorum ex dæmonum consultationibus futura prædicendo. *Isidorus lib. Etymologiarum.*

¶ Philosophicæ Sententiæ.

Sorti cuiusdam potius, quam scientiæ est vere iudicare de sorte, cum iudicium per signa ita confunditur, quod ex diuersis sortis nostræ primordiis, & causis inter se oppositis, rebusq; contrariis complurima inter se discrepantia trahuntur iudicia, imo ex aliis quasi vestigiis confunduntur. *Fic. in Plot. En. 2. libro 3. ca. 15.*

Sortium multa sunt genera, vt in talorum iactu, in tesseris proiiciendis, in figuris chartaceo ludo pictis, & quæcunque prior venerit expectandis: in eruendis longioribus pueris in oculorum iactu super paginis: & aliquando quæ per voces fiebant responsa, sortes appellatæ sunt, & aliquando non voces, sed quæ per voces significantur, sortes appellatæ sunt ad tria tamen rediguntur: nam qui sortibus vtitur, aut diuidendæ rei cuiuspiam: cuius aduentus expectatur aut ex fortuna & casu, aut ex spirituali causa: qui fortunæ & casui confidunt, vani sunt, quia confidunt ei, quæ & consilio & rationi aduersatur, qui spirituali causæ, cum vel à bono vel malo spiritu euentus deriuari possit, si vltimum des, detestandum est, vt & alia omnia vel occulta vel expressa cum dæmonibus inita fœdera: si à bono spiritu, multifariam aberrare poteris: si nulla necessitate ad curiositatem refertur, si sine Dei reuerentia, precibusq; porrectis, si ad vitæ vanitates, seculiq; negotia perpetranda, si ad Ecclesiasticas lectiones perficiendas, ad ipsum paras, à recta via flectis. *Ioannes Franciscus Picus Mirandula de pran. li. 6. ca. 6.*

Sortes quædam faciendæ in nuptiis, vt viles non principes, sed fortunam culpent. *Plato de Republ. dial. 5.* Sortis æqualitate in republica vti necesse est, ad multorum offensas vitandas, ita vt Deum & bonam fortunam etiam tunc in precationibus inuocemus, vt ipsi sortem ad id, quod iustissimum est, dirigant. *Idem de leg. dial. 6.*

Sortes appellat Plato dispositionem vniuersi, qualis tunc erat, cũ animæ aggressæ sunt ingredi corpus, & significatur in hoc & eiusmodi corpus ingredi, & talibus parentibus, in tali regione nasci, cuncta vero facta, & conuoluta per vnam Parcam, Clotho tam in cunctis quam singulis demonstratur, in Lachesis ipsas adducit in medium, postrema Atropos efficit necessario, vt concurrentia hæc omnia peragantur. *Plot. En. lib. 3. ca. 15.*

Sors ad felicitatem non ad virtutem attinet. *Phil. de creatione Principu.*

¶ Similitvdines.

Plutarchi. Vt in democratia, cui sorte contigit imperare, oportet imperare: cui non contigit, eum oportet æquo animo ferre. Sic in vita hominum, quod sors dederit, boni consulendum. *Moral.*

Eras. Roterodami. Vt suus cuiq; morbus videtur amarus, ita suum cuiq; incommodum maxime dolet. *in simil.*

¶ Biblica Exempla.

Sortium missionis *exempla*: Super duobus hircis. *Leui.* 16. diuidenda terra, *Num.* 26. v. 54. 55. 56 & 33. v. 54 & 36. 2. & 31. v. 7. in explorando furto de anathemate, *Ios.* 7. 8. 14. rum Iuda & Caleb, 15. v. 1. &c. filiorum Ioseph, 16 v. 1. &c. se, 17. v. 1. septem tribuum, 18. v. 10. filiorum Aaron, &c. 24. ligendo rege, populo Israel, 1. *Samuel.* 10. v. 20. 21. Ionathæ & Ionathan, 14. v. 41. 42. sortes filiorum Aaron, &c. officiis, 1. *Paral.* 24. v. 5. in ordinandis cantoribus, &c. 25. nandis ianitoribus templi, 26. v. 13. ad fungendum lacerdotio 9. in eligendo Matthia, in locum Iudæ, *Actor.* 1. v. 26. sortilegium, *Esth.* 3. 7. sors extraordinaria, *Ion.* 1. *Matth.* 27. 35.

Vide, Electio, Fortuna.

Spectaculum.

¶ Definitio et Etymologia.

Spectaculum, Græce θέαμα, τὸ, & θέατρον, specto dicitur. Vnde theatrum & amphitheatrum deducuntur.

Hebr. *Roi*, conspectus, spectaculum, à verbo *Raah*, quod significat, aspexit, oculis & animo comprehendit aliquid. Cognatum habet cum verbo *Or*, splenduit, lucem emisit: nam videre est splendere lucem. Hinc ὁράω, video, ὅραμα, visus, ὅρασις, visio.

Spectacula saltantium clerici debent vitare. 34. *dist.* Ivna.

Spectula custodientes die solenni, & ecclesiam, commissa sunt excommunicandi. *de consec. dist. 1. Qui die.*

Spectaculum facti mundo Apostoli. 1. *Cor.* 4. 9.

¶ Sententiae Philosophorvm.

De variis spectaculis. Dial. XXX.

Gavd.

Delector variis spectaculis. R. Circo forsan & theatro? ca bonis semper aduersa moribus fuisse notissimum, quo malus erit, redibit pessimus. Nam bonis iter illud ignotum casu aliquo ignari adeant, contagio non carebunt. G. Cum atq; arena. R. Atqui delectationes aliæ vanum seu libidinem quid habuere, hæc vtrumque superadditamque feuitiam manitatem habet, bonis animis rem indignam. Neq; enim his ipsis Romani olim, flos hominum, delectati sunt, rectum iudicio vrbs illa alioqui abundantissima bonorum omnium illustrium exemplorum, nihil omnino reprehensibilium quisque deformius, sibique inuicem, quam hinc discordium, hinc ludorum studium immodicum, quasi non sit lorum cruor domi, militiaque, nisi cruenta pax est. etiam voluptates, ni si, idcirco fortassis honestius quis xerit, cui parirer inhiantes videas non modo populum atque ipsos mundi dominos Imperatores Romanorum culis capiebantur illi etiam, qui humano generi spectrant, rem mirabilem dicam, sed cognitam vulgatamque Eorum animos theatralis furor ille peruaserat, vt non modges Cæsarum aut filias, sed virgines quoq; vestales in publ in turbas educeret, quarum pudicitia nihil exactius, nihil rius, nihil conseruatione secretius, vsq; adeo, vt in eis omnis cultus, omnis sermo lasciuior, nota dignius ac signeberetur & tamen his in theatro locum assignasse legatur que, sed summus atq; optimus principum, Augustus Cæminor est ideo error is, quo magni errant, sed maior pars conspectior. G. Libenter scenicos ludos spectо. R. Rem, quæ neneste geritur, nec honeste cernitur, nec facile dictu est, an mior, an spectator, & an scena sit turpior, an orchestra in illam sæpe quidem paupertas, in hanc vero semper hit. In omni sane delicto plurimum interest, vtrum impelibidine, seu superbia quis deliquat. G. Amphitheatri lis oblector. R. Damnosa vndique & publici priuatiq; cens delectatio, quod facile colliges, si in animum recte

Ιμαντοπέριζωλλοι, ηλιποκριβλεπέλαοι,
Νυκτιλαθαριοφαγοι, νυκτιπατιπλάγιοι,
Μυρμηξαπάται, καὶ συλλαβοπευσιλαβηται,
Λεξιματαιόσοφοι, ζητηρεπησίαδαι.

Ex lepidissima eruditissimi viri versione, ad verbum.

Soloni caperones, vibrissas peromenti,
Manticobarbicolæ, ex tenebropatina,
Obsuffarciramicti, plani lucerni tuentes,
Nocti latentiuori, nocti dolo studii,
Pulli premoplagii, sutelocaptiotricæ,
Rumigeraucupidæ, nugicanoricrepæ.

Eiusdem.

De disputatoribus seu Rixatoribus Sophistis,
Epigramma.

Quo te ambulando cunque vectas gentium,
Vitare non est disputatorum genus,
Pugnax, proteruum, factiosum, garrulum,
Quos pacis hostes vltima hac ætas tulit:
Qui nocte lucem, nigra vertunt candidis,
Et quæstionum tristitate condiunt
Natas in vsum sobrii ioci dapes.
Hos nec decorum est, nec tutum, refellere.
Tali hoste victo, quis triumphus te manet.
Luctuante eodem, pugna gliscit acrior:
Nec dignitatem fronte ferrea pudor
Expressus auget, alacritatem nec dabit
Extorta rixis veritas. In iurgiis.
Vicisse nolle, cum queas, victoria est.

Aliud.

Buccis tumidos neglige spumeis sophistas,
Bullas stolidæ nebulæ, somniisque plenas,
Infanti crepis cymbala raucia facta nugis:
Quorum streperos sic pote tu vlciscere bombos,
Reddas neque gry instantibus, & taceto ridens.

¶ Hieroglyphica.

erdotes Ægyptii cum nihil æque abhorrerent, quam inanes itiorum nugas, & cauillosas verborum argutias, argumentorũ e scrupulas in naturæ viribus indagandis, eiusmodi notæ homi- r suis amicæ, hieroglyphicum significabant Eodem intelle- ad Hebræos suilla abstinere præceptum asserit Philo, admo- nos ea lege diuina, vt Sophistas euitaremus, per euitabilem modi animalis impuritatem: illi enim acutissimis tantum ac- issimisq; rerum distinctionibus, quod per bifidam animalis lam interpretantur, quasi luto inhæsitantes, ita illis adhære- t, vt inde nunquam auelli possint, sed ad extremam vsq; senec- m ibidem computrescunt. nam & porci nihil illustre, nihil pu- nihil limpidum amant, sed turbida tantum, spissa, sordida & fe- a sectantur, inque his præcipuam statuunt voluptatem. *Io. rius Valer. Hierogl. li. 9. ca. 5.*

Hydræ significatum, cuius vno præciso anguineo capite, alia at- lia e vestigio repullularent, multi aliis atque aliis modis inter- ati sunt: Nos ea contenti esse possumus expositone, quam Plato Euthydemo posuit, vbi per eam perinde ac per Cancrum, Sophi- sait nugas significari. *Idem, lib. 16. c. 36.*

Sophistas significare qui volunt, Cancrum pingunt: eos enim c animali persimiles Plato dicit, quos vbi validiori aliqua ratio- e euictos comprehensosq; putes, tunc recto fugaci cursu elapsi r diuerticula atque subterfugia maiorem priore tibi laborem in- erant, si vilem ac inanem prorsus curam eos consectandi suscepe- *Idem li. 28. c. 43.*

Et & in sacris nostrorum literis mystica de ranis Ægyptiacis mẽ- o perquam frequens, quæ iugiter in Ægypto pluerint, Sophista- um nugas, & Dialecticorum garrulitatem per eas doctores quidam significat: siue ob nullius significantiæ vocem tam argutam, tam- pertinacem: siue quod in luto voluptuosa sit earum habitatio, orum vtrunq; Sophistis attribuitur. *idem, lib. 39. ca. 41.*

Ranarum nocturnam & molestam coactionem, fulgentis Lam- dis splendore illis repertæ obiecto reprimi, cunctasq; illico, vt po- quibus oculos inopinatus fulgor perstrinxit, conticescere, expe- ntia ostendit. Vt ranis clamor obstrepitus, & cœni amor est fami- sita Sophistis loquentiæ multum, sapientiæ patum inest, & o- ad pluatricam pompam atq; inanem ostentationem actio i- orum composita apparet. Vt igitur ranæ face noctu accensa ob- utescere coguntur: sic Sophistis etiam, detectis ipsorum argutiis, & phisticis fallaciarum strophis irrefragabili veritate luce, tandem eo os oculiq; confunduntur, vt omnibus sincere iudicantibus lu- brio sint pariter & odio. *Collect. Hierogl. lib. 6. in vocula, Sophistæ.*

Cui additum est distichon

Lumine perculsæ cessant maledicere ranæ,
Et victus veri luce Sophista tacet.

Varietas Lunę mutatis quotidie faciebus, adeo conspicua, ansam edit, vt nonnulli Sophistas per Lunæ Hieroglyphicum intellexe- unt: & Ægyptii Sophistæ, quandoquidem Luna Ægypti Symbolum est, cuius prouinciæ Isis Domina perhibetur, toto opere notantur. *Piertus li. 44. hierogl. c. 20.*

Sors. Sortilegium.

¶ Definitio: et Etymolog.

Sors, sortis, fœm. gen, à serie, secundum Varronem, sumitur tum in bonam, tum in sinistram partem. Nam in rebus sacris, Eccle- siasticis, politicis & œconomicis, sors pie & commode vsurpa- tur; at quum ad nefarias sortes sortilegiorum opera varijs modis re- lata est, damnatur, & merito. Rei euentum & casum vel probatum, vel improbatum significat. *Cicero, lib. 2.* de Diuin. de sortibus partim politicis, partim improbatis agens. Quid (inquit) sors est? Idem pro- pemodum quod micare, quod talos iacere, quod tesseras: quibus re- bus temeritas & casus, non ratio nec consilium valet. Tota res est inuenta fallaciis, aut ad quæstum aut ad superstitionem, aut ad er- rorem. Sunt aliæ significationes huius voculæ: harum duas addi- mus. 1. Sors est fatalis necessitas, cuius mentio frequens apud Poetas. 2. Oracula seu responsa dicebantur Sortes, quæ à diis eorumve sacri- ficatis, vnicuiq; consultori reddebantur. Hinc *Valer. Max. li.* 1. Cu- ius rei explorandæ gratia, legati ad Delphicum oraculum missi, re- tulerunt præcipi sortibus, vt aquam eius emissam per agros diffun- derent.

Sors Græc. κλῆρος dicitur, Hebr. *Ghorial* Huius meminit scriptu- ra *S. Leu.* 16. 8. 9. 10. *Num.* 26. 55. 56. *Ios.* 7. 14. 16 & 18. 7. 8. 10. 11. & 19. 1. 10 17. 24. 40. 51. & c. *Psal.* 16. 5, & 125. 3 *Nehem.* 11. 1. In historia Estheræ, c. 3. 7 & 9. 26. 28. 31. occurrit vox Persica *Pur*, i. Sors, & numero plural. *Purim*, sortes, quorum festum etiamnum, 27 & 28. Februarii cele- bratur à Iudæis, qui tunc historiam Estheræ legunt. Et quoties men- tio fit Hamani, pugnis & malleis synagogarum suarum scamna sub- selliaq; pulsant & feriunt, ac si caput Hamani contunderent. Distin- ctiones sortium piarum, mediarum, impiarum, paucis describit, sed accurate Etymologicon trilingue Lugdunense, anno 1607. editum, prolixe vero Peucerus, comment. de variis diuinationum generi- bus. Ibi sortes sacræ, cuius exempla ad finem huius sectionis occur- runt, explicantur: politicæ dein variæ veteres & recentiores. Ibi multa de tesseris seu alea, calculis, talis. Sortium profanarum vani- tas detegitur & refellitur, Herculanæ, Prenestinæ, Antiatinæ, Apo- nianæ, Vergilianę, Lyciæ & Deliæ traducuntut. De geomantia, ono- momantia, arithmomantia, logarithmomantia, Cabalistica, Tephra mantia, Botanomantia, Ceromantia, abunde satis depinguntur damnantur.

Sortilegium vero, Græc. κλησμωδία, & κληρομαντεία, magicas su- perstitiones, & diuinationes abominabiles significat. Quando de sortibus probatis agitur, sortitionis voce vtimur. Hic reponenda est lex Dei, c. 18. *Deut. v.* 10. & 11. Ne inueniatur in te, qui lustret filium suum, aut filiam, ducens per ignem, aut qui ariolos sciscitetur, & ob- seruet somnia atq; auguria, nec sit maleficus, nec incantator, neque qui phythones consulat, nec diuinos, & quærat à mortuis veritatem: omnia enim hæc abominatur Dominus. Auguriorum nomine sor- tilegii variæ species intelliguntur. Gall. *Sorcelleries.*

Sortilegi sunt, qui nomine fictæ religionis per quasdam, quas Sanctorum seu Apostolorum vocant sortes, diuinationis scientiam profitentur, aut quarumcunque scripturarum inspectione futura promittunt. *sec. Isid. l. 4. etymolog. & hab. 26. q. 1. Sorti.*

Sortilegium est per sortes diuinatio. Sortilegi vero, qui per sor- tes futura pronuntiant, vel qui aliquid eligunt per sortem (sortem enim fortuitum alicuius rei euentum dicimus) à quo fit verbum sortior, quod est sortes facio, siue sortes recipio, seu per sortem ali- quid decerno, vel eligo. Vide Etymologic. trilingue Lugdun. *pag.* 781. 782.

Sors proprie dicitur, cum aliquid fit, vt eius euentu considerato, aliquid occultum innotescat. *secund. B. Thom sec. q. 95. art. 8. ca.*

¶ Loci Biblici.

Sortes à Deo reguntur, *Prou.* 16. 33. sortium missionis praxis, *Ios.* 18. 10. 1. *Sam.* 10. 20. & 14. 42. *Esth.* 3. 7. *Ps.* 22. 19. *Matth.* 27. *Ionæ* 1. 7, *Act.* 1. 16.

¶ Patrum Sententiae.

Varro dixit, quatuor esse diuinationis genera, terram, aquam aera & ignem: hanc geomantiam, hydromantiam, aeromantiam & pyromantiam, dictam constat. Diuini dicti sunt, quasi Deo ple- ni: diuinitate enim se plenos simulant, & astutia quadam fraudu- lenta hominibus futura coniectant. Duo sunt autem genera di- uinationis, ars & furor. Incantatores dicti sunt, qui peragunt ver

bis

bis artem, sunt harioli, sunt haruspices, sunt augures: qui & auspices & sortilegi, auspici a & auguria: sunt pythones, genethliaci, sunt fascinatores, sunt & præstigia. Cuncta autem hæc sunt à Christiano vitanda, & omni penitus execratione repudianda, atq; damnanda: In his omnibus ars dæmonum est ex quadam pestifera societate hominum, & malorum angelorum exorta. *Ex Aug. in 10. q. 26.*

Qui sine Saluatore salutem vult habere, & sine vera sapientia æstimat se prudentem fieri posse, non sanus, sed æger, non prudens, sed stultus in ægritudine assidua laborabit, & in cœcitate noxia stultus & demens permanebit, ac proinde omnis inquisitio, & omnis curatio, quæ à diuinis, & Magis, vel ab ipsis dæmonis in idolorum cultura expetitur, mors potius dicenda, quam vita. *Aug. lib. de ciuit. Dei.*

Illos planetarios quos mathematicos vocant, plane consulere non desistebam, quod quasi nullum eis sacrificium, & nullæ preces, ad aliquem spiritum ob diuinationem dirigeretur, quod tamen Christiana & vera pietas consequenter expellit & damnat. *Lib. 2. confess.*

Huiusmodi artes nugatoriæ, vel noxiæ superstitionis, ex quadam pestifera societate hominum & dæmonum, quasi peccata infidelis & dolosæ amicitiæ constituta, penitus sunt repudiandæ & fugiendæ Christiano. *lib. 1. de doctrina Christiana.*

Non est absurdum credere, aliqua dispensatione permissum fuisse, vt non dominante arte magica, sed dispensatione occulta quæ pythonissam & Saulem latebat, se ostenderet spiritus iusti aspectibus regis, diuina cum sententia percussurus: vel non vere spiritus Samuelis à requie sua excitatus est, sed aliquod phantasma & illusio imaginaria diaboli machinationib. facta, quam Scriptura Samuelem appellat, sicut solent imagines rerum suarum nominibus appellari. *Epist. ad Simplic.*

Non debemus sub exemplo Ionæ sortibus credere, vel illud de actis Apostolorum huius testimonio copulare, vbi sorte Matthias in apostolatum eligitur. *Hier. super Ionam.*

Si quis hariolos, haruspices, vel incantatores obseruauerit, aut phylacteriis vsus fuerit, anathema sit. *Gregor. & ponitur 26. qu. 5. si quis.*

Non exemplo Matthiæ, vel quod Ionas Propheta sorte deprehensus sit, indifferenter sortibus est credendum, cum sint priuilegia singulorum. Si qui tamen necessitate aliqua compulsi, Deum putant sortibus Apostolorum exemplo esse consulendum, videant hoc ipsos Apostolos, non nisi collecto fratrum cœtu, & precibus ad Deum fuisse egisse. *Beda super Acta Apostolorum.*

Sortilegium est quoddam genus culturæ idolorum ex dæmonum consultationibus futura prædicendo. *Isidorus lib. Etymologiarum.*

¶ Philosophicæ Sententiæ.

Sorti cuiusdam potius, quam scientiæ est vere iudicare de sorte, cum iudicium per signa ita confunditur, quod ex diuersis sortis nostræ primordiis, & causis inter se oppositis, rebusq; contrariis complurima inter se discrepantia trahuntur iudicia, imo ex aliis quasi vestigiis confunduntur. *Fic. in Plot. En. 2. libro 3. ca. 15.*

Sortium multa sunt genera, vt in talorum iactu, in tesseris proiiciendis, in figuris chartaceo ludo pictis, & quæcunque prior venerit expectandis: in eruendis longioribus pueris in oculorum iactu super paginis: & aliquando quæ per voces fiebant responsa, sortes appellatæ sunt, & aliquando non voces, sed quæ per voces significantur, sortes appellatæ sunt ad tria tamen rediguntur: nam qui sortibus vtitur, aut diuidendæ rei cuiuspiam: cuius aduentus expectatur aut ex fortuna & casu, aut ex spirituali causa: qui fortunæ & casui confidunt, vani sunt, quia confidunt ei, quæ & consilio & rationi aduersatur, qui spirituali causæ, cum vel à bono vel malo spiritu euentus deriuari possit, si vltimum des, detestandum est, vt & alia omnia vel occulta vel expressa cum dæmonibus inita fœdera: si à bono spiritu, multifariam aberrare poteris: si nulla necessitate ad curiositatem refertur, si sine Dei reuerentia, precibusq; porrectis, si ad vitæ vanitates, seculiq; negotia perpetranda, si ad Ecclesiasticas lectiones perficiendas, ad ipsum paras, à recta via flectis. *Ioannes Franciscus Picus Mirandula de pran. li. 6. ca. 6.*

Sortes quædam faciendæ in nuptiis, vt viles non principes, sed fortunam culpent. *Plato de Republ. dial. 5.* Sortis æqualitate in republica vti necesse est, ad multorum offensas vitandas, ita vt Deum & bonam fortunam etiam tunc in precationibus inuocemus, vt ipsi sortem ad id, quod iustissimum est, dirigant. *Idem de leg. dial. 6.*

Sortes appellat Plato dispositionem vniuersi, qualis tunc erat, cũ animæ aggressæ sunt ingredi corpus, & significatur in hoc & eiusmodi corpus ingredi, & talibus parentibus, in tali regione nasci, cuncta vero facta, & conuoluta per vnam Parcam, Clotho tam in cunctis quam singulis demonstratur, in Lachesis ipsas adducit in medium, postrema Atropos efficit necessario, vt concurrentia hæc omnia peragantur. *Plot. En. lib. 3. ca. 15.*

Sors ad felicitatem non ad virtutem attinet. *Phil. de creatione Principu.*

¶ Similitvdines.

Plutarchi. Vt in democratia, cui sorte contigit imperare, oportet imperare: cui non contigit, eum oportet æquo animo ferre. Sic in vita hominum, quod sors dederit, boni consulendum. *Moral.*

Eras. Roterodami. Vt suus cuiq; morbus videtur amarus, ita suum cuiq; incommodum maxime dolet. *in simil.*

¶ Biblica Exempla.

Sortium missionis *exempla*: Super duobus hircis. *Leui.* 16. diuidenda terra, *Num.* 26. v. 54. 55. 56 & 33. v. 54 & 36. 2. & 31. v. 7. in explorando furto de anathemate, *Ios.* 7. 8. 14. rum Iuda & Caleb, 15. v. 1. &c. filiorum Ioseph, 16 v. 1. &c. se, 17. v. 1. septem tribuum, 18. v. 10. filiorum Aaron, &c. 24. ligendo rege, populo Israel, 1. *Samuel.* 10. v. 20. 21. Ionathæ & Ionathan, 14. v. 41. 42. sortes filiorum Aaron, &c. officiis, 1. *Paral.* 24. v. 5. in ordinandis cantoribus, &c. 25. nandis ianitoribus templi, 26. v. 13. ad fungendum lacerdotio 9. in eligendo Matthia, in locum Iudæ, *Actor.* 1. v. 26. sortilegium, *Esth.* 3. 7. sors extraordinaria, *Ion.* 1. *Matth.* 27. 35.

Vide, Electio, Fortuna.

Spectaculum.

¶ Definitio et Etymologia.

Spectaculum, Græce θέαμα, τὸ, & θέατρον, specto dicitur. Vnde theatrum & amphitheatrum deducuntur.

Hebr. *Roi*, conspectus, spectaculum, à verbo *Raah*, quod significat, aspexit, oculis & animo comprehendit aliquid. Cognatum habet cum verbo *Or*, splenduit, lucem emisit: nam videre est splendere lucem. Hinc ὁράω, video, ὅραμα, visus, ὅρασις, visio.

Spectacula saltantium clerici debent vitare. 34. *dist.* Ivna.

Spectula custodientes die solenni, & ecclesiam, commissa sunt excommunicandi. *de consec. dist. 1. Qui die.*

Spectaculum facti mundo Apostoli. 1. *Cor.* 4. 9.

¶ Sententiae Philosophorvm.

De variis spectaculis. Dial. XXX.

Gavd.

Delector variis spectaculis. R. Circo forsan & theatro? ca bonis semper aduersa moribus fuisse notissimum, quo malus erit, redibit pessimus. Nam bonis iter illud ignotum casu aliquo ignari adeant, contagio non carebunt. G. Cum atq; arena. R. Atqui delectationes aliæ vanum seu libidinem quid habuere, hæc vtrumque superadditamque feuitiam manitatem habet, bonis animis rem indignam. Neq; enim his ipsis Romani olim, flos hominum, delectati sunt, rectum iudicio vrbs illa alioqui abundantissima bonorum omnium illustrium exemplorum, nihil omnino reprehensibilium quisque deformius, sibique inuicem, quam hinc discordium, hinc ludorum studium immodicum, quasi non sit lorum cruor domi, militiaque, nisi cruenta pax est. etiam voluptates, ni si, idcirco fortassis honestius quis xerit, cui parirer inhiantes videas non modo populum atque ipsos mundi dominos Imperatores Romanorum culis capiebantur illi etiam, qui humano generi spectrant, rem mirabilem dicam, sed cognitam vulgatamque Eorum animos theatralis furor ille peruaserat, vt non modges Cæsarum aut filias, sed virgines quoq; vestales in publ in turbas educeret, quarum pudicitia nihil exactius, nihil rius, nihil conseruatione secretius, vsq; adeo, vt in eis omnis cultus, omnis sermo lasciuior, nota dignius ac signeberetur & tamen his in theatro locum assignasse legatur que, sed summus atq; optimus principum, Augustus Cæminor est ideo error is, quo magni errant, sed maior pars conspectior. G. Libenter scenicos ludos spectо. R. Rem, quæ neneste geritur, nec honeste cernitur, nec facile dictu est, an mior, an spectator, & an scena sit turpior, an orchestra in illam sæpe quidem paupertas, in hanc vero semper hit. In omni sane delicto plurimum interest, vtrum impelibidine, seu superbia quis deliquat. G. Amphitheatri lis oblector. R. Damnosa vndique & publici priuatiq; cens delectatio, quod facile colliges, si in animum recte

ludorum initium progressus, quanto publici census impendium, insaniæ proxima ducum cura, quanto demum populi labore constiterit. Equidem & tot vana dinumerare difficile est. Iam vulgata superfluum, mille simul gladiatorum paria ferarum satis multa, sed prælio elephantorum, tigridumq; pugnacibus prælorum greges, onagrorum quoq; equorumq; feminarum animalium diuersissimi generis è toto orbe transmissi, terrarum fluis, omniumque gentium venatibus Romanis amphitheatro. Adde illam ædificandi luxuriem excogitatam, non imitatione carituram, conuectas terra pelagoq; columnas in ludorum vsum, & artificum summis operibus, & verticibus superbas, auro rutilante frondentibus, & principes insaniæ nominandus est Scaurus. Is, qui ædilis in tempus ludos diem paucorum, & quod paucis lignis ac fugacibus poterat, suffectorum oculis populi talibus gaudentis, trecentos sexaginta talium columnarum monstra intulit, fecitq; (ne quis tantum non tenes) maximum omnium, quæ vnquam fuere hu- mana facta non temporanea mora, verum etiam æternitatis memoria, quo promeruit, vt verissime diceretur, proscriptione grauis ciuis idem post ædilitate leuissima mores bonos in republica fuisse, vt qui multi perditi temporis inani plebeculæ, & inutilium impensarum, Rom. Pop. autor & exemplum mirum dictu! mox furorem hunc vicere sequentium fu- rentium effectum est, vt miraculo operum ac numero fateri o- portet Romam nihil mirandum fuisse in toto orbe terra- rum. Nam & hoc itidem scriptum vides, penetrata terræ intima, montes, egestæ rupes abditæ, auerti amnes, & in fistulas coactum, & exclusum mollibus iratum æquor, suspensa iuga theatrorum, tentatiq; marium recessus, denique stratum late, signatum- que cruentis iter insaniendi, & impleta in vobis spes auorum, nū quam futurum esse luxuriam. Et vt cumulatius malum sit, publicis accedit calamitas priuatorum, qui spectandi cupiditate rapti, & quotidiani interim quæstus immemores, neq; diem vnum, neq; armatam tergoq; instantem respiciunt egestatem, vicissim & priuata in publicam, & publica pernities in priuatam recidit. Neque vero patrimoniorum iactura grauior, quam pudoris libido discitur; humanitasq; dediscitur. Proinde quid quisq; speratis, iam inde ab exordio primus regum vestrorum Romulus omen fuit, qui in his rigidâ tetricamq; illam Sabinarum matrem circumuenit. Etsi vtcunque marrimonii honor texit inquam multis hoc postmodum non ad coniugium, sed ad vagamque licentiam fuit via? Ad summam enim hoc tenemus, iudicium spectaculis sæpe stratam, semperque impulsam, & eorum viros, quibus is scelerum furor est, vt pene iam adulterium habeatur, multarum ibi fama perit, pudorque, multæ inde domum adducæ, plures ambiguæ redire, castior autem nulla. Iam vero corporum clades, ne quid prorsus desit infortunii, quæve populorum modo, sed populorum strages, indicio sunt, & rius nefas in gemitum, relataque funera theatris, & plaudentium matrumque lugentium cohortes. Audisti, vt Curio is, qui ciuili pro Cæsaris partibus in Africa occubuit, Scaurum: quem opibus quæ non poterat, ingenio superaret, non marmoreum, (vt illum theatrum, duplex tamen, & pensile meditatus, populorum gentium ludis victum, & periculis plaudentem suis ædibus risui fierent ac stupori. Et miramur Imperii spe obiecta latrones magni exulis animum flectere potuisse, qui oculorum quoque voluptate proposita, tot millia ciuium volubili specu- lo euoluit. At nemo ibi perit, dicet aliquis. sed perire potuere, & alibi innumeri. Neue attingam nouas simul ac veteres urbes, quibus sæpe multi mortem simul ac tumulum inuenere, sub quo principe celebri spectaculo apud Fidenam vrbem amphi- theatrum ipso oppressa viginti hominum millia meministi. Hic spectaculorum fructus, hi sunt exitus. G. Spectaculis cum voluptatem eor. R. Aut fictis amoribus, aut veris odia. Primum equidem mihi, Secundum vero nec hominis spectare. Quis ferrum iugulatus excepit? Quis feruido vulnere plus cruoris effuderit? Quis minus conspecta morte palluerit? Quid crudelitatis ad scholas iuuat? Non egetis præceptoribus nimis dociles malorum e- genii artifices scelerum, ac magistra eorum plebs accesse- rit. Multos, quos mites natura fecerat, sæuitiam spectacula docuere hominis in vitium prona non vrgenda vtique, fræuanda sunt. Ira inquitur, ægre stabit, si impellitur, præceps ruet. Multum in ea turbidus inhibitur, sed multo plus oculis, illis, quasi fenestris bi- bentibus in animam mors irrumpit, nil potentius in memoriam cadit, quam quod visu subit: facile audita præteruolant, conspe- ctarum imagines rerum hærent etiam inuitis, nec se tamen nisi vo- bentibus ingerunt, nisi perraro atque ocyus abituræ. Quò pergis igitur? Quis rapit impetus? vt ad horam gaudeas, vnde semper doleas, vt semel. quod vidisse milliespœniteat. Iugulari ferro homi- nem, aut feraum dentibus vnguisque discerpi, aut tale aliquid, quod & vigilem turbet, & sopitum terreat. Nescio, quid hic dulce, aut non quid potius amarum, aut triste sentitis, nec vllum in votis humanis insaniæ argumentum video quam quod cotidie vos ad mor- tem miseris delinimentis illectos, & velut stygio sopore demersos dulcedo amara, & delectatio inamœna præcipitat. Vna est enim vobis lex rerum ferme omnium. Quicquid cupitis, quicquid molimini, quicquid agitis contra vos est.

¶ Apophthegmata.

Diogenes, Dionysiaca certamina, quæ Athenis in honorem Bacchi magnis impendiis, pompaq; celebrabantur appellabat magna stultorum miracula, quod in his nihil non ridiculum ageretur. *Laert. l. 6. c. 2. Eras. l. 3. apoph.*

Demonax, cùm videret Athenienses hoc agere, vt Barbarorum exemplo gladiatorum specula in vrbem inducerent: Nolite, inquit, ô cives, istam crudelitatem prius admittere in ciuitatem vestram, quam misericordiæ aram sitis demoliti. Significans, non conuenire in ea ciuitate, in qua Misericordia pro Dea coleretur, spectari plus quam ferinam crudelitatem. *Eras. li. 8. apoph.*

Anacharsis aiebat, se demirari, qui conueniret, vt Græci, qui legibus suis violentiã & iniuriam puniunt, athletas ob hoc ipsum honorent, quod se mutuo percuterent. Salse damnans crudelem populi voluptatem, ac in moribus inconstantiam. Quod enim iniustum est, semper iniustum est. *Eras. li. 7. apoph. ex Laert. li. 1.*

Speculum.

¶ Definitio. Et etymol.

Speculum, Instrumentum ex vitro, Chalybe, stanno, argentove intuentium imaginem repræsentans: cuius intentionem, nempe inter Græcos, Æsculapio assignat *Cicero lib. 2. de nat deor.* Græc. κάτοπτρον, ἐποπτρον. Hebr. *Rei*, à verbo *Raah*, vidit, de quo supra in voce *Spectaculũ* A speculo dicitur speculatio, non autem à specula. Et reducitur ad meditationem, quia est visio causæ per effectum. *sec. B. Thom. 2. 2 q. 180. art. 3.*

Speculum est, in quod aspicimus, ac speciem, hoc est effigiem nostram contemplamur: quod datum nobis à natura fuit, non vt pilos è supercilis, aut barbam velleremus, non vt faciem coloribus inficeremus, sed vt nosmetipsos nosceremus, & formosi deuitaremus infamiam, & deformes remedium sciremus esse virtutibus, quidquid corpori deesset. Quapropter Socrates hortari adolescentes solebat, vt sese frequenter in speculo intuerentur. Nam si formosi essent, elaborandum est, vt digni ea specie sitis: sin autem deformes, vt eam deformitatem virtute ac bonis artibus tegatis.

¶ Biblici Loci.

Speculi similitudine Paulus dupliciter vsus est. *Primo* vocat speculum, *2. Corinth. 3. 18.* Filium Dei in carne manifestatum, qui nobis in ipsius Euangelio spectandus proponitur, & Moysi velato opponitur: Et simul notitiam nostram per Euangelium, non per partes, sed semel totam considerans, conferensq; cum cognitione ex lege, quod limpidissimum Christi speculum velatæ Moysis faciei opponit, *2. Corinth. 3. 18. Secundo*, speculum vocet notitiam Dei, quam nunc habemus, illamq; cum futura longe perfectiore comparat. *1. Cor. 13. 12.* ac dicit, nos in hac vita mortali non plene Deum ipsum, qualis est, sed quasi in speculo imaginem eius quandam conspicere.

¶ Sententiæ Philosophicæ.

Speculum vt quinq; modis præcipue præparatur ad imagines à vultu suscipiendas, natura vitrea, perspicuitate, lenitate, resistentia, positione: sic animæ nostræ ad influxus numinum præparantur: primo, quod intellectuales naturæ sunt, vt illa, secundo, quando per intellectum fide illis hærent indubia, tertio, per voluntatem amore in illa sese ardentissimo transferuntur, quarto, tota in illis firmiter memoria sperant, quinto, si corpus habeant, & natura illis accommodatum, & diligentia præparatum, tum in mentes nostras à superis ita labuntur instinctas, vt à fidibus lyræ in fides similiter temperatas: tunc prodigia, somnio, vaticinia, oracula veniunt. *Fic. in Plat. de leg. dial. 5.*

Speculis nullas imagines ineſſe, vt nec in Iride colores alii putant, sed ipsa aspici corpora, oculorum acie retorta, & in se rursus reflexa: illi in his simulachra cerni putant, id est, corporum nostrorum figuras à nostris corporibus per aerem sparsas, & in illis exceptas. *Iac. Car. in Alcī. c. 10.*

Specula aliqua non solum colores, & sed & figuras ostendunt: alia autem colores tantum, & hæc sunt parua, & nullam habent sensibilem diuisionem. *Arist. meteor. c. 1.*

Specula vitrea perspicua plurimum, quoniam stanni natura, quo intrus illiniuntur, & perlucida & vitro permixta magis resplendat. *Ex Aphr. probl. 5. num. 132.*

Speculis cur noram faciem videmus? quoniam radii oculorum in corpora lucida profecti refringantur, ac suam repetant sedem in specieia

ipsi quem enim nostram iam sibi habent obductam, postquam refracti sunt, itaq; illam conspiciunt. *ibid. num.* 133.

Speculum non tantum manifestam imaginem rei, sed etiam distantiam à speculo, quia sibi longe distat, videt in profundo: si prope, in superficie. *Albert. Magn. in 3 meteor. tract. 4. c. 9.*

Speculum duobus modis sumitur: Primo, quod habet naturam speculi, vt est splendidum, tersum, & aliquo modo spissitudinem habens, & tenens ea, quæ sibi imprimuntur, licet sit peruium, & sic in aere & aqua. Aliud est, quod omnes proprietates habet speculi terminatæ quod distincte & reflectit imaginem in ipsum intuentem, & sic nec aer nec aqua sunt speculum. *ibid. ca.* 15.

Speculum planum recipit in propria quantitate formas rotundũ in minori quantitate. *idem de anim. li. 1. tr. 1. c. 7.*

Speculum quæcunq; ostendit, ideo nobis apparent, quia immutatio medii reperc̃titur ad speculum. *D. Thom. in post.*

Speculi opificium est repræsentare, quæ ei obuiam fiunt. *Plat. de rep. dial. 10.*

Speculum imagines repræsentat, & eadem circa omnia illustria, & leuia aspectu apparent, quia ex interna & externa ignis vtriu q; inter se communione, rursus vno circa leuitatem subinde oriente, & multis modis adaptato talia omnia necessario apparent, dum qui circum faciem est ignis, cum eo qui circa visum est igne circa læue, vel illustre compingitur: dextera vero conspiciuntur sinistra, eoque contrariis visus partibus contrarias partes attingimus, præter solitum occursus morem, contra vero dextera, & sinistra sinistra videntur, cum lumen compactum transierit abeo, cum quo compingitur: hoc contingit, cum speculorum læuitas hinc atq; illinc altitudines adepta, dextram visus partem in sinistram detruserit, & alteram in alteram. At vero secundum longitudinem faciei conuertium speculum idem hoc totum vt supinum efficit, vt quod infernam spiendoris partem ad supernam & supernam ad infernam detrusit: & hæc omnia sunt causæ adiuuantes, quibus Deus ministris vtitur ad optimi deam, quantum fieri potest, absoluendam. *idem in Timæo.*

Speculum in modum cistæ concauæ sphæræ formatum, facit, vt maiores veris vultus appareant, vadique ie fudente radii lumine. *Chalcid. in Plat. Timæum.*

Speculorum duorum, si alterum ante vultum, alterum à tergo ponatur ita obliquatum, vt à corpore non impediatur visus, tunc in ambobus nos inspicimus: quod fieri nequit, nisi radius visualis ita antea in speculo facto angulo recurrat in posterius. *Idem ibid.*

Speculi figura si erit concauа & tornata in modum scaphi quadrati, vel imorcis, dehinc intuemur speculum ita conuertium, vt rectus cernatur imbrex, margines vero eius, seu tupercilia hinc & hinc prolatoribus assistant, tunc, opinor, radius incidens, & infractus ob læum speculi, & rigidam soliditatem in proximum eius latus delabitur in decumanı apicis effigiem, ita dextri lateris imagine in sinistrum, sinistri in dextrum, ob eminentiam margiuis vtriusq; directe dextræ partis, nostræ etiam in speculo dextræ sinistræ item sinistræ videbuntur: & erit imaginis falsæ falsa imago remedium: & hoc speculum, si erit aduersum nos locatum, vt eminentium margiuum alter superior, alter inferior sit, nec rectus, sed obliquus cernatur imbrex, supinas ostendit imagines, & simulachra præpostera, ob similem lapsum fracti radii per acliuia, directus quippe visus ad speculi supercilia, cum superiorem conspexerit eminentiam, deiicitur simulachrum ad ima resupinum, cum inferiorem, facit saltum vultus ad imaginem superiorem. *Chalcidius in Plat. Tim.*

Speculorum diuersitas apparet, quia lumina ad partes alteras reflectuntur à conuexo repulsa & dispersa, & in concauum coniuncta, iuxta diuersitatem speculorum vel concauorum, vel conuexorum, vel oblongorum: quapropter in quibusdam dextera & sinistra controuersia videntur, in aliis pari modo, in nonnullis supera ad intera, ac vice versa ad supera intera conuertuntur. *Alcinous ca.* 18.

Specula imagines quasdam resultare facere existis, etsi nonnulli negant. Theophrastus tamen in libris de anima, vt Iamblichus, & Priscianus exponunt, cum Platone consentit, & Proclus in lex de republica probat. *Fic. in Plat. Tim. c.* 30.

Demosthenes orator, cum à Platone Philosopho facundiam hausisset, ab Eubulide dialectico argumentationes didicisset, nouissimam pronunciandi congruentiam à speculo petiuit. Et si enim in omnibus manu faciendis imaginibus opera diutino sumitur, nunquam tamen similitudo æque ac in speculis comparet. Deest enim & luto vigor, & Saxo color, & picturæ rigor, & motus omnibus, qui præcipua fide similitudinem repræsentat. Cum eo visitur imago mire relata, vt similis, ita mobilis & ad omnem motum hominis sui motigera. Eadem semper contemplantibus æquæua est ab incunte pueritia ad obeuntem senectam, tot ætatis vices induit, tam varias corporis habitudines participat, tot vultus eiusdem lætantis vel dolentis imitatur. *Apul. in apologia 1.*

Socratis visum speculitiuis auditoribus commendantis ratio est cuiuis literato notissima.

Spes.

¶ DEFINITIO.

SPes, Græce ἐλπὶς, ἰδος, ἡ, & ἐλπίζω, spero dicitur Hebr. *Mibtach*, & *Bitthachon*, fiducia, spes, confidentia. *Esai.* 30.15 & 37.4. à verbo *Batach.* Confidit, habuit, confidens fuit, sperauit fiducialiter. Cognatum *Nabhat*, ais exit confidenter. Nam qui sperant de quid accepturos, semper intuentur fixis oculis πιθάω, fido, confido, spes igitur & fiducia recipitur spes de futura beatitudine, sicut de vltimo fine & de auxilio gratiæ, sunt de eo quod ducit ad finem. *Psal.* 27. In Deo sperauit cor meum, & adiutus sum. *in sum. Theol. 1. Secundæ, qu.* 69. *art.* 2. *in concilio & tract.*

Spes est, qua quis ad id, quod credit se peruentu *secund. Aug. li de Ciuit. Dei.*

Spes est extensio appetitus in appetibile. *sec. B. Th. q.* 1. *art.* 10.

Spes est appetitus excellentis boni, cum fiducia

Spei obiectum habet quatuor conditiones, scilicet um, futurum, & possibile. *Secundum B. Thom. prim. art.* 10.

Spes quid à fiducia differat, vide supra in Fiducia.

¶ LOCI BIBLICI.

Spes pro fide. *Hebr.* 6. 11. 1. *Petr.* 3. 15. pro re sperata am. *Rom.* 8 24. *Gal.* 5. 5. *Phil.* 1. 5. *Ephes.* 1. 18. *Coloss.* probatione. *Rom.* 5. 4 spes anchoræ similis. *Hebr.* 6. est. *Rom.* 15. 13. 2. *Thessal.* 2. 16. galea salutis est. 1. *Thess.* necessaria. *Rom.* 12. 12. *Tit.* 3. 7. 1. *Pet.* 1. v. 3. 13. *Ioan.* 3. 3.

Spes impiorum euanescet, & in quibus confidem omnia. 2. *Reg.* 18. 21. *Iob* 8. 13 & 11. 20 & 14. 19 & 20. 4 7. 23 & 25. 19. *Sap.* 5. 15. *Eccl.* 5. v 1. 10. *Esa.* 28. v. 15. 18 & 11. *Ier.* 5. 12 & 17. 7. 1. *Macch.* 2. 62.

Spes, quæ differtur, molesta est. *Prou.* 13. 12 spes a tinenda. *Heb* 3. 6. spes non confundit. *Psal.* 22. v. 5. 6 timo em expellit. *Psal.* 36. v. 4. 5. hominem beatum 34. 9 & 48. 13. spes iustorum non in temporalibus cuiusq; promissio nibus fundatur. *Genes.* 26. 5 *Iudic.* & 17. 45 & 22 1. 1 *Reg* 20. 28. 1. *Par.* 19. 13. 2 *Paralip* v. 15. 2 *Iudith* 5. 13. *Psal.* 9. 11 & 14. 6 & 22. v. 5. 10 & 62. 1 & 70. 1. 1 & 91. 2. 114. v. 9. 10. 11 & 142. 6 & 22. 19. & 28. 25 & 30. 5. *Sap* 3. v. 4. 9. *Eccl.* 2. v. 6. 12 & 14. *Esa* 26. 4 & 29. 19 v. 30. vi. 15 & 31. 1 & 36. 7 & 7. 4 & 9 22 & 17. 7 & 30. 18. *Thren.* 3. 24. *Ezech* 29. 7. v. 5. 7. *Nahum.* 1. 7. 1. *Mach.* 3. 18. *Matth.* 10. 37 & 13. 21.

¶ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

Spes in Deo esse debet singularis.

Salutare tuum expectabo Domine. *Gen.* 49.

Quoniam non derelinquis, qui spem in te collocant virtute gloriantes deprimis. *Iudith.* 6.

Etiamsi occiderit me, in ipso sperabo. *Iob* 13.

Habe fiduciam in Domino ex toto corde tuo. *Prou.*

Qui sperat in Domino beatus est. 16.

Qui timetis Dominum, sperate in illum, & in obliet vobis misericordia. *Eccl.* 2.

Confide in Deo, & mane in loco tuo. Facile est in oc to honestare pauperem. 11.

Domine miserere nostri, te enim expectauimus, e nostrum in mane, & salus nostra in tempore tribulat

Benedictus vir, qui confidit in Domino: & erit Dom eius. *Ierem.* 17.

Pars mea Dominus, dixit anima mea, propterea exp Bonus est Dominus sperantibus in illum, animæ quæ *Thren.* 3.

Ego ad Dominum aspiciam, expectabo Deum Salu um, audiet me Deus meus. *Mich.* 7.

Virtualis.

Lærentur omnes, qui sperant in te Domine. *Psa.*

Sperent in te, qui nouerunt nomen tuum. 9.

Expecta Dominum, viriliter age. 27.

Viriliter agite, & confortetur cor vestrum, omnes qui Domino. 13.

…uem qui abiicit & disciplinam, infelix est & vacua est spes …
…ap. 3.
…ite Dominum sustinete misericordiam eius, & ne defle-
…o ne cadatis, *Eccl.* 2.
…ia filiorum tuorum Domine sustinuimus te: nomen
…memoriale tuum in desiderio animæ. Anima mea deside
…uo te, sed & spiritu meo in præcordiis meis de mane vi
…ce. *Esa.* 26.
…asti sumus. Spes autem, quæ videtur, non est spes: Nam
…quis, quid sperat? Si autem quod non videmus, spera-
…ntiam expectamus. *Rom.* 8.
…dentes, 12.
…rum solatium habeamus, qui confugimus ad tenendam
…am spem, quam sicut anchoram habemus animæ tutam
…ac, & incedentem vsque ad interiora velaminis, vbi præ
…or nobis introiuit Iesus, secundum ordinem Melchisedech
…factus in æternum. *Heb.* 6.

Vtilis, conferens bonum.

…erum in Domino misericordia circundabit. *Psalm.* 32.
…rum, cuius est nomen Domini spes eius. 39.
…am ea omnis congregatio populi, effundite coram illo
…lia. 61.
…hærere Deo bonum est, ponere in Domino Deo spem
…um.
…erit in Domino, saluabitur. *Prou.* 28.
…m hominibus tormenta passi sunt, spes illorum immorta-
…lis est *Sap.* 3.
…confidunt in illo, intelligent veritatem. *ibid.*
…Deo, & recuperauit te, & dirige viam tuam, & spera in il-
…um.
…qui non habuit animæ suæ tristitiam, non excidit à spe
…ua.
…mnio & spe erit fortitudo vestra. Beati omnes, qui expectant
…um. *Esa.* 30.
…quia ego Dominus, super quo non confundetur qui expe-
…ta. 49.
…Iudæam habet mei, hæreditabit terram, & possidebit mon-
…tem meum. 57.
…ui sperantin eum, non infirmantur. 1. *Macch.* 2.
…ne amittere confidentiam vestram, quæ magnam habet re-
…tributionem. *Heb.* 1.

Auferens malum.

…Domino sperans non infirmabor. *Psalm.* 26.
…ihi gar aduersum me prælium in Domino sperabo. 26
…ebet Dominus animas seruorum suorum. Filii hominum
…ub alarum tuarum sperabunt. 33.
…ia differtur, affligit animam, lignum vitæ desiderium ve-
…niens. 13.
…ignum si compleatur, delectat animam. *ibid.*
…si ceciderit lapsus, in die angustiæ minuet fortitudo tua. 24.
…ebet Dominus, & confortans in die tribulationis, sciens spe-
…rantes se. *Nahum.* 1.
…non nobilioribus responsum mortis habuimus, vt non simus fi-
…dentes nobis, sed in Deo, qui suscitat mortuos. 2. *Cor.* 1.

In proximo vitiuperabilis.

…ne confidere in principibus, neque in filiis hominum, in qui-
…bus non est salus. *Psalm.* 145.
…filios defectores: dicit Dominus, vt faceretis consilium, & non
…per me, & ordiremini telam, & non per spiritum meum, vt adderet
…ctorum super peccatum, qui ambulatis, vt descendatis in Æ-
…ptum, & os meum non interrogastis, sperantes auxilium in for-
…titudine Pharaonis, & habentes fiduciam in vmbra Ægypti, & erit
…fortitudo Pharaonis in confusionem, & fiducia vmbræ Ægy-
…ptiorum in ignominiam. *Esa.* 30.
…maledictus homo qui confidit in homine, & ponit carnem bra-
…chium suum, & à Domino recedit cor eius. Erit enim quasi myri-
…ca in deserto, & non videbit, quum venerit bonum, sed habitabit
…ramos in deserto in terra salsuginis, & inhabitabili. *Ierem.* 17.
…ite, saluate animas vestras, & eritis quasi myricæ in deserto.
…Quoniam quod habuisti fiduciam in munitionibus tuis, & in the-
…sauris tuis: tu quoque capieris. 48.
…fratres, fratres, fiduciam introitu factorum in sanguine Chri-
…sti, qui initiauit vobis vitam nouam & viuentem, per velamen, id
…est carnem suam, & sacerdotem magnum super domum Dei, ac-
…cedamus cum vero corde in plenitudine fidei, aspersi corda à con-
…scientia mala, & abluti corpus aqua munda, teneamus spei nostræ
…confessionem indeclinabilem. Fidelis est enim, qui repromisit.
…10.

Spes impiorum abominabilis.

…Spes hypocritæ peribit. *Iob.* 1.
…Desiderium impiorum deficient, & effugium peribit ab eis, & spes il-
…lorum abominatio animæ 11.
…Spes impiorum peribit. *Prou.* 10.
…Mali habent futurorum spem mali, lucerna impiorum extin-
…guetur 24.
…Spes impii tanquam lanugo est, quæ à vento tollitur, & tanquam
spuma gracilis, quæ à procella dispergitur, & tanquam fumus, qui
à vento diffusus est. *Sap.* 5.

Ingrati spes tanquam hybernalis glacies tabescet, & more inutilis aquæ diffluet. 16.

Vana spes mendacium viro insensato. *Eccl.* 34.

Non est, qui inuocet iustitiam, neque est, qui iudicet vere, sed confidunt in nihili, & loquuntur vanitates. *Esa.* 59.

¶ Sententiæ Patrvm.

Mihi magis videtur fidei filius, qui nouit, à quo speret, quod nondum habet: quam qui sibi tribuit quod habet. *Augustin. de spiritu & litera.*

Vita vere mortalis, spes est vitæ immortalis. *in Psalm.* 3.

Qui gaudet in spe, tenebit & rem: qui autem spem non habet, ad rem non poterit peruenire: spes & charitas erunt idem. *De charitate.*

Fides credit: spes & charitas orant, sed sine fide esse non possunt; at per hæc & fides orat. *in Enchirid.*

De diuina miseratione tunc sperandum amplius est, cum præsidia humana defecerint. *Amb. in Flexam.*

Spes commodi suratur labores, & metum abscondit periculi. *in Psalm.*

Omne opus lene fieri solet, cum eius pretium cogitur, & spes præmii solatium fit laboris *Hier. in Epist.*

Spes in æternitatem animum erigit, & idcirco nulla mala exterius, quæ tolerat, sentit. *Greg. in Mor.*

De spe incassum præsumit, qui timere Deum in suis operibus temnit. *ibid.*

De Creatore desperare est, spem in creatura ponere. *ibid. lib.* 5.

Tu es, Domine, spes mea. Quicquid agendum, quicquid decli nandum, quicquid tolerandum, quicquid operanduma, tu es, Domine, spes mea hæc vna mihi omnium promissionum causa, hæc tota ratio meæ expectationis: prætendat alter meritum, iustitiæ se iactet pondus diei & æstus, ieiunare bis in sabbatho se dicat, postremo non esse sicut cæteros hominum glorietur. Mihi autem adhærere Deo bonum est, & ponere in Domino Deo spem meam. *Bern serm. 9 sup. Qui habitat.*

Si mihi præmia promittuntur per te obtinenda, sperabo: si insurgunt aduersum me prælia, si sæuiat mundus, si fremat malignus, si ipsa caro aduersus spiritum concupiscat, in te ego sperabo. *ibidem.*

Vt quidem cunctamus omnino abiicere spes miseras, vanas, inutiles, seductorias, & huic vni, tam solidæ, quam perfectæ, tam beatæ spe tota deuotione animi, toto feruore spei inhærere. *ibidem.*

Dicit fides, parata sunt magna inexcogitabilia bona à Deo fidelibus suis: dicit spes, mihi illa seruantur, tam tertia quidem charitas. curro ego, ait, ad illa. *idem serm. 10. Psalm. 91.*

Tria considero, in quibus tota spes mea consistit: Charitatem adoptionis, Veritatem promissionis, Potestatem redditionis. Non est via ad regnum sine præmiis regni, nec sperare potest cœleste regnum, cui nec super propria regnare membra adhuc datur. *ibidem.*

Tu es patientia mea: si tribulatio infertur, per te sperabo, tu es spes mea: si præmia promittuntur, per te obtinebo: si insurgat hostis, non nisi in te sperabo. *ibid.*

Futurorum spes laborantibus requiem parit, sicut in agone positis dolorem vulnerum mitigat spes coronæ. *Origen. super Exod. homil.* 9.

Sibi ipse fidere non fidei: nec confidentiæ sed diffidentiæ magis in semetipso habere fiduciam. Is vere fidelis est, qui nec sibi credit, nec in se sperat, factus sibi tanquam vas perditum: sed sit perdens animam suam, vt in vitam æternam perdat eam. *Bern serm. 5. in vig. nat. Christi.*

¶ Porticæ Sententiæ.

Hesiodus.

Ἐλπὶς δ' οὔτε ἀγαθὴ κατὰ χρῆμ' ἐόν οὔτε κομίζει.
Spes non bona indigentem virum sequitur.

Theocritus,

Θαρσεῖν χρὴ φίλε βάσκε, τάχ' ἄμμιον ἔσσετ' ἄμεινον,
Ἐλπίδες ὄφρ' ἔμμες ζωοί, ἀνέλπιστοι δ' ἀπόλοντες,
Χ' ὁ Ζεὺς ἄλλοκα μὲν πέλει αἴθριος, ἄλλοκα δ' ὖει.
Fidere, amice, decet, melius erit forsan habebit,
Sperandum est viuis, non est spes vlla sepultis,
Nunc pluit, & clarus nunc Iupiter æthere surgit.

Iulius Polyenus.

Ἐλπὶς ἀεὶ βιότοιο κλέπτει νόον· ἡ πυμάτη δὲ
Ἥδιστος πολλὰς ἐφθασεν ἀσχολίας.
Spes vitæ semper furatur mentem: extrema autem
Aurora, multa præuenit negotia.

Sophocles.

Ἐλπὶς γὰρ ἢ βόσκουσα τοὺς πολλοὺς βροτῶν.
Spes enim alit homines plurimos.

Euripides in Hypsipyle.

Ἀνητὸν ἐδὸν πᾶσιν ἐλπίζειν χρεών.

Nihil insperatum: omnia vero speranda sunt.

Idem in Protesilao.

Πολλ' ἐλπίδες ψεύδουσιν ἀλόγους βροτούς.

Spes temerariæ plerunq; fallunt homines.

Idem in Oedipo.

Ἐκ τῶν ἀέλπτων ἡ χάρις μείζων βροτοῖς
Φανεῖσα, μᾶλλον ἢ τὸ προσδοκώμενον.

Ex rebus insperatis gratia maior hominibus
Apparet, potius quam expectatis.

Pictorius Poëta.

Pressius ab exemplo, discat sperare secunda,
Cuncta ubi spes stabilis supplicat ore Deum.

Lius Poëta.

Ἐλπίσθω χρὴ πάντ', ἐπεὶ θεὸς θέλῃ τόδε θέλητον.
Ῥᾴδια πάντ', Οἷσιν τελέσαι, καὶ δύσατον τὸ δοκεῖν.

Speranda sunt omnia: nihil non enim sperari potest,
Omnia Deo facilia facilia sunt, & nihil impossibile.

Apollodorus.

Οὐδέ ποτ' ἀθυμεῖν τὸ καλῶς πράξαντα δεῖ,
Ἀεὶ δ' ἐλπὶς τἀγαθὸν ὅ τι προσδοκᾶν.

Nunquam oportet animum desponde hominem infortunatum.
Quiris: meliora vero semper expectare.

Euripid. in Inone.

Ἐν ἐλπίσιν χρὴ τοὺς σοφοὺς ἔχειν βίον.

Sapientibus vita spe confirmanda.

Μήτ' ἐν τυχοῦσι πᾶσιν ἡδίαν κλύειν,
Κακῶς τε πράσσουσ' ἐλπίδος κεδνῆς ἔχου.

Neque bona aspirante fortuna totam laxes habenam,
Et in malo successu bonam spem concipias.

Ouid. Epist. 16.

Tale nihil timeo, sed nec Medea timebat.
Fallitur augurio spes bona sæpe suo.

Plaut. Rud.

Nam multa præter spem scio multis bona euenisse.
S. At ego etiam qui sperauerint spem decepisse multos.

Ouid. 1. Pont. 7.

Quamuis est igitur meritis indebita nostris,
Magna tamen spes est in bonitate Dei.

Horat. 1. Carm. 11.

Et spatio breui
Spem longam reseces: dum loquimur, fugit inuida
Ætas: carpe diem, quam minimum: credula postero.

Ter. Adelph. 2. 2.

Ego spem pretio non emo.

Sen. Herc. fur.

Turbine magno spes sollicitæ
Vrbibus errant, trepidique metus.

Ter. And. 2. 1.

Va misero mihi:
Vt animus spe, atq; in timore ægré, antehac attentus fuit:
Ita, postquam adempta spes est, lassus, cura confectus stupet.

Ouid. 1. Pont. 7.

Spes igitur pœnamenti Gracine leuandæ
Non est ex toto nulla relicta mea.
Hæc Dea, cum fugerent sceleratas numina terras,
In Dijs inuisa sola remansit humo.
Hæc facit, vt viuat fessor quoq; compede vinctus,
Liberaq; à ferro crura futura putet.
Hæc facit, vt videat cum terras undiq; nullas,
Naufragus in mediis brachia tollat aquis.
Sæpe aliquam solers medicorum cura reliquit,
Nec spes huic vena deficiente cadit.
Carcere dicuntur clausi sperare salutem.
Atque aliquis pendens in cruce vota facit.
Hæc Dea quam multos laqueo sua colla ligantes,
Non est proposita passa perire nece.
Me quoque conantem gladio finire dolorem
Arguit, intectas continuitque manus.

Tibull. 2. Eleg. vlt.

Iam mala finissem letho: sed credula vitam
Spes fouet, & melius cras fore, semper ait.
Spes alit agricolas: spes sulcis credit aratris
Semina quæ magno fœnore reddat ager.
Hæc laqueo volucres, hæc captat arundine pisces,
Cum tenues hamos abdidit ante cibus.
Spes etiam valida solatur compede vinctum.
Crura sonant ferro, sed canit inter opus.

Ter. And. 2. 2.

Ita, postquam adempta spes est lassus, cura confectus stupet.

Stat. 1. Theb.

Spes anxia mentem
Extrahit, & longo consumit gaudia voto.

Idem 2. Theb.

Et qua non grauis mortalibus addita cura,
Spes vbi longa venit.

Sen. Med.

Qui nihil potest sperare, desperet nihil.

Plaut. Most.

Insperata accidunt magis sæpe, quam quæ speres.

Silius. 7.

Spes heu fallaces: obstitaq; corda caducum,
Mortalis quodcunq; datur.

Ouid. Epist. 6.

Alternant spes, timorq; fidem.

Media via inter præposteram spem & desperationem incedendum esse.

Anthol. Sacr. Iac. Bill.

Tu quem nocte dies, animus male consitus urget,
Vis pateant aures ad tua vota Dei?
Sit studeo semper modica hac perfundere luce:
Nullus enim hac vitiat splendor, & immodicus
Omni luce caret, qui nec commissa fatetur
Crimina, tenebris obrutus illa videt.
At nimio contra obruitur splendore, videri
Tantaea, desperet protinus vt veniam.

Spes de malis habenda.

Anth. Sac. Iac. Bill.

Vt morbo oppressis prosanda est cura medendi,
Donec in ægroto corpore vita manet:
Sic pravis multa & vitiorum mole grauatis
Sanctarum pietas est adhibenda precum.
Vt dum possibile est mutari corda malorum,
Horrescat mœstis denia lucis amor:
Conuersiq; nouam mentem det gratia Christi,
Qua fiunt homines insatiscante boni.

¶ Sententiae Philosophicae.

O fallacem hominum spem fragilemque fortunam nostras contentiones: quæ in medio spatio sæpe frangunt, & ante in ipso portu obruuntur, quam portum potuerunt. *Cic. 3. de orat.*

Sola spes hominem in miseriis consolari solet. *Idem.*

Spes est vltimum aduersarum rerum solatium, mentum tribuit quisq; spei plurimum. *Sen. in quadam*

Spe bonorum, quicquid indignitatis imponitur, remedium bonorum futura spes est, nec innocentem scientiam, quum in aduersis solatium est, non meruisse tur, Fortuna innocentem deserit sæpe, at bona spes *Prouerb.*

De spe bona. Dial. cix.

Francisc. Petrarch.

Gavd.

Quicquid in re sit, spem mihi nullus eripiat. R. Ite testē nemo, ipsa sese sensim eripit, & inopinis euentu consumitur. G. Spero multa. R. Et multa metuas opor enim spes non habitat. G. Spero bona. R. Mala igitur opposita spes timori est, sic aduerso de fonte oriur quod sperare ceperis: eius contrarium vt formides. G. Sed incerta quorum studio certa negligere dementia equidem quod non habet sperat, quod habet obliui re meliora non prohibeor. R. Quid si difficilia? Quid Venturaq; nunquam? Quid si peiora, si pessima sunt meliora tibi fingis? G. Iuuat in spe viuere. R. Dic verius Nam & futura cogitantibus præsentia dilabuntur, & prospiciunt, quæ sub oculis sunt vident, & qui cras viu hodie non viuunt. Nondum est cuius initium sperare omnis boni absentis exspectatio sit, consequens est ea saltem parte qua sperat, mali aliquid pati. G. Dul re. R. Audio quidem multos hoc dicere, sed hanc nem non agnosco. Num si sperare, & optato carere est, quod qui dixerit, haud dubie gustu caret. G. Spe bile est. R. Ergo & pendere, & affici, & torqueri, spes supplicii longa spes est, nil sic animum fatigat, nil sic pitat. Itaque læpe vir sapiens spem perdiam lucrum infinita cupidine liberatum ab expectationibus vanis dum bonis suis cogi gaudet. G. de euentu sors videris gaudeo. R. Vide autem ne quando forsan in re dolea sperasse, & sperata consecutus esse pœniteat. Multos diu torserat ad exitum spes ducta pessundedit. Multi licet non sat satis longæ spei perierē successibus. G. tollat spem. R. Nemo tibi tollat tædium ac laborem disti vetere dici solitum prouerbio. Magnus labor Rei bonæ expectatio blanda est. R. Sed & fallax & ancep Si hoc negas nunquam aliquid expectasti, sed se timabilis turba est, quibus ad id quod agunt nihil pro cax sese offert, nihil respicit, nulli se negat flecti prona credulitas. Argumentum vero leuitatis ingen

...assim obuias spes amplecti, & his illico certis vt bonis... ...docti omnes & experti rerum tardi sunt. G. Bonam ...em habeo. R. Interim dicis. Credo dum te illa fefelle- ...enim mos, inuiti spem deponitis, nunquam illam reli- ...uos illa relinqueret, qui cum vos sæpe reliquerit (mirum ...rum atque iterum redeuntem cupide semper excipitis, ...ge obuiam, quasi obliti veterum nouis armatam dolis in- ...ro dissæce reponitis. G. Spem horam vsque ad vlti- ...m deferam. R. Quid si diu ante illa te deseruit? An ne is- ...bes, anſequeris, an expectabis vt redeat? Age autem spe- ...nihil est dulcius quam falli. Non ego tibi spem, quam ...tenes, eripiam, tantum illud admoneo, non esse spem ...am tu reris. Non est spes bona, quæ bonum sibi propo- ...sæ bene. Bonum quidem sperate scelestissimi quoque ...fallit, immo & solent. Vere itaque bona spes est, quæ ...meriti speratis, seu malis veris falsum boni nomen ...bono iure concepta est. Hanc qui habet stringat, tenear, ...eam vel in vltimis siuat, sororesque illi suas iungat, ...fidem, hæc spes læta, dulcis, verax, felix est, quæque nec ...fallit, nec confundit, sed ad optimum prouehit, animum- ...sperati boni anticipatione lætificat. At vos seu verum ...male meriti speratis, seu malis veris falsum boni nomen ...lare igitur vestra expectatio antequam veniat mœsta ...horq; cum venerit. G. Humanum sapio, & de his ioquor ...nes vocant bona. R. Huius nominis doctos olim inter ...longa lis fuit, quæ adhuc pendet, pendebitq; ævum in o- ...rum in rebus contra autem illis bona multa ponentibus, ...mus ista Philosophis. Ego quæ vulgus dicit bona spero. ...igitur rum speras, quod vel dilatione te cruciet, vel fa- ...exopetato, fac succedat enim quod ad corpus attinet ...parueris, quod ad fortunam variæ & immitis dominæ ...gum, quod ad animum vero ipsum magna etiam pars in ...permittem verti queat, quoniam quæ delectant animum, ...dunt. G. Ieci ego spei bonæ anchoram, nec mouebo. ...solent nautæ tempestate orta nauis anchoram præcidere, ...nequit, relictamque illam fugam capere, non enim quid ...matri apud poetã Dente teñaci anchora fundabat naues, ...quoque pelagi moribus accidit, vbi non naues fundat il- ...git, & naufragio vinctas tradit. Nec hercle aliter inter ...humanarum rerum spes affixa & tenax: multos in exiti- ...cet, abscindenda, rerumque sub fluctibus relinquen- ...liberam vitæ proram gubernaculo prouidentiæ dirigas ad ...orum. G. Bene spero. R. Bene sperando & male haben- ...uis vita mortalium.

De multiplici spe. Dial. cxx.

Franciſc. Petrarch.

GAV.

...ibra spero. R. Multa in spe multa est vanitas multusque fal- ...itas fortunæ. G. Spero multa. R. Spem multiplicem, mul- ...tiunt. Qui modicum sperat iter calibus arctauit atque non- ...obluxit. R. Valetudinem bonam spero. R. Mortalitatis obli- ...tem. G. Spero longam vitam. R. Diuturnum carcerem, vbi ...feras, multa videas quæ nolis. G. Membra viuacia. R. Vin- ...moa, grata tamen, vnde metuas abſo ui. G. Formam corpo- ...gantem. R. Voluptatum stimulos. G. Annorum prosperos ex- ...s. Pudendi materiam doleadique. G. Amice conuentam mor- ...gnatum, pœnitentiam longæuam. G. Vltionis occasionem. ...rtrum fœuitiæ. G. Agile corpus, ac validum. R. Mancipium ...manæ & rebelle. G. Diuitias multas. R. Grauem sarcinam ex ...s, & tribulis. G. E diuersis æquoribus venturas naues. R. Late ...rsum sorrem intra monstra maris, ac scopulos, agitatam flu- ...ctus, tractam funibus, pulsam ventis. G. Lucrum de conceptis ...ebus. R. Escam quæ te perpetua solicitudine capiat, lucroque ...o in multa credulum damna præcipitet, mercator nouus est fa- ...ndi credendum, expertus multa circumspicit. G. Honestas filiæ ...quas, filiove. R. Nulla ferme res tam crebro fallit, & tam grauis- ...G. Magnam potentiam. R. Inuidiosam miseriam, opulentam ...quam, pauidam superbiam. G. Regnum & imperium. R. Præci- ...um & procellas & subsellanti diademate fuscum supercilium, ...nanimum, infelicem vitam. G. Honores fori. R. Puluerem & stre- ...m. G. Coniugium, & natos. R. Litigium & curas. G. Mihi mi- ...m, & vxorem filio. R. Tibi laborem, ac dilecto pœnam. G. Ve- ...ortium vxoris: & coniugem iuniorem. R. Attrito laqueo dif- ...s, vt nouo & valido vincaris. G. Ingenium, linguam, literasq; ...ndem, malleum, & massam, quibus tibialis somnum frangas. ...audationem funeri. R. Philomelam surdo. G. Aureum Pyra- ...em. R. Domum pictam coeco. G. Gloriam post mortem. R. Le- ...uras post naufragium. G. Nomen apud posteros. R. Testimo- ...um abignotis. G. Hæredem meum. R. Patrimonio amicum tuo, ...ibi redeas.

De spe vincendi. Dial. xii.

Franciſc. Petrarch.

GAV.

Bello victoriam spero. R. Cum fallax vbi libet, tum in bello fal- lacissima spes est. Nihil ex præmeditato agitur. Inopine cuncta om- nia. Prudentissimus atq; exercitatissimus militarium rerum fuit, qui dixisse fertur, nusquam minus quam in bello euentus respon- dere. G. Victoriam spero. R. Pacem haberes vtilius, eiusdem ducis verbum memorabile traditur, Melior turiorq; est certa pax quam sperata victoria. G. Bello victoriam. R. Quid si victus? Hæc spes multos in exitium egit, sine victoriæ spe, nemo volens in aciem de- scendit. G. Bello superior euadam. R. Futuri verbum temporis. O- mnis enim de futuro spes, & futura omnia semper ambigua. G. Bel- lo victor remeabo. R. O spes hominum inanes: nec victor fortasse, nec victus remeabis, sic tibi reditum spondes, apertumq; inter gla- dios iter acri deuotum classico Martis caput? G. Esse victor spero. R. Est qui contrarium sperat vel vtrunque, vel alterutrum sit necesse. Potest vel alter, vel vterq; dux partium seu aliter seu mutuis vulne- ribus simul occumbere. quod & sæpe credo alibi, & quod nunc me- minerim Thebis vltimo inter fratres impios congressu; & Romæ primo post exactos reges accidisse proditum est bello, vt Superbi regis filium Brutus consul, ad inferos prosecutus est. Amisso autem spiritu iam victoria nulla est, quo seruato, sæpe tamen ex acie pari Marte discessum tenes. Vtrobiq; igitur ambos duces spe victoriæ fraudatos constat. Vnum nempe fraudari tam commune, tamque cotidianum est, quam in aciem proficisci. Quid scis autem an vnus ille tu sis, hac qua tibi blanditris victoriæ spe fraudandus? G. Bello vincam. R. Vt anceps semper sic sæpe tristis, & sanguinolenta vi- ctoria est. Non habetur gratis, quod vitæ discrimine quæritur, care emitur cuius sanguis est precium. carius cuius morte fieri potest vt pars victrix ducem perdat, ita tuis vincentibus vincipotes. Quid de victoriæ sceleribus dicam? Non sunt tot victi miseriæ, quot sunt peccata victoris. Quod si peccato miserius nihil est nec victus eo quod vincitur victore miserior, sed eo minus miser, quo minorum rerum damnis afficitur. G. Vincam. R. Vt ad summam redigam & an vincas & an melius sit victisse, si videri in dubio est.

¶ Sententiae Historicae.

Vt plurimum spes maxima præbet maximam audaciam, & pro- ptitudinem ad inuadendum. *Thucyd. l. 7.*

Humanus affectus est, memoria fortunæ pristinæ sperare ad eam reditum. *Appian. in l. de bell. Pun.*

Nihil est efficacius spe, ad subleuandam hominum lassitudinem. *Appian. l. 2. de bell. ciuil.*

Diuina lenitas aliquam in aduersis plerunque spem salutis reli- quam facit. *Pausan. l. 5.*

Spem necesse est virtute & innocentia tutari: alia enim præsidia, vt vetus nobilitas, maiorum fortia facta, cognatorum & affinium opes, multæ clientelæ, infirma sunt. *Sall. de bell. Iugurt.*

Vna in audacia spes salutis. *Tacit. hist. l. 4.*

Suus cuique animus ex conscientia spem præbet. *Sall. in Fragm.*

Magnæ indolis dignum est sperare semper. *L. Flor. l. 4. c. 8.*

Non est omnino desperandum, quin in omni seculo semper me- liora sperare liceat, donec ipsa hominum fortunæ fuerint, & quæ dictu factuq; difficilia ac fieri posse minime videntur, audentibus sæpe ad effectum deducuntur: ita vt admiratione multa sint digna. *Procop. de bell. Vand. l. 2.*

Omnes spes non est incertæ Martis aliæ committenda. *Nicet. Manuel. Comn. l. 6.*

Quod spei limites transiliit, à corde & mente facile relinquitur. *Heliod. l. 1.*

Fortunæ conditionumque æquitas spem successus secundi fun- dant. *Amm. Marcel. l. 17.*

Si quis frequenter bonorum expectationes iniiciens fefellerit, vir huiusmodi ne tum quidem potest persuadere quam spem veram at- tulerit, At quæ quis certo comperto non habet, ea ne ipsemet dicat cauere debet: & nonnunquam alii illa dicentes, idem efficere pos- sint, adhortationem autem suam ad maxima pericula seruet quam maxime fide dignum opus est. *Xenoph. de pad. Cyri l. 1.*

Vbi homines religiose pietatem colunt, & bellicis in rebus exercentur, & se vt dicto sint audientes condocefaciunt: qui non istic consentaneum sit, optima spe cuncta plena esse? *Xenoph. Orat. de Ageſilao.*

Spes quæ in periculis animum addit, etiam si aliquoties damno afficit, non tamen euertit vtentes ipsa pro viribus: sedab his qui omnes facultates simul periculo exponunt (spes enim natura pro- diga est) tunc primum deprehenditur, quando ipsi iam sunt frustrati, & non concedit facultatem in posterum cauendi, vbi quis semel eam cognouerit. Id vos (*Atheniensium ad Melios di- ctum*) qui imbecilles estis, & vnico momento potestis euerti, no- lite experiri. Neque imitemini vulgus hominum, qui cum suæ saluti humano more consulere possent, postquam rebus aduersis premuntur, & manifesta spes eos destituit, ad obscuras spes confu- giunt, nempe ad oracula & diuinationes, & alia quæ homines spe

illectos in exitium porrahunt. *Thucyd. l. 5.*

Fallaces sunt hominum spes, & incerta rerum futurarum iudicia. *Facius hist. l. 4.*

Angliæ regis liberi tres cum tranquillo mari ex Normannia soluissent in medio cursu atroci exorta tempestate, naufragio periere: tristi suis, sed salutari ad posteros exemplo, spem regiæ simul vniuersam fortunæ discrimini ventorumque ludibrio credendam non esse. *P. Æmyl. l. 5.*

Plerunq; hominum proprium est, quod ratione difficile cognoscunt, ei sibi cupiditate & spe facile fingere. *Fr. Guicciard. hist. l. 4.*

Vbi homines pieratem colunt, belli artes tractant, magistratibus obtemperant, qui non hic conuenit, affatim omnia bene sperare? *Xenoph. orat. de Agesilai laudib.*

¶ Apophthegmata.

Thales sciscitans, quid maxime commune esset omnibus? Spes respondit. Hanc enim etiam illi habent, qui aliud nihil. *Stob. sermon.* 109.

Bias, roganti cuipiam, quid esset dulce hominibus? Spes, ait. *Brus. l. 6. c. 11.*

Anonymus, Rhodius quidam, ob intempestiuam libertatem à tyranno coniectus in caueam in qua more nocentis bestiæ alebatur ad eruciatum & ignominiam, amputatis naribus ac fœdata vulneribus facie, quum ab amicis admoneretur, vt inedia sibi malorum finem quæreret: Cuncta, inquit, homini quoad viuit speranda sunt. Citius illum laudarim quam istos, qui ob causas non admodum graues confugiunt ad laqueum, aut ad præcipitium. *Eras. l. 8. apop.*

Democritus. Eius circumferebatur talis sententia: Spes rectè sapientium voti compos fieri potest, insipientium vero impossibilis est. *Stob serm.* 109.

Socrates dicere solebat, neq; mulierem sine viro, neq; spem bonam absque labore quicquam vtile parere. *Stob. serm.* 19 & *serm.* 1. Neque nauem vnica anchora, neque vitam vna spe fultam esse oportere dicebat. Id posteà dictum est ab Epicteto. Item. Improbæ spes, quemadmodum mali viæ duces, in errorem inducunt. *Max. serm. de Spe.*

Idem dicere solebat, Spem malam nihil aliud esse, quam pessimum vitæ ducem, grauissima quæq; peccata. *Stob. serm.* 109.

Plato. Spem vigilantium somnium appellabat. Ad quod alludere videtur Vergilius, quum ait,

An qui amant ipsi sibi somnia fingunt?

Nam dictu mirum est, quam varias imaginationes patiantur in animo suo, qui vehementer sperant aliquid. Atque hi inanibus simulachris perinde semet oblectant, ac si iam tenerent quæ sibi pollicentur. *Aelian. l. 13. de var. hist.*

Diogenes percontatus quidnam in vita extremum esset? Spes, dixit. *Stob. serm.* 109.

Herodes, ad confirmandos aduersus Arabas suorum animos: Fallax, inquit, spes est, quæ non suis viribus nititur, sed alienis aduersis. *Brus. l. 6. c. 11.*

Plutar. dicebat spes eruditorum esse stabiles, vt quæ in rationis portu conquiescent. Item. Idem præstat scaphæ impulsæ infirma anchora, quod spes innitens malo consilio. *Max. serm. de Spe.*

Alexander apud Granicum, Martem experturus, hortabatur Macedones, vt affatim pranderent, veluti postridie ex hostium commeatu cœnaturi. Præsens animus, ac de belli euentu fidens ac securus. *Plut. in apoph. reg. & imp.*

Idem Posteaquam in expeditionem profectus regias opes pene omnes in milites ac duces distribuisset, roganti Perdiccæ. Quid tibi nunc rex superest? Spes, inquit. Hic Perdicca: Hæc, inquit, nobis commilitonibus tuis futura communis est, & prædium quod ipsi designarat: Alexander, recusauit. Tanta erat fiducia, bene succedituram expeditionem. *Plut. in Alex.*

M. Cato de spe sic prædicasse narratur, *authore Plutarcho*, quod quæ magna essent, pusilla faceret: quæ pusilla prorsus nulla, sentiens, opinor, de periculis. Victoriæ spes extenuat omnia quæ solent deterrere. *Eras. Rot.*

Iul. Cæsar. Obsecrantibus Cæsarem amicis, vt præsidio corpus muniret, multisque ad id operam suam pollicentibus, negauit se hoc facturum: Satius esse dicens semel mori, quam assidua spe & expectatione pendere. *Plut.*

¶ Similitvdines.

Chrysostomi. Sicut malitia & viuentes & mortuos affligit & torquat: Ita virtus ante cœlestis regni participationem, sectatores suos & spe bona & incredibili fouet voluptate. *Hom. 39. in Ioan.*

D. Augustini. Spem iam interiam sanctam quasi anchoram præmisimus, ne in isto mari turbati naufragaremus. Quemadmodum ergo de naui, quæ in anchoris est, recte dicimus, quod iam in terra sit, adhuc tamen fluctuat: sed in terra quodam educta est contra ventos & tempestates: Sic contra tentationes huius peregrinationis nostræ, spes nostra fundata in illa ciuitate Hierusalem, facit nos modo abripi in saxa. *In Psalm. 64.*

Laurentii Iustiniani patriarchæ. Spes est quasi columna quæ totum spirituale ædificium sustentat: qua deficiente ædificium corruit, ac in barathrum desperationis concidit. Est enim anima, eam seruans, ne à procellis tentationum submergatur. Apostolus: Firmissimum solatium habeamus, qui confugimus tenendam propositam spem, quam sicut anchoram habemus animæ tutam ac firmam, &c. *In ligno vitæ c. 2. de spe.*

Plut. Quemadmodum Ægyptii lege iubebantur mentiri, nec peperisset, si qua grauida morbo fuisset correpta. Ita abiicienda spes in hominum erratis. *In mor.*

Thriuers. Decet amico gratiam reponere: Sed huius est, hominem spe beneficiorum colere. *in apophth.*

¶ Adagia.

AEgroto dum anima est, spes est.

Admonet, ne in afflictionibus quidem abiiciendam.

Spes alunt exules. αἱ ἐλπίδες βοσκοῦσι φυγάδας.

Vbi quis excussus à pristina fortuna, semper id agit.

Adhuc cœlum voluitur.

Quoties significabimus adhuc superesse spem & aliquid quod melioras fortunæ solet occasionem adducere, eadem conuenit illud Theocriti.

Οὔπω πάντας ἀγαθὰ θεοὶ ἔδοσαν ἅπαντα.
Non est lassatum volucribus mensibus annus
Cœlum.

Adhuc aliquis Deus nos respicit.

Quum in rebus vehementer afflictis, negabimus superesse animum, verum esse spei nihil, conuenit illud.

Ἀλλ' ἔστ' τις ἡμῖν ἐσθλὸς ἐν τοῖς οὐρανοῖς θεός.
Numen adhuc aliquod dextram mihi obtendit.

Der alte Gott lebet noch.

Spes seruat afflictos. *Ouid.*

Spes bona dat vires, animum quoq; spes bona firmat.

Ἐλπὶς γὰρ τρέφει. *Plut.*

Spes altrix senectæ.

In herbis.

In herbis esse dicuntur, quæ nondum maturitatem modo bonam de se præbent.

Spes tenuis.

Spem infirmam incertamq; Poeta tenuem vocat.

Ab ipsa Messe.

Agit de his, qui vel commodis, vel spe commodorum quo minus semet explicent negotiis, quasi desertum ab instat messis,

Coruum delusit hiantem.

Dicitur in captorem spe sua frustratum Horat.

Thesaurus carbones erant. ἀνθρακες ὁ θησαυρὸς ἦσαν.

In eos competit, qui spe sua frustrantur, quiq; magnificentiis, meras nugas reperiunt.

Bolus ereptus è faucibus.

Dicitur quoties commoditas aliqua, quæ iam propemodum batur, præter expectationem subito præcipitatur. Terent.

Murem pro leone ostendit. μῦν ἀντὶ λέοντος ἀναδεῖξαι.

Prouerbialis allegoria dictum, proco, quod est, ingentia & fortia, longe diuersa exhibuit.

Concupiuit assam farinam. ἠράσθη τοῦ πλίνου.

In eum dicebatur, qui domesticam tenuitatem peregrinos lautiorem vitam quæsisset. Theocritus.

Ne per somnium quidem. οὐδ' ὄναρ.

Græcis prouerbialiter dictum est proco, quod esset, qui nullo tempore, ne sperare quidem audeat. Lucian.

Aliena iacis. ἀλλότρια βάλλεις.

Quoties parum ex animi sententia res cadit, vsurpatur.

Larus parit. κίτφος ὠδίνει.

Vsus vbi quis magna præ se fert, pusilla præstituus.

Parturiunt montes, nascetur ridiculus mus. ὠδίνουσιν ὄρη ἐκ τέξονται.

Dici solitum in homines gloriosos: qui promissis, tantis, magnis, miram de se mouent expectationem, tandem vero nihil adferunt.

Lupus circum puteum chorum agit. λύκος περὶ φρέαρ χορεύει.

In eos dicetur qui sumptuosiuscule opera & spe sua frustrantur.

Lupus hiat. λύκος χάνει.

Dicebatur si quis re multum sperata, multumq; apparatus discederet.

Aurificem te futurum credebas. χρυσοχοεῖν ἔφης.

In eos, qui frustraneos labores suscipiunt, ac spe sua frustrantur.

Quærens obsonium, vestem perdidi. ζητῶν ὀψάριον, ἀπώλεσα ἱμάτιον.

Vbi res pessime cadit, aut cum pusilla quadam captamus, perdimus. Suidas.

Cadere in cursu.

Est expetita laude frustrari.

Ne quære mollia, ne tibi contingant dura. μὴ τὰ μαλακὰ μὴ τὰ σκληρὰ ἔχῃς.

Congruit in eos, qui dum nimis improbe ac morose petunt, volunt offensi iis, à quibus petunt, accipiunt ea quæ nolint.

…dam prater modum captant voluptatem: incidunt in mo…
…rtunitates.
…sequens lepores, neutrum capit. ὁ δὲ πᾶσιν ἁπλῶς διώκων ἀβέ…
…βαιος.
…qui simul duplex captat commodum, utrorũ frustratur.
…den zwyen Bänncken nider gesessen.
…nus nihil attraxit. αὕτη μὲν μεγίστης ὁδὸς ἐπιπόνου.
…dabant hoc adagio operam frustra sumptam, neq; ex sen…
…se quod quis conabatur. Aristoph.
…hagrat. κενὸν ἐλπίσι θαρσαλέον φρένα.
…frustra sibi magna polliceatur.
…non semper feret secures. οὐκ ἀεὶ ποταμὸς ἀξίνας φέρει.
…mum is qui quod aliis feliciter cessit, idem sibi quoque
…animi sententia cessurum sperant. Æsop.
…pretio emere.
…rum incertum, certo affectare damno. Terentius in
…agricola in nouum annum diues. ἀεὶ γεωργὸς εἰς νέωτα
…ultum, qui spe futuri compendii sunt diuites, ac sibimet
…rerum amplarum blandiuntur.
…sacrum. οἱ Κρῆτες τὴν θυσίαν.
…, vbi quis non frustur iis, quæ parauit. Zenodot.
…um amisi, reliqui pignori putamina.
…ea per imprudentiam aut temeritatem amittit, ex qui…
…em expectabat, retentis iis, ex quibus emolumenti nihil po…
…re. Plaut. in Capt.
…mittit anchoræ iactum Deus. ἀλλ' ἀν τίπτουσι τὴν ἐπ' ἀγκύραν
…
…rum res: prater spem euenit.
…ulcum parietem inclinare.
…um præsidio fretur, qui forma superbit, qui in caducis for…
…ræ suæ præsidia collocat, recte dicetur in caducum inclina…
…tem.
…um est & mansisse diu, vacuumq; redisse. αἰσχρὸν τοι ὀηρὸν
…τοῖσι τὰ νέα δεῦν.
…ennes vbi quis longam de se concitauit expectationem, cui
…nnes respondeat. Hom. Iliad β.
…omnia eueniunt quæ in animo statueris. ἀλλ' ὀξέως ἀνδρὶ σοὶ
…πάντα τελεῖται.
…ueniunt, quoties significamus, non euenire protinus, quæ-
…que vtique concepermus. Homer.
…ndini arundinco inniti.
…ngua spes sua figit in his, qui non solum non possunt esse præ…
…rum etiam noceant destituto.

¶ Exempla Biblica.

…in Deum exempla: Ezechias, 2. Reg. 18. vers. 5. Filii Iuda, 2. …
…13. v. 18. Iosaphat, 17. vers. 34. & 20. v. 13. Dauid, 2. Sam. 22. v. …
…18. v. 3. & 7. v. 2. & 13. v. 5. 6. & 16. v. 1. & 18. v. 1. 2. & 22. v. 10. & …
…& 27. v. 12. & 28. & 31. v. 1. 2. & 38. v. 15. & 52. vers. 10. & 55. v. …
…16. 11. & 57 v. 1. & 69. v. 4. & 71. vers. 1. & 72. vers. 10 & 91. v. 9. …
…v. 5. & 141. v. 5. & 142 v. 6. & 144. vers. 2. Patres, Psalm. 22. v. 5. …
…Israel & Aaron, 115. v. 9. 10. Tobias, Tob. 2 v. 15. 16. 17. Iudith, …
…v. 17. 18. Iob, Iob. 13. v. 15. & 19. v. 25. 26. 27. Ieremias, Ierem. 17 …
…19. Thren. 3. v. 21. Susanna, Dan. 13. v. 60. tertius & quartus fra…
…2. Macchab. 7. v. 11. 14. Macchabæus, 15. v. 18. Paulus, Actor. 24. …
…1. & 1. Timoth. 4. v. 10. Ephes. 1. vers. 12. Philip. 2. v. 10. 1. Petr. 1. v. …
…ses præteritis, & iam compertis beneficiis concipienda, Ex…
…Iacob, Gen 32. v. 10. 11. Israelitæ, Deut. 7. v. 18. & 10. v. 11. Da…
…Sam. 17 v. 24. 37. Iosaphat, 2. Paral. 20. v. 7. Dauid, Psalm. 3. v. …
…v. 10. & 32. v. 5. & 34. v. 7. 8 & 71. v. 6. 17 & 77. v. 12. & 86. v. 7. & …
…& 143. v. 5. Paulus, 1. Corinth. 1. v. 8. & 9. 2. Cor. 1. v. 10. Philip 1. v. …
…Thess. 5. v. 24. 2. Tim. 4. v. 18. Petrus, 2 Per. 1. v. 3.
…spes bona de pijs concipienda, Exempla: Paulus, Rom. 15. 14. 2. …
…4. Apostolus, Hebr. 6. 9. spes ex scripturis hauriendæ, Rom. 15. …
Exempla: Dauid, Psalm. 119. v. 42. 47. spes nec in hominibus nec …
…creaturis locanda est, 2. Paral. 16. 7. & 25. 9. Psalm. 20. v. 8. 9. …
…& 73. 28. & 118. v. 8. 9. & 127. v. 1. 2. & 146 v. 3. 5 & 147. 10. Prou. …
…& 11. & 18. 25. Esa. 20. 6. & 30. 2. & 31 3 & 36. 6. & 40. 7. Ierem. 7 …
…17 & 48 7. Ezech. 29. 6 Osea. 5. 13. & 7. 11. & 9. 3. & 12. 1. Amos. 6. 1. …
…6. 10. & 7. 5. Abac. 1. 17. & 2. 3. Marc. 10. 24. 1. Tim. 6. 17. Spes in Deo …
…locanda, 2. Paral. 16. 7. & 20. 12. & 15. 8. Iob. 13. 15. Psalm. 2. 12 & 9. …
…11. & 13. 6. & 20. 8. & 27. v. 10. 14. & 31. 2. & 71. 1. & 33. 18. & 37. v. 3. …
…42. v. 6. 12. & 43. 5. & 55. 24. & 62. 7. & 65. 6. & 78. 7 & 84. 13. & 86. 2. …
…v. 11. 14. & 118. 9. & 119. 81. & 123. v. 2. 3. & 130 6. & 131 3 & 147. 11. …
…Proverb. 3. 5. & 16. 20. & 28. 25. Esa 8. 16. & 10. 20. & 14. 32. & 26. v. 3. 4. …
…& 49. 23. & 50. 10. Ierem. 11. 20. & 17. 7. & 31. 17. 39. 18. Thren. 3. 21. Osea. …
…2. Ioel. 3. 16. Mich. 4. 5. & 7. 7. 2. Corinth. 1. 9. 2. Timoth. 2. 1. 1. Petr. 1. 21. …
…& 3. 7.

¶ Historica Exempla.

Alexander Macedo proficiscens in Asiam possessiones dome…sticas, & vectigalia regia amicis pleraque diuisit. Vnus nihil ex illius largitione accepit Perdiccas, sed rogauit: tibi vero quid Alexander relinquis? qui vt respondit: Spes meas. Erga harum, inquit, nos quoque erimus consortes: neque enim nos tua capere, sed prædam expectare Darii decet. *Plut. orat. 2. de Alex. fortuna.*

Rhodius quidam ob intempestiuam libertatem à tyranno coniectus in caueam, in qua more nocentis bestiæ alebatur ad cruciatum & ignominiam, amputatis manibus, ac fœdata vulneribus facie, cum ab amicis admoneretur, vt inedia sibi malorum finem quæreret: cuncta, inquit, speranda sunt. *Erasmus libro 8. apophthegm.*

Aristippum Philosophum Socraticum ferunt aliquando ad Rhodiensium littus graui naufragio iectum, amissis omnibus, vidisse in harena figuras quasdam geometricas, atq; ad comites, mœrore posthabito, hilari vultu exclamasse: bene sperandum est, nam & hic quoque hominum vestigia cernimus. *Laert.*

C. Marius obscuro genere natus, facinorum militarium commendatione ad Reipubl. accessit. Ac primum maiorem petiit ædilitatem. Vbi sensit ea spe frustrari sese: eodem die minorem adiit: & hac frustratus, haud tamen desperauit, se Romanæ ciuitatis primatem fore: docens, quantum in rebus humanis valeat improbitas. *Plut. in Rom apoph.*

Idem VI. Consul. Roma pulsus à L. Sylla, & proscriptus grandi pecunia in caput eius pronunciata, variis erroribus & periculis agitatus, oraculo se potissimum solabatur, quo acceperat, septies se consulem futurum. Neque eum spes fefellit. *Sabell. l. 3. En. 6.*

Fœmina sua spes blandita est, æternitatemq; pollicita, *vt Semiramidi*, quam compulit vt virilem sexum mentiretur, ad amplissimos ducendos exercitus. Itaque nusquam tot adiisset labores tot pericula suscepisset, nisi aliud esse persuasum haberet, quod vltra hoc quod viuimus, stabile esset atq; perpetuum mansurum.

¶ Hieroglyphica.

Hominem, qui fugitiuam rem aliquam nulla consequendi spe sectaretur, indicare si voluissent veteres, *Anguillam* pingebant, quam manus à cauda prehenderet, tanta enim est lubricitate prædita, vt de prensantium manibus elabatur quam facillime, difficulterq; contineri possit. *Pier. Valer. l. 29. p. 279. C.*

Quod si certam esse *Spem* de ambigua re quapiam ostendere voluissent, obuolutam eam ficulneo folio pingebant: quod scabritie sua prensanti sit adminiculo, nequaquam irrito, vnde prouerbium: τῷ τρίῳ τὴν ἐχέλην. *idem ibid.*

¶ Emblema.

Spes proxima.

Emblema XLIII. Andr. Alciati.

Innumeris agitur Respublica nostra procellis,
Et spes ventura sola salutis adest:
Non secus ac nauis medio circum æquore genti
Quam rapiunt: falsis tam; fatetur aquis.
Quod si Helena aduenient lucentia sidera fratres:
Amissos animos spes bona restituit.
Illi itum non sperandum.

Emblema XLVI.

Spes simul & Nemesis nostris altaribus adsunt,
Scilicet vt speres non nisi quod liceat.

In dies meliora.

Emblema XLV.

Rostra nouo mihi setigeri suis obtulit anno,
Hæque cliens ventri venia. dixit. habet.
Progreditur semper, nec retro respicit vnquam;
Gramina cum pando prorsit ore vorax.
Cura Cyrris eadem est, ne spes sublapsa retrorsum
Cedat, & vt melius sit quod & vlterius.

In simulachrum Spei.

Emblema XLIV.

Qua Dea tam læto suspectans sidera cultu?
Cuius penicults reddita imago fuit?
Elpidij fecere manus. Egonominor illa,
Quæ miseris prompta Spes bona præstat opem.
Cur viridis tibi palla? quod omnia me duce vernent:
Quid manibus mortis tela refracta geris?
Quod vituos sperare decet, præcido sepultis.
Cur in dolioli tegmine pigra sedes?
Sola domi mansi volitantibus undiq; noxis,
Aſcræi vt docuit Musa verenda senis.
Qua tibi adest volucris? Cornix fidissimus oscen,
Est bene nequeat dicere, docta, erat.
Qui comites? bonus Euentus, precepsq; Cupido.
Qui præeunt? Vigilum somnia vana vocant.
Qua tibi iuncta assunt? scelerum Rhamnusia Vindex;
Scilicet vt speres nil, nisi quod liceat.

Spiritus.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

SPiritus, Græce πνεῦμα, ατος, τὸ, & πνέω, spiro & πνευματικὸς, ὴ, ὸν, spiritualis dicitur. Spiritus dicitur septupliciter, aer, vel ventus, corpora beatorum, animæ beatorum, virtus imaginatiua, mens, Deus, *secundum B. Thom. prima parte, quæst. 4. art. 3. & 1. sentent. dist. 12. q. 4. c.*

Spiritus sanctus est tertia persona in diuinitate à patre filioque procedens : comperit autem ei diffinitio personæ. Nam persona est, *secund. Boet. libelo de duabus naturis*, rationalis naturæ indiuidua substantia.

Spiritus Hebr. *Nephesch*, anima, anhelitus, spiritus vitalis, pars nobilior, qua homo viuit, alitur, sentit, aut ratiocinatur. Hæc omnia brutis sunt communia nobiscum præter rationem. Item *Nephesch*, sumitur pro vita animali, seu vegetatiua, quæ constat anhelitu & respiratione : ideoque sæpe voxilla intelligitur de corpore, in quo est anima seu habitus. Deinde per Catachresin pro corpore exanimi, in quo fuit halitus, iam emissus. A verbo *Nippasch*, Animatus est respirando, respirauit, recreatus est, animo refrigeratus est, vt cum attrahitur spiritus placide, restauratur & vegetatur anima. Hinc per apharæsin ψύχω, ψυχόω, animo, vitifico, recreo. 2. A verbo *Nascham*, anhelauit, anhelitum emisit, exhalauit, suspirauit (cognationem habente cum verbo *Nasschab*, flauit, & *Nasschaph*, efflauit) deriuatur nomen *Nesschamah* halitus, anhelitus, & anhelatio, *Gen. 2. 7 Deut. 20. 16. Iob. 27. 3 Esaiæ 57. 16.* 3. *Ruach*, Spiritus, frequentissime occurrit, nomen deriuatum à verbo *Roach*, Spirauit, efflauit ventum seu halitum. Est verbum actiuum & cognationem habet cum verbo neutro *Rauach*, fuit, respirauit ad aerem, vnde αὔρα, & latinum aura : item cum *Riach*, odoratus est respirationem. Hinc ἀὴρ, aer, ventus. Gall. *L'air*, apud Prophetas, de Deo, de spiritu sancto, de anima humana, de angelis, de plagis mundi, ex quibus venti spirant, occurrit vox *Ruach*, in numero singulari, & *Ruchoth*, in plurali *Psalm. 31. 6. & 33. 6. & 104. 4. Esai. 11. 21. Sam. 16. vers. vlt. Ezech. 37. 9. Ierem. 49. circa finem, Zach. 2. 10.*

¶ BIBLICI LOCI.

Spiritus *Primo*, pro affectu, impulsu seu afflatu, & animi motu siue bono, qui à Spiritu sancto proficiscitur, siue vitioso, qui à Diabolo excitatur, *Dan. 4. vers. 5. 6. & 5. versicul. 11. 14. Luc. 4. vers. 33. & 99. 55. Ephes. 2.* 2. vnde factum est, vt dona Dei vocentur spiritus : & è contrario, vitia quoque spiritus nomen sortiantur, vt, spiritus auaritiæ, superbiæ, furoris, &c. *Secundo*, pro animo, 1. *Paralip. 5 26. Luc. 10. 21. Ioan. 13. 21. Tertio*, pro anima immortali, *Eccl. 12. 7. Matth. 16. 50. Ioan. 19. 30. Actor. 7 59. 1. Corinth. 2 Versic. 11. & 6. 20. 2. Corinth 7. 1. Hebr. 12. 9.* Spiritus, id est, anima, in morte Deo commendandus, *Exempla* : Dauid, *Psalm. 31. 6.* Christus, *Luc. 23. 46.* Stephan, *Actor. 7. 59. Quarto*, Spiritus per mimesin, pro commotionibus & somniis hominum, quibus spiritus prætexitur, 2. *Thess. 2. vers. 2. Quinto*, pro spirituali Dei cultu, *Philip. 3. 3. Sexto*, in genere, pro omnibus Spiritus sancti donis & gratiis spiritualibus, 2. *Corinth. 11. versic. 4.* quibus prædicati Christi vis ac potentia in animis credentium, testibus etiam infidelibus obstignabatur, *Marc. 16. 20. Actor. 8. 15. & 18. 2. 1. Corinth. 1. versicul. 5. 7. & 14. 12. Galat. 3. 2. Septimo*, pro Euangelio, 2. *Corinth. 3. versicul. 6.* & spirituali Euangelii efficacia, *Galat. 3. 3. Octauo*, pro hominis parte regenerata, *Roman. 7. 6. Ioan. 3. 6. in posteriori parte versus*, hoc est, pro toto homine spirituali, Spiritus sancti gratia Christo insito, ac proinde in eo renouato, qui & ipse spiritus dicitur, vt natura eius perennis, pura ac immortalis significetur, quamuis adhuc supersit lucta carnis, adeo vt vnus & idem homo fidelis, quamdiu hic versatur, & caro & spiritus diuersis respectibus dici possit, vt uno exemplo elegantissime describit Paulus, *Roman. 7. 21. Nono*, pro altera parte hominis regenerati, videlicet anima, *Roman. 8. 10. Decimo*, pro cœlesti & integra, terrenæ siue peccati iugo mancipatæ naturæ opposita, *Versic. 14. Vndecimo*, pro mente seu rationis sede, & τῷ ἡγεμονικῷ. 1. *Corinth 2. Versicul. 11. & 16. versicul. 18. 2. Corinth. 2. 12. & 7. versicul. 1. 12. 1. Thessal. 5. 23. Hebræorum 4. 12. Duodecimo*, pro diuina Christi potentia, & efficacia Deitatis in humanitate assumpta, *Matth. 12. 28. Romanor. 1. 4. Timoth. 3. Versicul. 16. Hebræorum 9. 14. 1. Petr. 3. Versicul. 18. 19.* sic accipiunt nonnulli, & 1. *Ioan. 5. 8. Decimotertio*, pro Deitate Christi, *Ioannis 6. 63.* in posteriore parte versus, & 1. *Petr. 2. 18. Decimoquarto*, pro iis qui se spiritu præditos dicunt ad obeundum prophetiæ munus μεταφορικῶς, 1. *Tim. 4. 1. 1. Ioan. 4. 1. Decimoquinto*, pro spiritualibus exercitiis, *Galat. 6. versic. 8.* spiritus mandato oppositus, *Ioan. 4. 23.* quod carnale dicitur, *Heb. 7. ℣. 16.* in sese videlicet consideratum, & signo seipsa subiunctum.

Spiritus adoptionis, *Rom. 8. 15.* Spiritus compunctionis, 11. 8. dæmonii, aut dæmoniacus, pro Diabolus, Hebraismus, 33. dilectionis, 2. *Timoth. 1. 7.* erroris, *ibidem.* Filii, *Galat. sicul. 6.* Dicitur autem Spiritus sanctus peculiariter Filius cum & patris & filii sit spiritus, eo, quod per eum obsignatur stra in Christum adoptio. Spiritus ex fide, *Galat. 4. 5.* diuinitus qui fidem gignit, seu qui fidelibus datur. Spiritus *Hebr. 10. Versic. 20.* gratiæ & precum, *Zach. 12. Vers. 10.* pro morbo à Satana inflicto, *Luc. 13. 11.* vt explicatur, Spiritus pientiæ, intelligentiæ, consilii, fortitudinis, scientiæ & *Esa. 11. versic. 2.* Spiritus sapientiæ pro dono sapientiæ per sanctum infuso. *Ephes. 1. 17.* spiritus lenitatis, pro spiritu leniter affecto, Hebraismus, 1. *Corinth. 5. 2.* spiritus sanctificationis *Rom. 1. 4.*

Spiritus seruitutis, *Rom. 6. 15.* sobrietatis, 1. *Tim. 7.* nis, *Ephes. 1. 13.* sic dicitur, quia non adfert legis & seruitutem, sed promissionem gratuitæ adoptionis suis donatem in credentium animis. Spiritus mundi, 1. *Corinth. 2.* ctus à Paulo, quia docet quæ mundus curat, & quatces sunt homines quadam naturæ sponte : Prophetæ pro doctrina quam adferunt Prophetæ spiritu Dei afflati 14. 32. veritatis, *Ioan. 14. Versic. 17.* vocatur sic, non tam se verax est, vtpote Deus æternus, quam ab effectu, tem inspiret, *Ioan. 16. 13.* Prophetæ etiam & Doctores spiritus veritatis, 1. *Ioan. 4. 6.* quasi dicat, spiritus veritatis spiritus erroris, vocantur spiritus errantes, & alios adducentes. Spiritus virtutis, 2. *Timoth. 1. 7.* vitæ, provitæ *Apoc. 11. 11.*

Spiritus, numero multitudinis, pro interioribus animi ptionibus, 1. *Corinth. 12. 10.* spiritus septem, Dei ministri gunturi quasi stipatores, *Apocalyp. 4.* non quasi illos loco ex parte, vel Deo exæquet, vel cum Christo conferat : Paulus testes vna citat Deum, Christum & Angelos, 1. *Tim. 21.* Nam quod septem hos spiritus nonnulli pro spiritu perunt, cuius septiformis (vt loquuntur) sit gratia, minime placet, & refellunt illam interpretionem ex *6.* vbi idem spiritus, agni cornua & oculi, quod est, dicuntur.

Spiritus sanctus : Spiritus sanctus pro spiritualibus μετωνυμικῶς, *Luc. 2. 25. Ioan. 7. 39. Actor. 8. versicul. & 11. Versicul. 15. & 15. 8. & 19. Versicul. 2. 6. 1. Corinth. 12.* efficacia Christi, quam per Spiritum sanctum exerit uificandis & sanctificandis, *Matth. 3. Vers. 11.* Spiritus tertia in sancta Triade persona, qui vna cum Patre & Filia & Deitate idem est : Deus dicitur appellatur, *Esa. 26. Actor. 28. vers. 25. 26. & 5. Vers. 3. 4. 1. Cor. 3. Vers. 6. & 6. Vers. rinth. 6. 16.*

Deus probatur : quia æternus est, *Gen 1. 2. Hebr. 9.* quia cum insolius Dei nomen sit baptizandum, in Spiritus nomen baptizare iubemur, *Matth. 28. 19. Marc. 10.* cum nemo sit bonus nisi Deus, *Matth. 19. 17. Marc. 10.* 10. Spiritus sanctus bonus dicitur, *Psalm. 143. 10.* præest, dat illi Apostolos & Doctores, omnium fons, atque author est, *Esa. 48. vers. 16. Actor. 13. 2. & 33. 1. Corinth. 12. versicul. 6. 11. quia* illa sua bona prohibenti luntate omnibus prout vult distribuit, & communicat thior. 12. *Versicul. 4. 5. 7. 8. 9. 10. 11.* vbi etiam manifeste discernitur, *quia* creator est, *Iob. 26. 13. & 33. 4. Psalm. 33.* tam in rebus quib uslibet creat, *Psalm. 104. 30. quia* patris voluntatis conscius, 2. *Corinth. 2. Versicul. 10. 11.* mnis consolationis author Deus sit. *Rom. 15. 5. 2. Corinth. 3.* Spiritus sanctus consolator corda credentium, vnde lator appellatur. *Ioan. 14. Versicul. 16 26. & 15. 16. & 16. 7.* Patre & Filio coniungitur, *Matth. 28. 16. 2. Corinth. 13.* non nisi à Deo doceantur fideles intrinsecus, *Esa. 54.* 45. Spiritus sanctus docere dicitur, *Luc. 12. 12. Ioan. 14.* 2. *Ioan. 2. 17* 1. *Quia* Dominus dicitur & Deus, 1. *Corinth.* 5. Atqui si donum tantum aut motus esset, Dominus cerctur : motus enim & donum Dominus, appellari non *Quia* cum solus Iehoua, verus Deus eduxerit populum pto, *Exod. 20. 2.* Spiritus sanctus ductor populi ex tur, *Esa. 63. 14. quia* mouet corda intrinsecus vt oremus, *8. versicul. 26. quia* cum liberos facere sit Dei opus, Spiritus ctus liberos facit : 1. *Corinth. 3. Versic. 17. quia* cum solus iustificare, *Roman. 4. 5.* Spiritus sanctus iustificare dicitur, *rinth 6. 1. quia* nostræ regenerationis tanquam parens est, *Versicul. 6. 8. quia* peccatum in eum admissum, blasphemia, impium in diuinitatem delictum dicitur, *Matth. 12. 32.* populi Israelitici rebellio contra solum verum & æternum facta fuisse legatur passim in Scriptura : populus Israel in Spiritum sanctum rebellis fuisse dicitur, *Psalm. 78. 40.* 10. *Quia*, cum sanctificare sit solius Dei proprium, Spiritus dicitur Spiritus sanctificationis, id est, sanctificans, *Rom. Quia* cum omnis sapientia & loquendi facultas sit solius Dei, ac proinde ab ipso petenda, *Exod. 4. 11. Luc. 12. vers. 12.* sanctus & sapientiam & loquendi facultatem conferre dicitur *Matth. 10. versicul. 19. 20. Marc. 13. 11. Luc. 12. Versicul. 14. 15. Ioan.*

…1.Corinthior.2.13 & 12.8. *Quia* cum præcipiatur ne De… Deuteron.6.16.Matth.4.7. ne Spiritus ſanctus ten… Actor.5.9. ſicut nec Chriſtus tentandus eſt,1. *Corin-*… Quia cum ſolius Dei verbum ſit audiendum, & in præce… ambulandum, *Ezech.*20.*v.*18 19.20. *Luc.*11.28. verba ſpi… audienda præcipiuntur. *Apocal.*2.*&*.7.17.29. *Quia* Chri… ſpiritus Dei ediđiſſe miracula dicitur, *Roman.*15.19. *Quia* … Ioan.5, non ſecus ac Filius, *Ioan.* 14. eiuſdem ergo eſſen… Quia verba illa quæ prophetæ palam Deo exercituū… Leuitic.26.12.13. *Pſalm.* 95.7.8. *Eſa.* 6.7.9. ſpiritui ſancto … Actorum.28.25.26.1.*Corinthior.* 3.7.& 6.19. 2. *Corin-*… Hebr.3.7.8.9.

…autem creatura non ſit, probatur: *Quia* omnis creatura … ſubiecta eſt, *Rom.*8.20. ergo idem & de ſpiritu ſancto dicen… ſi creatura eſſet, quod eſt ἄτοπον prorſus & abſurdum, … ſpiritus, ibi ſit libertas, *Corinth.*3.17. & ſpiritus ſit æternus, … *Quia* cum ab increato procedat, *Ioan.* 15.26. increatus … eſt. Quod autem ſpiritus ſanctus vltimo loco ponitur, … 2.*Corinthior.*13.13. neminem conturbet, nam & primo … legitur, 1.*Corinth.* 12.4. *Quia* etiam profunditates Dei … *Corin.*2.10. Atqui id creaturæ non competit. *Quia* habi… *Rom.*8.9.1.*Corinth.*3.16 & 6.19.2. *Cor.* 6.16. 2. *Tim.*1.14. … ſolius veri Dei proprium, *Leu.* 26.12.2.*Cor.*7.16. *Quia* filios … in quibus habitat, *Rom.* 8.14. quod creatura efficere … *Quia* viuificat, *Rom.*8.12. atqui viuificare nulla creatu… *Quia* Chriſtum in deſertum in Galilæam abduxit, *Luc.* 4. … Chriſtus, vnigenitus Dei filius, non fuit ita imbe… creati ſpiritus virtute indigeret: *Quia* renaſcimur per … ſanctum, *Ioan.*3.5. 1. *Petr.*1.23. quod creaturæ tribui non

…aut motus aut donum tantum non ſit, ſed vera hypoſta… perſona, probatur è proprietatibus perſonæ ſubſiſtenti com… *Quia* tribuitur illi vox, *Act.*13.2. *Apoc* 2 7.17.29. libera … 1.*Corint.*12.11. vbi etiam manifeſte diſtinguitur à ſuis do…

…ſanctus aquæ nomine ſignificatur. *Eſa.* 44.3. *Ioan.*3.5. … 10.22. & ignis, *Matth.*3.11. ab ipſius in nobis effectu. Spiri… Arrhabo, 2.*Corinthior* 2.22.& 5.5. *Galat.*4.6.*Epheſ.*1.13. … in cordibus noſtris futuræ hæreditatis certitudinem ſuo … ſtabilit, confirmat & obſignat, *Rom.* 8.15. Spiritus ſan… donorum donorum diſtributor, 1.*Corinthior.*12.11. Digitus … 20.21. piorum doctor. *Matth.*10.20. *Ioan.*14.26. *Actor.*6. … 2.12.1.*Ioan.*2.27. Piorum dux *Roman.*8.9. ſemen dicitur, … Ab effectu, quod eius virtute tanquam ex ſemine quodam … omnes efficiamur. Sigillum, 2.*Corint.*1.21, *Eph.* 4.30. παρά-… quod & Chriſto tribuitur, ſed diuerſa prorſus quam Spiritui … ratione. Teſtis Chriſtus *Ioan.* 15.26.1.*Ioan.*5.7. Virtus ex alto, … 49. vnctio, 1. *Ioan.*2.20.27.

…ſanctus minime contriſtandus. *Epheſ.*4. ſpiritus ſanctus … datus, *Ioan.*20.22. *Act.*23.4 33. in fideles copioſe effuſus eſt, … ſpiritus (id eſt, lumen & afflatus Dei in mentibus refulgent) … extinguendus, 1. *Theſſ.*5.19. Per os Dauidis locutus eſt, 2. … *Act.*1.16. in Prophetis locutus dicitur, 28. 25, *Hebræorum.*3. … 1.*Petr* 1.11.2.*Pet.*1.21. ſpiritus ſanctus, Eccleſiæ promiſſus, … *Ezech.*11.19. & 26.27 & 39.29. *Ioel* 2.28 *Zach.*12.10. *Matt.* … 13 & 24.49. *Ioan.*7.39 & 14.16.26 & 15.26 & 16.7. *Actor.*1.4 … ſpiritus ſanctus non tentandus, 5.9. Quomodo agnoſcitur, 1. … 24.2. ſuper Chriſtum deſcendit, *Matth.* 3.16. *Ioan.*1.32.33. In … habitat, *Romanor* 8 9.1.*Corinthior* 3.16.2. *Timoth.* 1.14.1.*Ioan.*3. … 4.13. Interpellat pro nobis, *Romanor.*8.29. Non quod apud … , vel Filium ipſe ſit Mediator, ſed quia nos ad preces inſti… atque adeo veluti verba & ſuſpiria nobis intus dictat. Sic dicitur … *Galat.*4.6. Quoniam facit ipſe vt clamemus, quemadmo… explicatur, *Rom* 8.15. Spiritus viuificat, 6.63.

…ritus ſancti perſonæ propria attributa, *Ioan.* 15.26 & 16.7.8.13. … *Corinth.*12.3.4.2.*Corinth.*1.21.22.& 13.13. 14. *Eph.* 1.13.14.1.*Theſ-* … *Tit.*3.5. *Iacob.*1.25 & 4.5.1.*Ioann.*2.27.& 5.8. ſpiritus fructus, … 5.22. ſpiritus nouitas, *Ioan.*7.6. ſpiritus prudentia, 8.8. ſpiritus … carne pugna, *Galat.* 6.17. ſpiritus vnitas ſeruanda, *Epheſ.* …

…ſpiritu ambulare, *Gal.*5.6.

…ſpiritus ſignificationes varias, accurata quadam diſtinctione cō… , quæ præcedentium veluti compendia dici poſſunt ſubiici… 1.*Spiritus* igitur, eſſentialiter acceptus, Deus eſt, Pater filius, … ſanctus incorporeus, ſpiritualis eſſentiæ, indiuiſibilis, ſim… *Ioan.*4.21. Perſonaliter acceptus, eſt tertia perſona in eſſentia … , ſpiritus Dei & domini, nempe Patris & filii, verus etiam … & æternus, conſubſtantialis, omnipotens, &c. 2. Spiritus, pro … Chriſti natura, *Romanor.* 1. 4. *Corinthior.* 15.45.1.*Tim.*3.16.1. … 3.18. ſpiritus, efficax præſentia ſpiritus ſancti totum corpus … mysticum permeantis, 1.*Cor.*6.17.*Epheſ.*4.4. Spiritus, pro … ſumma in Deo, quiduis in mundo & Eccleſia irreprehen… extra ſupraque humanam cenſuram agente, *Malach* 2.15. … ſpiritus intelliguntur affectus illi, quos S. Scriptura Deo hu-manitus tribuit. *Exod.*15.8.2.*Sam.*22. 16. *Iob.* 4. 9.& 15.30. *Pſal.*33.6. *Eſai.*30.28.

3. Spiritus deorum, id eſt, eximius & diuinus quidam ſpiritus, mortali homini conceſſus, *Dan.*4.5.6 & 5.11. 14. ſpiritus, is qui ſpiritus ſancti dono peculiari ſe præditum eſſe aſſerit, 1, *Ioan.*4.*v.*1.2.3.6. ſpiritus pro organo per quod ſanctus ſpiritus vitam infundit & operatur in electis Dei, *Ioan.*6.63. ſpiritus, pars regenerata in electis, carni oppoſita, *Rom.*8.*v.*6.6.9.10. *Gal.*5.17. 4. Spiritus, pro pietatis ſtudio à ſancto ſpiritu profecto, *Gal.* 5.8. pro reuelatione à ſpiritu ſancto prolata, 2.*Theſſ.*2.2. pro hominibus, prophetia dono ornatis, 1.*Tim.*4.1. pro ſpirituali dono, 1.*Cor.*4.12. pro eo qui adoptionis gratia præditus eſt, *Ioan.*3.6. pro ſpirituali modo, legali externo ritui oppoſitus, *Ioan.*4.14.24. *Phil.*3.3. pro ſpirituali ratione & vi fidei quæ diuinis promiſſionibus innititur, *Gal.* 4.19, Pro verbo Chriſti *Eſa.*11.4.2.*Theſſ.*2.8.

5. Spiritus nominantur Angeli boni, *Iob.*4.15 *Act.* 23.9.10. *Heb.* 1.14. Et Angeli mali *Iudic.* 9.15.1.*Sam.*16.14.1.*Reg.*22.*v.*21.22. *Matth* 8.16. *Epheſ.*2.2 *Apoc.*16.13 & 18.2. Spiritus immundus, vide Satan. Spiritus mutus & ſurdus cacodæmon nominatur ab effectu, quoniam mutum & ſurdum reddiderat hominem, *Marc.*9.17 &c. Spiritus, id eſt, ii qui in Eccleſia iactant, ſe ſpiritualibus donis eſſe præditos, vt ſuas hæreſes facilius ſpargant, probandi ſunt, 1. *Corinth.* 14.29.1.*Theſſal.*5.21.1.*Ioann.* 4.1. Spiritus, anima rationalis & immortalis, *Pſalm.* 32. 6. *Zach.* 12, 1. *Matth.*27 50. *Act.* 23.8.1.*Petr.*3.19. Animus humanus, in quo ſedes voluntatis & affectuum, *Gen.*41.27 *Luc.*1.47. *Ioann.*11.33. *Act.*17.16.1 *Cor.*11.2.*Cor.* 7.13.1.*Petr.* 3.4. Affectus & motus ſpiritualis, boni vel mali, *Num.*5.14 *Oſe.* 14.12 *Luc* 9. 55. *Rom.*11.8.

6. Spiritus vitalis, pro animantium habitu, *Geneſ.*9.17. *Pſalm* 78.39 & 104.29 *Apoc.* 11.11 & 13.15. pro viſione mentali, *Ezech.* 37.1 *Apoc.*1.10 & 4.2 & 17.3 & 21.10. pro creatu omni quæ vitali ſpiritu & habitu prædita eſt, *Pſalm* 150.6. Spiritus mundi, 1.*Cor.*2.12. Spiritus erroris, 1.*Tim.*4.1. Spiritus, pro ſpectro, *Luc.*24.*v.*37.39. Spiritus oris dicitur Rex & Princeps cuius beneficio ſubditi reſpirare & vitam tradere videntur. *Lament.*4.20. Spiritus, pro concentu & ſtrepitu, *Ezech.*26.13. pro vento. *Gen.*8.1. *Pſalm.*104.4 & 147.18. pro vanitate, *Mich.* 2.11. Spiritualis & ſpirituales, 1.*Corint.*2. *verſ.*13.15. *Galat.* 5.1.

¶ SENTENTIAE BIBLICAE

O quam bonus & ſuauis eſt, Domine, ſpiritus tuus in omnibus! *Sapien.*12.1.

Quicunq; dixerit verbum contra filium hominis, remittetur ei: qui autem dixerit contra ſpiritum ſanctum, non remittetur ei neq; in hoc ſæculo, neq; in futuro, *Matt* 12.

Spiritus omnia ſcrutatus, etiam profunda Dei, 1 *Corinthior. ſecundo.*

Hæc omnia operatur vnus atq; idem ſpiritus, diuidens ſingulis prout vult. *ibi.*12.

Vbi ſpiritus Domini, ibi libertas 2.*Cor.*3.

Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris, per ſpiritum S. qui datus eſt nobis. *Rom.*5.

Nam quid oremus ſicut oportet, neſcimus, ſed ipſe ſpiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. *ibid.*8.

Accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum Dei, in quo clamamus, Abba pater. *ibid.*

Signati eſtis ſpiritu S. promiſſionis qui eſt pignus hæreditatis noſtræ. *Eph.*1.

Spiritus ſanctus docebit vos in ipſa hora, quid oporteat vos dicere. *Luc.*12.

¶ PATRVM SENTENTIÆ.

Sanctum ſemper opus in me ſpira, vt cogitem: compelle, vt faciam: ſuade, vt te diligam: confirma me, vt te teneam: cuſtodi me, ne te perdam. *Au. in epiſt.*

Spiritus ſapientiæ negligentiam impigre repellit, ſpiritus intellectus diligentiam rationabiliter quærit, ſpiritus conſilii diuinam prouidentiam prudenter inuenit, ſpiritus virtutis inſtigationes fortiter recondit, ſpiritus ſcientiæ obliuionem lubricam diu eſſe integre non ſinit, ſpiritus pietatis humanam fragilitatem clementer indulget, ſpiritus timoris Dei improuidam ignorantiam ardenter decoquit, & bene replet. *Hieronymus ſuper. Marcum.*

Porro ad faciendum bonum quid in nobis bonus ſpiritus operatur? profecto monet, mouet & docet: monet memoriam, mouet voluntatem, & docet rationem: nec minimam paleam intra cordis, quod poſſidet habitaculum patitur reſidere, ſed ſtatim igne ſubtiliſſime circumſpectionis & compunctionis exurit ſpiritus dulcis & ſuauis. *Greg. in mor.*

Habitare in corpore animam, probant vitales ſenſus corporis: habitare

habitare anima spiritum, probat vita spiritualis: Illud ex visu & auditu dignoscitur, istud ex charitate & humilitate, cæterisq; virtutibus. *ibid.*

Spiritus sanctus in linguis igneis apparuit, quia omnes, quos repleuit ardentes pariter & loquentes fecit. *in hom.*

Quia Dominus discipulos & zelo succensos, & verbo eruditos intus reddit, foras linguas igneas ostendit: in significatione admonita sunt elementa, vt ignem & sonitum sentirent corpora, igne vero inuisibili, & voce sine sonitu docerentur corda. Foris ergo fuit ignis qui apparuit, sed intus qui scientiam dedit. *In moralibus.*

Idcirco Spiritus sanctus in igne & columba nobis monstratus est, quia videlicet omnes, quos implet, & columbæ simplicitate mansueros, & igne zeli ardentes exhibet. Nequaquam ergo Spiritus sanctus plenus est: qui aut tranquillitate mansuetudinis feruorem æmulationis deserit, aut rursus in æmulationis ardore virtute mansuetudinis amittit. *ibid.*

Spiritus Sanctus contra singula tentamenta erudit, & in septem virtutibus temperat: nempe contra stultitiam sapientiam, contra hebetudinem intellectum, contra præcipitationem consilium, contra timorem fortitudinem, contra ignorantiam scientiam, contra duritiem pietatem, contra superbiam Dei timorem. *ibid.*

In terra datur spiritus, vt diligatur proximus, è cœlo datur Spiritus, vt diligatur Deus: sicut ergo vna est charitas & duo præcepta, ita vnus spiritus, & duo dona. *Homilia vigesima sexta.*

Considero patres noui & veteris testamenti, Dauid, Danielem Amos, Petrum, & Paulum, & Matthæum, & apertis oculis fide intueor: implet namque Spiritus sanctus puerum citharœdum, & Psalmistam facit: implet abstinentem puerum, & iudicem senum facit: implet pastorem armentarium, & prophetam facit: implet piscatorem & principem Apostolorum facit: implet persecutorem, & doctorem gentium facit: implet publicanum, & Euangelistam facit: quam ergo insani sumus, si hunc spiritum non quærimus. *sup. Ezech.*

Absque vlla dubitatione conuenienter accipitur, vt à Spiritu sancto ductus credatur, vt illuc eum suus Spiritus duceret, vbi eum ad tentandum spiritus malignus inueniret. *super Matthæum.*

Cum absque corporis adminiculo nec bestialis spiritus, nec seruus conditionis debitum soluere, nec spiritualis cœlestisq; creatura impiæ ministerium pietatis, nec rationalis anima tam proximo quam etiam sibi sufficiat consulere ad salutem, liquet omnem creatam spiritum siue vt iuuet, siue vt iuuetur, siue simul vt iuuet & iuuetur corporeo prorsus indigere solatio. *Ber sup. cant serm. 5.*

Spiritus Paracletus dat pignus salutis, robur vitæ, scientiæ lumen, pignus salutis, vt ipse reddat testimonium spiritui tuo, quod filius Dei sis. Robur vitæ, vt quod per naturam tibi est impossibile, per gratiam eius non solum possibile, sed etiam facile fiat: lumen scientiæ, vt cum omnia bene feceris, te seruum inutilem putes: & quicquid boni in te inueneris, illi tribuas, à quo omne bonum est. In tribus istis Spiritus sanctus docebit te omnia, quæ pertinent ad salutem. *In serm. 2. Pentecost.*

Spiritus sanctus multiplex dicitur, quia multipliciter filiis inspiretur, conceditur enim ad vsum, ad miraculum, ad salutem, ad auxilium, ad solatium, ad feruorem. Ad vsum vitæ bonis & malis communia bona abundantissime tribuens. Ad miraculum, in signis & prodigiis. Ad salutem, quum toto corde reuertitur ad dominum Deum. Ad auxilium, quum in omni colluctatione adiuuat infirmitatem nostram. Ad solatium, quum testimonium perhibet spiritui nostro, quod filii Dei sumus. Ad feruorem quum in cordibus perfectorum vehementius spiritus validum ignem charitatis accendit, vt non solum in spe filiorum Dei, sed etiam tribulationibus gloriemur, contumeliæ gloriam reportantes. *ser. 15. Pentecost.*

Spiritus lenis, spiritus bonus, spiritus sanctus, spiritus rectus, spiritus dulcis, spiritus fortis infirma roborans, aspera planans, corda purificans, quicquid in hoc seculo nequam videtur, difficile & angustum, leue facit, & hic illarum opprobrium gaudium iudicat, despectionem exaltationem esse persuadet. *Bernardus.*

O quam velox est sermo sapientiæ! & vbi Deus magister est, cito discitur quod docetur. Non est adhibita interpretatio ad audiendum, non consuetudo ad vsum, non tempus ad studium, sed spirante, vbi volunt spiritu veritatis, propriæ singularum gentium vox euangelicæ prædicationis intonuit, ab hoc die imbres charismatum, flumina benedictionum omne desertum & vniuersam aridam rigauerunt. *Leo Pap. in ser. de Pentecost.*

Nulla in discendo mora est, vbi Spiritus sanctus doctor adest. *Beda hom. 9. in Luc.*

Septem graduum erat ascensus ciuitatis, sunt enim multi, qui iam per septem gradus, id est, per sancti Spiritus septiformem gratiam, aditum vitæ cœlestis inueniunt: per timorem Dei humiles, per pietatis studium misericordes, per scientiam discreti, per mentis fortitudinem liberi, per consilium cauti, per intellectum prouidi, per sapientiam maturi. *sup. Ezech.*

Spiritus sanctus in columba & igne apparuit, quia dum eius gratia tangitur, & mansuetudinis, lenitate tranquillitas iustitiæ fit accensum. *in hom.*

¶ Similitvdines.

Laurentii Iustiniani patriarchæ. Dum terreni reges & principes vrbium suarum possessores pacifici fieri appetunt, & deuotia & huiusmodi ingenii caliditate vtuntur, vt videlicet tatibus amoueant, & condemnent quotquot sui proinde ectos habent, ac suæ dominationi aduersarios esse posse quatenus ablatis seditionis fautoribus tute & absque dominari. Consueuit quoque doctus agricola vomeres ex agro diuellere: ne forte si reuulsi crerent, lemiaria maturum præfocarent fructum. Sic quilibet Christi seruus quis animi sui inordinatis moribus pacifice principari spiritualem fructum Deo amabilem exagitum terem que hominum perferre cupit, agere non desistat. Sed solerter abdicare à se omnem cordis sui fictam & intentionem & affectionem: atque supprimere pe ordinatum vsum membrorum corporalium: vt egre ta per virtutis habitum, & continentiæ magisterium minis carnali & vitiosa consuetudine, Deo pasifice & re queat dominatrix anima: atque per laudabilia citationis opera fructum ex se valeat vberem produ Habent quippe cuncta corporis membra, actum hensibiles motus, habent spiritui aduersantes inolitæ scentias, de quibus innumerabilia generantur delictæ plinæ rigore diligenter conculcentur, graue animæ runt, miserabilemque ruinam. *De disciplina ac perfec tic. ca. 15.*

Puerorum mos est, cuncta secundum sensum eligere, sapiunt, mili quod pulchrescit visu, mulcet auditu, lenocinatu, sagit gustu, ac mollescit attactu. At spiritualis homo dinudicans, hæc parui pendens, sola spiritualium exercitatur. *in ligno vitæ. c. 8. oratione.*

Christi Saluatoris. Spiritus vbi vult spirat, & vocem eius nescis vnde veniat & quo vadat: Sic & omnis qui natus est *Ioan. 5.*

Pauli Apostoli. Quis hominum nouit ea, quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui est in eo? Sic & ea quæ sunt Dei, nemo nouit nisi spiritus Dei, 1 *Cor. 2.*

Chrysostomi. Sicut non est possibile, vt ex sola pluuia fructificetur terra, nisi flauerit super eam ventus: Sic non est possibile doctrina corrigat hominem, nisi cooperatus fuerit spiritus in corde ipsius *in 7. Matth. hom. 20.*

Spiritus sanctus ignis est, vt excitamentum, & feruorem & peccatorum absumptionem significet. Aquam dicit eius lutionem & refrigerium, quibus ipsum accipientes animi Etenim tanquam hortum virentem, & semper florentibus comantem, ita promptam animam disponit, vt nullis satanæ insidiis distrahi sinat, sed omnia ardentia la extinguat. *hom. 31. in Ioan.*

Sicut si quis fontem intus habeat, nunquam sitiet: hanc aquam habuerit. *ibid.*

Sirex missis literis iubeat victos è carcere dimitti ac lætitia. Deus autem mittit spiritum è cœlis, non reliquit debitæ, sed vniuersa peccata condonans: & omnes Hom. 2. in Acta Apost.

Sicut in conuiuiis qui acceperit arrabonem fidem habet rus est de toto reliquo: Ita & tu cum acceperis arrabonem dona, in quam, non iam dubitare debes de cæteris bonis tis. *Hom. de resurrectione.*

Quemadmodum milites in multitudinem erupturos tur exire, priusquam armati fuerint: neque quisquam carcere prosilire, priusquam aurigam nacti fuerint: Sic scipulos suos passus est in acie conspici, priusquam deficeret ritus, ne facile caperentur, & abducerentur à multitudine. *Acta. Apost.*

Sicut nauis, quæ prospero flatu fertur in pelago, non pedire, neq; demergi vsquequo prospero ventorum perfruitur, sed etiam post nauigationem gloria eis magna nautis, siue exulatis: illis quidem requiem tribuens, quod migationis non fuerint fatigati: illis autem quod eos stia liberauit, & nauigationem illam hilarem fecit, & lum illis iucundum ipsam prosperitatem cursus attribuit, anima à diuino adiuta spiritu, omnibus rebus super, or nibus fluctuationibus vitæ huius eminebit, & vitam centem vehementius quam illa nauis incedit, vtpote quæ to impellitur, sed ob ipso paracleto fertur, nuda vela na prosperis flatibus omnem remissionem & dissolutionem mente discutiens. Sicut enim in velis iactatis ventus

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

…ctiam spiritus sanctus in[ſ] anima remissa & segni non …nuerit. *Homil. vigesima quarta in epistolam ad Hebr.*

…rum flamina flatum venti non suscipiunt. Sic neq[ue] …ris neq[ue] homo animalis gratiam poterit Spiritus sancti …m. 24. *epist. ad Hebr.*

…arum vacuam gubernatorem nautas, funes, anchoras, …ulla, & nusquam esse spiritum venti: nonne tardat om…nino, est apparatus, si desit operatio spiritus? Ita fieri so…let, si desit sermonis ampla suppellex, & mens profunda, & eloquē…tiæ diligentia, & non adsit Spiritus sanctus, qui vim suppediett, …ne omnia. *De sancto adorando spiritu.*

…Quemadmodum voltuum imagines non in qualibet ma…teria fiunt, sed in iis duntaxat, quæ lætiorem & pellucentiam habent. Ita non in quibuslibet mentibus operatio Spiri…tus sed in quibus nihil habent obliquum, nihil obtortum. *In Esa…iam.*

…*Quemadmodum* ars est in eo qui nactus est illam: Ita gratia Spi…ritus qui recepit, semper quidem præsens, at non perpetuo o…stendit. Nam & ars potentia quidem est in artifice, actu vero tum, …cum secundum illam operatur. Itidem Spiritus semper quidem …adest, sed operatur in illis iuxta vtilitatem, aut in prophetiis, …aut in miraculorum operationibus. *De Spiritu sancto.*

…*Quemadmodum* si in nocte tollis lucernam è domo, superest, vt …omnes oculi, nihil operentur virtutes, nec agnoscatur rerum …species, sed per ignorantiam aurum perinde conculcetur. ac si fer…ra in intelligibili gubernatione, impossibile est illam in…tueri vitam absque Spiritu: nihilo profecto magis, quam …quam recto ordine manere potest absente duce, aut chorus in …choro, nisi adsit chori præfectus, qui temperet harmoniam.

…*Quemadmodum* iuxta flor dos colores posita sunt, è splendore promanantes ipsa: Sic qui euidenter intendit oculos in Spiri…tus gloria quodam modo transformatur, vt fiat illustri…tate à Spiritu promanante, ceu luce, corde illuminan…te Spiritu.

…*Quemadmodum* Sic omnes participes sunt, vt ipse maneat integer, ra…tionem : cuius beneficium si adest ei qui fruitur, quasi …meridiem & terram illustret, & mare, & aeri misceatur: Itidem …Spiritus sanctus, vnicuiq; capacium quum adsit, quasi soli, omni…bus veritatem & integram gratiam infundit quo fruuntur, quæ…dam illo participant, non quantum ipsa sua natura possunt ca…pere, quantum potest ille. *De Spiritu sancto.*

…*Quemadmodum* corpora illustria perlucidaque contracta radio …solis ipsa supra modum splendida, & alium fulgorem ex se …refundunt. Sic & animæ Spiritu afflatæ ac Spiritu illustratæ, fi…unt spirituales, & in alios gratiam emittunt. Hinc futurorū …reuelatio, canorum intelligentia, occultorum comprehensio, do…norum distributiones, cœlestis conuersatio, cum angelis chorea: …quibus nunquam finiendum, hinc in Deo perseuerantia, hinc …assimilatio cum Deo, & quo nihil sublimius expeti potest, hinc est vt …dicatur. *De Spiritu sancto.*

…*Quemadmodum* in speculo impurgato, rerum imagines intue…mur, ita & in nobis Spiritus sancti illustrationem recipere nō …possumus nisi peccatum & carnis affectionem abiiciat. *Apud Maxi…mum.*

…*Quemadmodum.* Quin neq; Spiritus curiose scruteris processum, …quo nihil quod filius, quod ex patre : & quod hic sit pater, ille …filius : & nihil in his curiose scrutor, ne in vocibus quæ penitus …excedunt cognitionem superant humanam, mihi accidat quod vi…sum in radios dirigitur sola res. Quantum enim quis plus & …magis videre voluerit, tanto magis sensu læditur: & dum intu…eri cernere quærit, etiam illo quod plus est priuatur, quum res …videri debet, longe etiam visum exuperet, si illam totam videre …cernere, & non ita quemadmodum cernere est tutum, *In oratione …de episcopali.*

…*Quemadmodum* lucis radii habitum inter se iuxta naturam ha…bent indistinctum, & nec à luce segregantur, aut inuicem abscin…duntur, sed ad nos vsq; gratiam luminis mittunt: Eodem etiam mo…do Saluator noster, & Spiritus sanctus geminus patris radius, ad nos …ipsius lumen subministrat, Patriq; communicat, *Ad Euan…dum de Deitate.*

…*Vergens.* Si nauiges, & in naui positus vides terras ac promon…toria & montes transeuntia, non quod illa continuo moueantur, sed …quia vento prospere flante transilla, se subducere videntur ac fer…ri de suo hoc seculo, sancto Spiritu mentem tuam perflante & spi…rante secundo ac prospero nauiges cursu: pertransibis sensu tuo o…mnia hæc quæ videntur, quia temporalia sunt, & intueris illa quæ æ…terna sunt, sine dubio dices: Quia hæc omnia quæ videntur, iam non …sunt, quia nec futura sunt. *Hom. 5. in Psal. 36.*

Didymi Alexandrini. Quomodo disciplinæ, & virtutis assum…ptum lignaculum & figuram (vt ita dicam) in suum sensum recipit, eius scientiæ, quam assumpsit: Sic & is qui Spiritus sancti particeps efficitur, per communionem eius fit spiritualis pariter & sanctus. *Lib. 1. de Spiritu sancto.*

Pamphili martyris. Quomodo qui aliqua disciplina plenus est qui perfecte eam habet, erudite, & subtiliter potest de ea proferre sermonem: Sic qui Spiritu sanctum consummate acceperunt, ita vt impleantur eo, cum fiducia verbum Dei loquuntur, quia præsens Spiritus sanctus dignam Deo vocem ministrat. *Lib. de Spiritu S.*

Tertulliani. Aspice ipsam creaturam paulatim ad fructum promoueri. Granum est primo, & de grano frutex oritur: & de frutice arbuscula enititur. Deniq; rami & frondes inualescunt, & totum ab oris nomen expanditur: inde germinis tumor, & flos de germine soluitur, & de flore fructus aperitur. Is quoq; rudis aliquandiu & informis, paulatim ætatem suam dirigens, erudiatur in mansuetudinem saporis. Sic & iustitia (nam idem Deus iustitiæ & creaturæ) primo fuit in rudimentis naturæ Deum metuens. Dehinc per Legem & Prophetas promouit in infantiam. Dehinc per Euangelium efferbuit in iuuentutem. Nunc per paracletum componitur in maturitatem. Hic erit solus à Christo magister & dicendis & verendus: Non enim ab se loquetur, sed quæ mandantur à Christo. Hic solus anteceſſor, quia solus post Christum. Hunc qui receperunt, veritatem consuetudini anteponunt. *De velandis virginibus.*

D. Augustini. Vbi sanctus non adiuuat Spiritus, inspirans pro concupiscentia mala concupiscentiam bonam, hoc est, charitatem, diffundens in cordibus nostris, profecto illa lux, quamuis bona augeat prohibendo desiderium malum. Sicut aquæ impetus, si in eam non partem cesset influer, vehementior fit obice oppositio, cuius molem cum euicerit, maiore cumulo præcipitatur, violentius per prona peruoluitur. *Iibr. de Spiritu ac litera, ad Marcell. num. ca. 4.*

Spiritus sanctus est patris & filii amor & connexio: ad ipsum pertinet societas, qua efficimur vnum corpus vnici filii Dei. Sicut enim vnum corpus hominis multis constat membris, & vegetat omnia membra vna anima, faciens in oculo vt videat, in aure vt audiat, & sic in cæteris: Ita Spiritus sanctus membra corporis Christi, quod est ecclesia, continet & vegetat. Et sicut humani corporis membrum præcisum formam quidem qua membrum sit cognoscitur, retinet, sed nequaquam Spiritus sanctus sequitur pro præter vnitatem corporis viuat: Sic quicunq; à prædictæ pacis vnitate diuisus est, sacramentum quidem tanquam formam retinet, sed Spiritu præter vnitatem non viuit. Frustra ergo foris de forma gloriantur, nisi intus Spiritu vegetentur. *Lib. de Gratia.*

Sicut corpus carnis nihil est aliud quam caro: Sic donum Spiritus sancti nihil est aliud quam Spiritus sanctus. *Lib. 15. de Trin. c. 19.*

D. Hieronymi. Mare certe immensum est, & capacitas eius Deo soli nota: ex hoc si quis velit multis hominibus, secundum id quod gestare queunt, tradere: necesse est, vt ad mensuram vnicuique tribuat, & partes eius mensuram recipiant, cuius solidum immensurabile est. Ita & Spiritus S. immensus quidem est, & nullo fine concluditur: tamen vnicuique datur secundum quod expedit. *In 2. ad Ephes. c. 4.*

Quemadmodum ut vulneribus putridis, ne cancer serpat, & e mortuum corpus viuas carnes depascatur, medici statim vulnus & vunt cauterio, vel puluere cauterico: Ita Spiritus Dei, finem posuit mendacio, ne vltra populus Dei pseudoprophetarum vocibus subuertatur. *in ca. 1. Michæa.*

Martialis episcopi. Nulla sit in nobis inuidia: per hanc enim Spiritus sanctus mentem derelinquit. Recedente autem Spiritu S. à tabernaculo mentis euacuatur homo dulcedine, & impletur omni amaritudine: nullusque locus ei est in cœlo: quia alienum se fecit à bonitate: Efficitur cubile draconum, & habitatio immundorum spirituum. Inde ab euaritia sorbetur, & eb omni dulcedine infructuosus & sterilis contabescit miser & derelictus. *In Epist. ad Burdegalenses.*

Paschasii. Sed interrogas, vtrum semper spiritus ex patre procedat: semper cum illo sicut calor ex igne: Ita sine intermissione profertur, vt egredi sinat. *de Spiritu S.*

Quod Spiritus Si in singulos sedisse memoratur, id causæ est, vt intelligatur per plures non fuisse diuisus, manusse in singulis totus, sed sicut fieri ignibus mos est. Hanc enim (vt nouimus) habet naturam ignis accensus, vt quanti ad crinem purpurei splendoris aspexerint, tantis vsum suæ lucis impertiat, tantis ministerium sui muneris tribuat, & nihilominus in sui integritate permaneat: Ita sancti Spiritus virtus quantum libet effluat, quantum libet in plurimos gratia diuinæ largitatis exuperet sicut probatur recipere mensuram, ita nullam sentit expensam. *De Spiritu S.*

Thriueri. Non sunt omnes hæredes, qui in eadem sunt familia tantum qui ab iisdem profecti sunt parentibus. Neq; statim Christiani, aut Christi filii qui sub vmbra latent Ecclesiæ, sed qui genuinum Christi acceperunt spiritum. *in Apoc. 65.*

Lucilii Veronit. Quemadmodum nauis in medio maris secundo vento

vento multum agitatur, velociter suum iter conficit, atq; in tutum portum se recipit: Ita homo in his mundi miseriis atq; impetuoso calamitatum omnium mari periclitans, motu & afflatu Spiritus sancti agitatur, vt recta via ingrediatur, atq; in tutum demum vere beatitudinis portum sese recipiat. *In Memorabilibus.*

Origenis. Sicut cognationem sui ad inuicem gerunt visibilia & inuisibilia, terra & cœlum, anima & caro, corpus & spiritus, ex horũ coniunctionibus constat hic mundus: Ita etiam S. scripturam credendum est ex visibilibus & inuisibilibus constare, veluti ex corpore quodam, literæ scilicet quæ videtur, & animæ sensus, qui intra ipsam deprehenduntur. Ex spiritu secundum id, quod etiam quædam in se cœlestia teneat (vt Apostolus dicit) quia exemplari, & vmbræ cælestium deseruiunt. Quia ergo hæcita se habeat, inuocantes Deum qui fecit Scripturæ animum & corpus & spiritum: corpus quidem his, qui ante nos fuerunt, animam nobis, spiritum autem iis, qui in futuro hæreditatem vitæ æternæ consequentur, per quam perueniat ad regna cœlestia: eam nunc, quam diximus legis animam, requiramus. *Homil. 5 in Leuitici.*

Thriuers. Neque pictores, neq; statuarii animam infundunt, sed alius colorem appingit, alius membra affingit: Eodem discrimine distant Spiritus & litera, lex vetus & noua. Nam hæc vitam exhibet, illa vero morte redolet: scil. spiritus robur adiicit, viuificat: lex vero præterquam quod nullam gratiam affundit, etiam exorbitantem morte mulctat, *in apoph.* 63.

Pueri dum gressum tentant, primum aut ferulæ innituntur, aut manu ducuntur: Ita ante Christum Iudæi quibusdam ceremoniis quasi pædagogo ad virtutem erudiebantur: verum qui spiritum Christi acceperunt, ad virtutem vltro accenduntur nec legalibus indigent. *in apoph.* 46.

Sponsa.Sponsalia.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

SPonsa, Græce, νύμφη, ης, ἡ, & νυμφίος, ου, ὁ, sponsus, ac νυμφικὸς, ἡ, ὸν, sponsalis dicitur. Sunt enim sponsalia promissio futurarum nuptiarum, & fiunt absolute quadrupliciter, scilic. nuda promissione, datis arrhis sponsalitiis, annuli subarrhatione, & interueniente iuramento. Et fiunt cum conditione quadrupliciter, scilicet quia aut conditio honesta de bonis simpliciter, aut de bonis vtilibus per modum dotis, aut de bonis vtilibus per modum pœnæ, aut conditio inhonesta contraria bonis matrimonii, *secun. B. Thom. Sent. dist.* 17. *q.* 1. *art* 2.

Sponsalia sunt futurarum nuptiarum promissio, *Vt hab* 30, *qu.* 5. c. *Nostrates*, dicta à spondeo. Vnde sponsus quasi promissus & sponsa quasi promissa. Quare post contractum matrimonium per verba de præsenti dicuntur vxor & maritus, non sponsus nec sponsa.

Sponsa, Hebr. *Callah*, tota pulchra, sic dicta ab omnimodo ornatu in nuptiarum solemnitate: à verbo *Cala*, consummauit ex toto, absoluit in vniuersum, perfecit ex omni parte. Proprie autem de pulchritudine & forma omnino egregia & consummata dicitur. Cognationem habet cum *Calah*, consummatus est, quod intransitiue accipitur. Hinc καλλύνω, orno ex omni parte, καλλύομαι pulcher sum, κάλλος, pulchritudo, &c. Lat. colo, cultus, nempe corporis, &c. Verbum *Eras* vel *Aras*, Hebr. significat desponsauit sibi puellam in matrimonium, subarrhauit, vbi vir & mulier inuicem dant pignora sponsalitia. Hinc ἀρραβών, arrha, & ῥωσάζω, pignus capio. Gall. *arrhera, arrester.*

¶ BIBLICI LOCI.

Sponsaliorum & Sponsarum in patriarcharum & Israelitarum historiis frequens mentio. Sponsa filii Dei, *Psalm.* 45. *Vers.* 11. 12. *Ezech* 16. 8. *Ose.* 2. 19 *Matth.* 6. 15 2. *Cor.* 11. 2. *Ephes.* 5. 32 *Apoc.* 19. 7 & 21. 2. 9. Immaculata, pulchra, dilecta, sæpius compellata in Salomonis cantico. A sponso suo mundata, *Ephes.* 5. 26. 27.

Sponsus Ecclesiæ Christus, *Esa.* 54. 5 & 62 4. *Ierem.* 31 22. *Ezech.* 16 & *Matth.* 9. 15 & 23. 1. *Mar.* 2. 19 & *Luc.* 5. 24. *Ioan.* 3. 29. 1. *Cor.* 11. 2. *Eph.* 5. 24 *Apoc.* 19. 7 & 21. 2.

¶ SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

De sponsa alteri adiudicata. DIAL. XVII.

Franc. Petrarch.

DOL.

Sponsam mihi sententia iudicialis eripuit. R. Aſt aliis fraus, aliis vis aperta. D. Iudiciali sententia sponsam amisi. R. Quo ferro alii, quidam) quod fœdissimum genus auro ipse misere. Nihil propium est homini, hinc furta & insidiæ, hinc preces, hinc pretia, hinc vltima rerum metus. Tam temporalium bonorum dominia voluntur, quo us, fit alterius, mox ad alios transiturum, quod in rendum, in damnosis ac grauibus plaudendum est. Quo tem volui humana? homo ipse volutur, & non est, quasi flos egreditur & conteritur, & fugit velut quam in eodem statu permanet. Tu sponsam quæris fugiendo, & in horas decrescendo assidue te amittis. D. iudicio amisi. R. In campo alii tutius est iure congredi legibus decertare, quam gladiis, legisti apud Vergilium Lauiniæ competitores quanta lis & quis belli finis? Vbi sequitur victum mors tibi sponsa perdita, salua est vita, priuauit sponsa. R. Adulter aut raptor forsitan prosit est sponsam amisisse quam coniugem. In illa enim hac res. Minor est autem speratæ quam possessæ rei dan leuior spei iactura quam rei. D. Amisi sponsam in dotem misisti, sed tuam non esse didicisti. D. Amisi sponsam, coniugem, multiplici ægritudine liberatur. At qui uarur, vtrumque bonum, sed secundum melius. Quo melius nullum pati vulnus, quam inflicto vulneris nisse? sed vos animorum impulsu (Satyricus air) & cupidine ducti coniugium optatis, quod adepti immortalibus agitetis querimoniis, & tum facti factum esse non potest quumque inefficax pœnitentia D. Sponsam, & spem prolis amisi. R. Noli lamenta pars est altera præcipitis mortalium voti. Si enim ptatis, patrumque vxoris. At non semper placitura dant superi. Tenes apud Apuleium Madaurensem, psa in manus missella illa virgunçula vnam triuiis riculi plurimum, loco flectit eum cui insederat uersum nititur, quia securum iter erat & incautum damna tedeatem tacitus arguit, quib. ita luctantibus uasisse videbantur, interueniunt, à quibus in captum virgo in suam perniciem studiosa retrahitur? Haud ius est quæstio. Illa futuri præscia eo vos agit, vbi omnia. Hæc obnititur cœca quidem & miseris suis moras sæpe quæ viris poterant obsequendo, & credo mala corripiunt. D. Succubui in iudicio, & amisi sponsam es victus. Nam duobus de vna muliere certantibus rem habet, is perdidit, qui vicit is est victus, qui vincitur & liber.

¶ BIBLICA EXEMPLA.

Sponsam ambiendi ritus *exempla*: Seruus Abrahæ 24. *v.* 49. Hemor Sichem filio suo, 34. 8. Tobias Saram, 13. Raguel filiam suam, *Tob* 7. 13. 14. 15. Dauid Abigail 39. 40. Sponsis discedentibus bene precandi formula gnati Rebeccæ bene precantur ipsi, *Genes.* 24. 60. seniores ipsi Ruth. *Ruth.* 4. 11. Seruitutis propter sponsa Iacob pro Lia & Rachel, *Gen.* 29. 17 *&c.* Fortitudinis & noris, propter sponsas præstiti *exempla*: Othoniel, *Iud.* 3. *Sam.* 18. *v.* 27.

Vide Coniugium, Nuptiæ, Matrimonium.

Spurius.

¶ DEFINITIO: ET ETYMOLOG.

SPurius, Græce νόθος, ου, ὁ. nonnullis putatur, sed non eo vocabulo dicitur nothus, hoc est ex adultero natus. Latinum vocabulum non habet, adeoque vtimur periincerto patre natus, quem Modestinus, Vulgo concepri ri scribit, siue qui eum, patrem habet, quem habere non spurios etiam versus dicimus alterius ac incerti authore, de Aristarcho:

Quinq; notas spurias versibus apposuit,

Spurius, incerto patre natus, ἀπὸ τοῦ σπείρω, i. à semrea quod de semine patris nulla sit certitudo: vel quod è meretrice publica, aut quæ se multis clam prostituit, Hebr. *Tame*, i. contaminatus, immundus spurcus, us, pollutus à verbo *Tamah*, vel *Tame*. Immundus tus est. Inde Lat. Tamino, contamino. Cognationem *Tamam* abscondit, item cum nomen Stergithmius. originem suam, vt contammatã abscondunt. *Mamzer*, i. natus ex aliena muliere, natus ex adultero:

verbo *Mater*, illegitime procreatus est, ex adulterio cõmisso cum fluxu seminis prognatus est. Verbaliter non legitimus *Scortum*, *sed mœcha nocte dedit ortum*: inquit Varro. De Etymologie, trilingue, *pag.* 790.

Sententiæ Philosophicæ.

De filio qui alienus inuentus est. Dial. L.

Franc. Petrarch.

Dol.

Ille (nonne grauius) qui meus credebatur, alienus est filius. Et nunc (ni spectaretis patrem (Comici consilio) humani nihil a me alienum putaretis. D. Diu alienum filium, vt meum, passus es? Filium paulisper natura fuerit, alienum charitas: modo non pœniteat, sed delectet. D. Filius ille meus dictus a me est. R. Aperta tibi ad magnum, & singulare meritum principium, vt hactenus, sic deinceps quasi tuum paueris. Accipium, vt hactenus, sic deinceps quasi tuum pauerim. Eadem longe gratius, atq; acceptius Deo est. Solent enim parentes sibi naturaliquodam iure debita, patrum alimenta putare, & præterea scelus est amare filium, qui ex te genitus est, non amare. Ita vndiq; apud Deum, tum pietatem eximiam tibi quæsieris ex alieno flagitio. D. Filio, qui non erat filius. R. Pausisti vt filium, pasce iam, si potes, vt fratrem, omnium qui sunt, quiq; erunt fuerunt q; parentum vnus rector. Noli te per insolentiam dissimulare, nec tibi fallam, atq; odium sacrum naturæ vinculum rescindere. Nec enim fratres estis. D. Filium quem putabam meum non esse. R. Vide à quo audias & cui credas. Multi enim malis studiis, falsis rumoribus studio confingunt. Alii linguæ fluxu & effrenatq; impetu, & quæ sciunt, & quæ nesciunt pari loquacitate. Audacia. Difficilis est autem de filiatione sententia. D. Filius mihi dicebatur alienum esse audio. R. Cur hoc alijs potius quam tibi credis, qua, hoc vnum saltem nemo certius nouit? Illa ipsum dedit, quem nunc alij nituntur eripere. Audisti crethenæum memoria vir illustris fuit, cui forma & genere par virtutum gloria non erat, sed fama pudicitiæ ambigua. Ex hac vnicus infans natus erat, quem cum die quodam in gremio habens curis, & suspirantem virum animaduertisset, quæsiuit curis, & suspirantem virum animaduertisset, quæsiuit causa suspirij. Rursus ille suspirans. Vellem, inquit, filiolum mei parte pacisci, vt ita mihi constare thune puerũ filium tibi constat esse tuum. Ad hæc illa nihil fronte mota, Enimuero, inquit, nequaquam pretio est opus. Da mihi partes ingera, vbi greges meos pascam. & de hoc ipso certum est. Cumq; ille impossibile prorsus id diceret: conuocatis ciuium. Cumq; ille impossibile prorsus id diceret: conuocatis proceribus & sponsione interposita natum illa vltro adderant & est ne, inquit, hic vere meus? Cumque vir annuisset, adolescentis proerentis ei puerum porrexit. & accipe ait, dono eum tibi. Quid dubie tuus est. Risu astantium oborto, pro vxore diffinitur omnium sententijs condemnatus est. Crebræ nimis inter nos huius generis lites, aclamẽta sunt. Proni in nuptias, immemores huius generis lites, aclamẽta sunt. Proni in nuptias, immemores acruentes, vix videre diem creditis, quo mariti, hoc est, quasi aliter non possitis. Dehinc perfusi in gaudia, seu veriores coniugij dies primos in strepitu inter epulas & choreas inter epithalamia, & iocos, & cantus, & tympana, reliquam nonnem inter suspiciones, & iurgia, vtrobiq; reprehensibiles. Nec neq; adeo ancipitem sic amare, neq; tam inseparabilem ire, neq; tam amabilem sic odisse decuerat. coniecturisq; falapud hominem sanctissima diuinæ atq; humanæ domus iudere, atq; arctissima vitæ huius vincula dissoluere. D. Quid enim vxor non esse ipsa confessa est? R. Singulare velut alitur as cotidiana sunt hæc. Aliæ viuentes hoc fatentur, aliæ tes, quarum aliquæ nunciandum viris post obitum reliquæ D. Non esse meum filium ipsa mihi fassa est coniux. R. Fassa est Olympias Philippo magno viro magni filii iacturam, nec sine suspitum, nec querelam legimus. Nunc fabellam accipe lum, sed materiæ non ineptam. Circa littus Oceani, quod Britannum ab aduerso conspicit. ante non multos annos fama est fuisse reculam inopem, sed forma appetibili, & insigni lasciuia, duodecim paruos filios, totidem ex viris geniros habebat annuum interditijs inter se distantes. Instante autem mortis hora, cus propere virum iubet: & non est, inquit, amplius ludi tempus, horum puerorum ad te spectat præter maiorem solum, priorem anno nostri connubij casta fui. Sedebant tunc forte pueri cum humi circa ignem more gentis aliquid manducantes. Stupefactus igitur vir, atq; illis rei nouitate suspensis, Illa singulorum ex ordine nominat, quod audiens omnium minimus, qui tristis erat, panem dextera, & radam quam habebat in manu altera, quam potuit, ac tremens desiderio, & ambabus manibus in altũ se adorantis in morem, Da, inquit, quæso mihi genitrix, aliquẽ eum patrem! Cumque illa in fine verborum patrem paruuli nosset, & famosum quendam diuitemq; hominem, reassumpto animo bus cibo: Bene habet, inquit, Bonus est pater.

Vide, adulterium, Fornicatio, Scortatio.

Statura.

¶ Definitio et Etymolog.

Statura, æ, Corporis magnitudo, Gr. μέγεθος. Hebr. *Ghodel*. Magnitudo, granditas, à verbo *Gadhal*, magnus fuit, magnus apparuit, magnificatus est. succreuit in staturam magnam seu procerã & longam. Turris excelsa, dicitur *Migdal*, ab eadem radice.

¶ Biblici Loci.

Staturæ magnæ & proceræ homines: Flii Enac: *Numer.* 13.34. Saul, 1. *Sam.* 10.23. & 16.7. Goliath, 17.4. ad staturam suam cubitum vnum nemo addere potest. *Matth.* 6.27. *Luc.* 12.25.

In bello non tam staturæ militis rationem habere conuenit, quã virium. *Veget. l.* 1. *c.* 5.

Ex vultu, ex oculis, ex omni conformatione membrorum, milites elige. *idem, c.* 6.

¶ Adagia.

Colossi magnitudine. Κολοσσαίος τὸ μέγεθος.

In hominem prægrandi corporis mole præditum.

Caliga Maximini.

Notatur hoc adagio homines immodicæ proceritatis & insulsi. Iul. Poll. Groß vnd faul ist zuweylen schedlich.

Clematis Ægyptia. κληματὶς Αἰγυπτία.

In eos qui corpore sunt præter modum procero & atro colore.

Amens longus. ἄνους ὁ μακρός. *Sophoc.*

Hoc est quod vulgo dicitur prælongis mentem deesse, pusillis ad esse animum.

Nullus malus magnus piscis. οὐδεὶς κακὸς μέγας ἰχθύς.

In homines prægrandi quidem corpore, cæterum ingenio nullo. Athenæus Groß vnd engeschickt.

Pinguis venter non gignit tenuem sensum. παχεῖα γαστὴρ λεπτὸν οὐ τίκτει νόον.

Admonet adagium luxu corporis hebescere mentis aciem. Hier.

Pusillus quantus Molon. μικρὸς ὡσὶν Μόλων.

Lactatum in vehementer breuis statura homunciones. Suid.

Tredecim cubitorum vir. ἀνὴρ τεσσαρεσκαιδεκάπηχυς.

Notantur hoc prouerbio homines etiam prælongi & insulsi.

Longurio.

Prisci prælongos homines ridiculi causa longuriones appellabant. Varro in Tripalo apud Nonium. Ego nihil narro, adeo hæc ita curas, qui ante me est, nescio qui longurio.

Statuæ.

¶ Definitio. et Etymol.

Statuæ sunt simulachra ex ligno, lapide, quouis metallo, quæ alicui vel mortuo, vel etiam viuenti antiquitus decernebantur: & in foro aut aliquo loco conspicuo collocabantur, ad alicuius rei bene gestæ memoriam. Gr. ἀγάλματα. Hebr. *Matsceloth*, Statuæ, *Ezec.* 26.11. frequens harum mentio apud Mosem. In singulari numero *Matsebah*. Et *Pesilim*, Sculptibilia. Latumia, vbi lapides cedumtur & dolantur. Lapicidinæ. *Pesel*. Sculptile, statua dedolata ex ligno vel lapide: vel ex metallo etiam conflata. Generalius nomen imaginum esse quam statuarum nonnulli existimant, quum pictas etiam tabellas imagines vocemus, ad quas statuarum appellatio extendi non potest. *Suet. in Tiber.* Etiam statuas atque imagines, nisi permittente se poni prohibuit. *Cicero Philip.* 9. Maiores quidem nostri (inquit) statuas multis decreuerunt, sepulchra paucis: sed statuæ intereunt tempestate, vi, vetustate: sepulchrorum autem sanctitas in ipso solo est, quod nulla vi moueri, neque deleri potest.

¶ Loci Biblici.

Statuæ religionis causa non erigendæ. *Deut.* 16.22. Statua iussu Nabuchodonosoris erecta. *Dan.* 3.1. ei diuinos cultus exhiberi edicit, 6.5. pœnam recusanti statuit, 6.

¶ Sententiæ Philosophicæ

De statuis. Dial. XII.

Francisci Petrarchæ.

Gavd.

At delector statuis. R. Artes variæ, furor idem ipsarumque fons vnum artium, vnus finis, diuersa materia. G. Delectant statuæ.

tuæ. R. Accedunt hæc quidem ad naturam propius quam picturæ. Illæ enim videntur tantum, hæ autem & tanguntur, integrumq; ac solidum eoq; perennius corpus habent, quam ob causam picturæ veterum nullæ vsquam cum adhuc innumerabiles supersint statuæ, vnde hæc ætas (vt in multis) errenea picturæ inuentrix vult videri, sive quod inuentioni proximum, elegantissima consummatrix limatrixque, cum in genere quolibet sculpturæ, cumque in omnibus signis ac statuis ac longe imparem se negare (temeraria quamuis, impudensque) non audeat. Cum præterea pene ars vna, vel si plures, vnus vt diximus fons artium Graphidem dico, atque ipsæ proculdubio sint coæuæ pariterque floruerint. Si quidem vna ætas & Apellem, & Pyrgotelem, & Lysippum habuit, quod hinc patet, quia hos simul ex omnibus Alexandri Magni rumor maximus delegit, quorum primus cum pingeret, secundus sculperet, tertius fingeret, atq; in statuam excuderet, edicto vetitis vniuersis qualibet ingenii artisque fiducia faciem regis attingere, nec minor hic ideo furor quam reliqui. Immo vero omnis morbus eo funestior, quo stabiliore materia subnixus. G. At me statuæ delectant. R. Non te solum aut plebeis comitibus errantem putes, quanta olim dignitas statuarum, quantumne apud antiquos clarissimosq; hominum studium, desideriumq; rei huius fuerit, & Augusti, & Vespasiani, ac reliquorum, de quibus dicere nunc longum esset, & impertinens Cæsarum ac Regum virorumque secundi ordinis illustrium solers inquisitio & repertarum cultus & custodia & consecratio indicio sunt. Accedit artificum fama, gens, non vulgo aut mutis duntaxat operibus, sed late sonantibus scriptorum literis celebrata, quæ tam magna vtiq; parua de radice nasci posse non videtur. Non sit de nihilo magnum nomen, magnum esse vel videri oportet, de quo serio magni tractant. Sed his omnibus supra responsum est. Eo autem spectant, vt intelligas quanto nisu obstadum tam vetusto & tam valido sit errori. G. Variis delector statuis. R. Harum quippe artium manu naturam imitantium vna est, quam plasticem dixere. Hæc gypso & ceris operatur ac tenaci argilla, quæ cognatis licet artibus cunctis amicior sit virtuti, aut certe minus inimica, modestiæ imprimis & fragilitati, quæ magis fictiles quam aureas deorum atq; hominum formas probant. Quid hic tamen delectabile? Quid quo cereos aut terreos vultus ames non intelligo. G. Nobilibus statuis delector. R. Auaritiæ consilium agnosco: pretium vt auguror non ars placet. Vtam tu auream artificii mediocris multis æneis atque marmoreis, multoque maxime placitis præferendam duxeris. Haud insulse quidem vt se habet existimatio rerum præsens, hoc est autem aurum narc, non statuam, quæ vt ex vili materia nobilis, sic puro rudis ex auro fieri potest. Quanti vero tu statuam existimares siue illatam regis Assyrii ex auro sexaginta cubitorum, quam non adorasse capitale fuit, quamquam hodie multi vltro suam vt facerent adorarent, siue illam cubitorum quatuor quam ex ingenti topazio (mirum dictu reginæ (Ægyptiæ factam legis, puto non anxie quæreres cuius esset artificis, contentus de materia quæsiuisse. G. Artificiosæ oculos delectant statuæ. R. Fuere aliquando statuæ insignia virtutum, nunc sunt illecebræ oculorum. Ponebantur his qui magna gessissent, aut mortem pro Reipubl. obiissent. Quales decretæ sunt legatis à Rege Veientium interfectis. Quales liberatori Italiæ Africano, quia illius magnitudo animi, ac spectata modestia non recepit, quasque post obitum recusare non potuit. Ponebantur ingeniosis, ac doctis viris, qualem positam legimus Victorino: nunc ponitur diuitibus magno pretio marmora peregrina mercantibus. G. Artificiosæ placent statuæ R. Artificium fere omnis recipit materia. Sentio autem vt tua hæc omnis delectatio plena sit ingenii, materiæque nobilitas iuncta perficiet. Neq; hic tamen aurum quamuis Phidiasque conuenerit, vera delectatio vlla est, aut vera nobilitas. Fex terræ licet rutila, incus, mallei, forcipes, carbones, ingenium, laborque mechanici. Quid hinc viro optabile vereq, magnificum fieri possit cogita. G. Non delectari statuis non possum. R. Delectari hominum ingeniis si modeste fiat, tolerabile his præsertim qui ingenio excellunt. Nisi enim obstet huor, facile quisq; quod in se amat, in alio veneratur. Delectari quoq; sacris imaginibus quæ spectantes beneficii cœlestis admoneant, pium sæpe, excitandisq; animis vtile. Prophanæ autem etsi interdum moueant, atque erigant ad virtutem, dum tepentes animi rerum nobilium memoria recalescunt, amandæ aut tamen colendæ æquo amplius non sunt, ne aut stultitiæ testes, aut auaritiæ ministræ aut fidei sint rebelles aut religioni veræ, & præcepto illi famosissimo, Custodite vos à simulacris. Profecto autem si hic quoq; illum aspicis, qui solidam terram, fretum mobile, volubile cœlum fecit, quiq; non fictos, sed veros, viuosq; homines & quadrupedes terræ, pisces mari, cœlo volucres dedit. Puto vt Prorogenem, atque Apellem, sic etiam Polycletum spernes, & Phidiam.

¶ Apophthegmata.

Alexander, cum multas statuas Mileti vidisset eorum qui in Olympiis ac Pythiis vicerant, easq; prægrandes: Vbi, inquit, erant tam magna corpora, cum barbari vestram vrbem obsiderent? Salse taxauit illorum stultam ambitionem, & in statuis tantum positam virtutem, in corde vero timiditatem. *Plutarch. in apoph.*

Cato senior conspiciens multorum erigi statuas: Malim, inquit, de me quærant homines, quam ob rem Catoni non sit statua tua, quam quare sit posita. Sentiens, se malle res præclare gestas ollim scientes illum promeruisse statuam, mirentur non. *Plut. in apoph. Plin. lib. de Viris illustrib.*

Scipio Afric. Corinthiis pollicentibus se illi statuam in loco quo erant aliorum imperatorum: respondit, sibi deos males. Sentiens in turba occultari quod additur. Turpe quitum est in bello. Id transtulit ad statuas armatas. *Erasm. poph.*

Socrates aiebat se mirari, quod quum statuarum artifices mo studio committerentur, vt lapis quam simillimus bonetur, non pariter hoc curarent, ne ipsi lapidibus similes turbur & essent. Sunt autem qui putent, Socratem priuatim philosophiæ tese conferret, statuarum opificem fuisse. *Erasm. poph.*

Diogenes dicebat bonos viros deorum esse simulachra, quum sint optimi, naturæ proprium est, beneficere omnibus nemini. Hæc imago melius relucet in sapientibus hominibus quam in statuis, quum dii sint incorporei. *Laert. l. 6.*

Idem solitus est interdum adire statuas, & aliquid ab his petere. Demirantibus, cur id faceret: vt consuescam, inquit, non impetrare, si quando ab hominibus non impetro quod peto. *Ibid.*

Scipio iunior, cum Carthaginem iam expugnatam cremasset, statuis Deorum Græcanicis ac monumentis è Sicilia deportatis omnium refertissimam, per præconem edixit, vt quicunque habuisset, agnosceret illa, ac referret domum. De pecuniis autem nec libertum passus est quidquam capere, ac remisit eidem, quum alioqui quilibet passim ferrent, agerentque. *Rom. apoph.*

Phauorinus. Eius statuam æream Athenienses decrevere, quod Hadriano Cæsari infensissimus fuisset. Id postquam Sophono nunciatum est, nihil plane commotus, dixit: vtinam decreti ab Athenienisbus æreæ priuari statua, quam habeo. Contempsit vir prudentissima statuæ gloriam vita anteloit. *Ibid.*

Agesilaus. Ei cum nationes, quæ tum Græciam incolebant, creuissent, in clarissimis quibusque ciuitatibus honoratus est. tuas erigi, rescripsit illis hunc in modum: Mei nulla sit imago picta neq; ficta neq; vllo alio artificio parata. Negligentes horum vir prudentissimus, malens insculpi prudentes norum hominum pectoribus. *Plut. in apoph. Lacon. Erasm. poph.*

Idem, Cum descendisset ab Ægypto, patriam repetens, complicitus in portu Menelai dicitur, ac breui post moriens, mandit iis qui aderant, ne quam fictilem aut alias imitatam corporis imaginem facerent: Si quod, inquit, præclarum facinus fecerit monumentum mei: sin minus, ne omnes quidem statuæ sint vilium ac nullius rei opificum opera, illustrabunt memoriam. Quis non miretur in bellatore pectoratum philosophum. *Plut. in Lac.*

¶ Similitvdo.

Dionis Nicæi. Quemadmodum inter eos qui in amplissimo stratum eliguntur, si quis sit indignus magistratu, eum non tantum in quem electus est, perfungitur magistratu: Sic & qui tempus valere oportet, in quod positæ sunt: est autem aliquis reliquum sequeès tempus *Oratione 37. Corinthiaca.*

Status.

¶ Definitio: et etymolog.

Status, Græce στάσις, ὁ, ἡ, σταθὸς, ὸν, firmus dicitur. Nomen Hebr. i. status, constitutio officiorum seu ministeriorum *hamadh*, stetit immotus, perstitit firmiter. Status proprie tenet ad libertatem vel seruitutem in temporalibus, vel spiritualibus, qua significat immobilitatem & obligationem personæ *secund. B. Tho sec. Secund. q. 139. art. 10.*

Status à sto, stas dicitur. Stare autem significat positionem talem hominis cum immobilitate: *secundum eundem ibid.*

¶ Sententiæ Philosophicæ.

De ambiguo statu. Dial. LXVI.

Franc. Petrarch.

Dol.

Ambiguo in statu sum. R. Quid est quæso de quo non? Moriendumne mortalibus, an speruenda quæ figuram [illegible] in prosperis spem habendam, an inexitabiles casus [illegible]

...lici, nec flecti quidem, sed frangi posse fortunam? At ...certa sunt. D. Ambiguo in statu positus, quid de me ...dicio. R. Vbi, quando, qualiter mortaris ambigere qui- ...mori autem oportere, nec male mori posse qui vique ...vixerit, ne cito mori quibusvis in spatiis vitæ viri bo- ...implicuit, vel si id non licuit, ac spem dedit, nec alibi, ...lio, qui veram suspiras ad patriam, dubitare (ni desipis) ...modo. Vnde igitur istæ ambages? de fortuna forsitan? ...rum, quæd vix vlli vnquam fecit? an suos potius mores ...rorum pelagus procellosum, nunc picta tranquillitate fal- ...ctibus aliis minax, nunc horrenda naufragiis. Ne de ...ipso, si quà tibi experientia rerum est, dubitatio vlla ...quamuis enim euentus ambigui, ipsa tamen ambigui- ...certum, pone ambiguitatem, pone sollicitudinem. Ille ...te acturus sit, nullius rei dubius, parua quidem, sed fir- ...cula, magnum suleas mare. Fidus tuæque salutis aman- ...gubernator est. Quid refert an viam vector ignoret, si ma- ...gi nota est?

Fortuna.

Sterilitas.

¶ Philosophicæ Sententiæ.

...eris causa cum ætas, & viro, & mulieri præcesserit, si inter ...gressi non gignunt, interdum in vtrisque, interdum in al- ...tumnodo est. *Arist. hist. anim. 20. c. 1.*

...eris ista est, si in emittendo simul non conueniunt vir & fœ- ...longe inter se discrepent, & in viro causa esse dignoscitur, ...non procreat. *ibid. c. 7.*

...eris causæ multæ sunt: nam aliis a primo ortu naturæ lo- ...rum commodum oblæsis, steriles, & viri & mulieres red- ...ualerae non pubescant, alteri non barbescant, aliis in pro- ...eris idem accidit affectus, & gignuntur mulieres viragines, ...menstrua desunt, & viri fœminares, quibus semen exile, ...que est. *de gener. anim. 2. c. 8.*

...eris causæ in spermate sunt, quod male sit complexiona- ...tus, & frigido excellenti, vel humido, & sicco, ideo impe- ...tem generationem: & virtus in communicatiua spermatis ...infantis, & nauseatiuam satietatem patientis frequenter, ...ni frequentius, aut senis, & cuius non sunt membra sana. *...de anim. l. 10. tract. 2. c. 1.*

...eritatis causæ ex parte mulieris, sunt præcipue si sit frigida ...eritatis causæ ex parte membri genitalis sunt, si debilia sunt ...rmatis, aut abscissa, vt si abscindantur venæ post auriculas, ...non spermatizat amplius, aut si ementulatur, aut nerui ge- ...ri laeduntur, aut emplastrantur, ius quoniam nigro: & vul- ...ua amplitudo & arctitudo nimia, & veretrum est nimis bre- ...nerui virgæ tortura. *Alb. Magn. de anim. lib. 10 tract. 1. c. 1.*

...eritatis causæ ex errore situs sunt, si mulier in latere disponi- ...ur mulier virum supergreditur, aut sistat, & si posterius cogno- ...ua natium spissitudo impedit, ne ad matricis os accedat ...*idem ibid.*

...eritatis causa, quæ est per se, est destitutio spermatis à vir- ...genitalis, quæ secundum naturam est in ipso. At per acci- ...dentem sterilitatis causæ sunt multæ. *Idem de anim. lib. 16. tract. 2. ...primo.*

De sterilitate annua. Dial. LVIII.

Francisc. Petrarch.

Dol.

...sterilitate premor annua. R. Iam tibi fertilitas gratia erit, opti- ...mus omnis contrarii collatione cognoscitur. D. Fefellit ager ...mei spem. R. Non te ager fallit, sed improbitas, cupiditasque ...tua, cuncta vobis ad nutum successura promittitis insolentes, ...non digni iudicio, quibus ipsa rerum pareat natura, quæ si suum ...seruare causa profundam semel auaritiæ vestræ præruptamque ...voraginem, cui nihil est satis, inexpletam liquerit, insolens vobis ...tristis atque iniuriosa videbitur. Non sunt hæ autem iustæ nec ...modestæ spes, sed immodici figmenta desiderii, ea quidem fingi- ...tis euentura quæ cupitis, si quid deest damnum dicitur, tuus ager ...suum morem tenuit, & tu tuum tenes. Terræ etenim vbertas, & ...sterilitas alterna, sed cupiditas vestra perpetua est. Vos iniquissimi ...omnium interpretes, cum illam grate, ac sobrie hanc patienter, ...ac fortiter ferre debueritis, illam contemnitis, hanc defletis. Illa ...tumidos facit, hæc querulos. D. Ager meliora pollicitus me fefel- ...lit. R. Terram bobus, ac rastris, cœlum votis ac precibus fatigatis. ...Ventorum spiritus, opportunitas imbrium, germinum decor, agri ...species, puluis hybernus, lutum vernum, æstiui soles, maturitas ...autumnalis, omnia cupidos in specie trahunt, vt arentem stupam ...flamma omnis incendit, vt inanem pulueren flatus omnis impel- ...lit, sic auarum animum lucrum omne suspendit, atque erigit, om- ...nisque non rei modo, sed vel tenuis spei iactura confundit, ac de- ...iicit. Sed frænate miseri motus inconditos, infinitam concupiscen- ...tiam coercete, & spem credulam mille tandem delusam successibus ...castigate, quid nunc cœlum, terramque respicitis? Non aliunde ...sterilitas quam à Deo est. Illum mortales agere sinite, & videte ...quod agitur & laudare, finite opificem operari, & vnius artificii pe- ...rito homini exhibendam reuerentiam non negeris Deo. Pudeat ...terrea vascula cœlestem figulum arguere, sed in omnibus illi voce ...que animo gratias agite, qui necessitatum conscius vestrarum, ...neque cupiditatum nescius illi succurrit, hic occurrit. Vtrobique ...misericors, vtrobique terribilis in consiliis super filios hominum, ...vt de illo scriptum est: Sperate iam tandem, non in agris vestris, ...sed in Domino, & facite bonitatem, & inhabitate terram, & pasci- ...mini in diuitiis eius, delectamini in Domino, & dabit vobis petitio- ...nes cordis vestri, quæ vbi cœperitis in Domino delectari, auaræ esse ...non poterunt, neque iniustæ. Reuelate Domino viam vestram, & ...sperate in eo, & ipse faciet, iactate super Domino curam vestram, & ...ipse vos enutriet, qui cœlesti manu editi non nisi terram cogitatis, ...terramque diligitis? Nolite has sacras voces, vt solebris, spernere. ...Nolite auras, pluuiasque & tempestates idoneas aucupari aut preca- ...ri. Nolite in terra spem habere, sed in illo qui respicit terram, & ...facit eam tremere, qui de saxo durissimo fontes liquidos elicit, qui ...te denique ab angelo tuo falli passus est, vt in illo spem poneres, qui ...non fallit. D. Multum solita de copia demptum est. R. Id modo ...subducitur, quod plus æquo vel dederunt anni præcedentes, vel se- ...quentes dabunt modestiæ, quantulumcunque sat est. Auaritia li- ...cero crescit, eoque fit pauperior, quo plus habet. Magna vitiorum ...genitrix, magna nutrix atque hortatrix est copia. Parere, malis suis ...demi aliquid, quo minus copiæ, minus erit insolentiæ, minus que ...libidinis. Atque quod hæc tui ruris iniuria apud multos beneficii- ...um, ac largitas haberetur, tuque ipse si assueuisses inopiæ, vbertatem hanc & copiam iudicares, in iudicio rerum semper consuetudo ...præiudicat, tantamque vim habet, nunc quid mirum, si temperata ...fastidiunt qui superuacuis assueuere, qua nulla maior procella mo- ...destiæ est? D. Sterilitas vrget insolita. R. Sæpe quidem fortiores ...viros plaga fert sterilis, fertilior molliores neque fert modo, sed fa- ...cit atque alibi natos durat, aut mollit. Sic molliuit Gallos primum, ...post Romanos Asia, Alexandrum Babylon, Hannibalem Capua. ...Contra vero Romanam indolem durauit, & cotis in morem acuit ...illa arens, & scopulosa pars Ligurum, te quem copia molliebat do- ...let inopia? Sobrietatem te doceat ager tuus, & quod libri vberes ne- ...quiuere, glebæ faciant aridulæ. Nemo descipiendus est magister ...disciplinæ vtilis. Disce bene viuere, disce vel senex, disce vel nolens. ...Disce denique vel indignans.

Studium.

¶ Definitio et etymologia.

Studium, Græce σπουδὴ, ῆς, ἡ, & σπουδαῖος, α, ον, studiosus, σπουδάζω, studio dicitur. Est autem studium, vehemens applicatio animi cum magna voluntate ad aliquid agendum. *Secund. Cicer. lib. 1. Rheror.*

Studium importat vehementem applicationem mentis ad aliquid, & principaliter ad cognitionem. Secundario autem ad ea, in quibus homo per cognitionem dirigitur. *Secund. B. Thom. secund. secund. q. 166. art. 1. c.*

Studiositas est virtus, cuius principalis materia est cognitio, secundario autem alia, *secund. eund. ibid. q. 166. art. 2.* Dicuntur autem hæc à studeo, quod est do operam, incumbo.

Studium Hebr. *Halilah*, & *Mahala* à verbo *Halal*, infantiliter loquutus est auius & conatus est aliquid infantium & balbutientium more. Quid enim aliud: Sunt humana studia & molimina quam infantiles nugæ & meræ vanitates?

¶ Patrvm Sententiae.

Sedulo monendi sunt scholastici, vt humilitate induti Chri-

stiana discant non contemnere, quos cognoscunt morum vitia, quam verborum, amplius deuitare, sed casto corde linguam exercitatam non conferre audeant, quam etiam præferre consueuerant: his enim maxime est vtile nesse, ita esse præponenda verbis sententia. vbi præponitur animus corpori. Ex quo fit, vt ita malle debeant veriores, quàm discretiores inuenire sermones, sicut malle debent prudentiores, quam formosiores habere amicos. *August. in lib. de catechizandis rud.*

Quid est inuenire, nisi in id venire quod quæritur? quæ autem vltro occurrunt menti, non dicuntur inuenta, quamuis dicantur cogitata: quia non tendebat anima ad illa quærenda. *lib. 9. de Trinitat.*

Legimus aliqua, ne negligantur, legimus, ne ignoremus, legimus, non vt teneamus, sed vt repudiemus. *Ambros. sup. Lucam libro primo.*

Sit ipsa lectio temperata, cui finem consilium, non lassitudo imponat. Nam, vt immoderata ieiunia & ardor abstinentiæ, & inordinatæ vigiliæ, intemperantiæ coarguuntur, & nimietate sua pereunt, vt hæc ipsa postea quidem nec mediocriter fieri possint: ita studium intemperans lectionis in reprehensionem cadit, & quod laudabile est in genere suo, fit nimietate sui culpabile. *Hier. ad Demetr. virg.*

Ideirco & desidiosus ingenium sæpe accipit, vt de negligentia iustius puniatur: quia quod sine labore assequi potuit, scire contempsit: & ideo nonnunquam studiosus tarditate intelligentiæ premitur, vt eo maiora præmia retributionis inueniat, quo magis in studio inuentionis elaborat. Nihil ergo est in terra sine causa, quando & studioso tarditas ad præmium proficit, & desidioso velocitas ad supplicium crescit. *Greg. in mor.*

Omnino iniquum est, nobiliora ingenia, studiis dehonestari minoribus, & eos quos ardua & grauiora expectant officia, voluptatis & vanitatis occupationibus agitari. *Petr. Chrysost. de curial. nugis, lib. 1.*

Omnis profectus ex lectione & meditatione procedit, quæ enim nescimus, lectione discimus: quæ didicimus, meditationibus conseruamus, *Isid. l. 3. de summo bono.*

Punge, & dabit lachrymas: stringe mentem, & dabit intellectum. Nihil enim tam incredibile, quod non dicendo fiat probabile. *Orig. super exod.*

Tria sunt studentibus necessaria: Natura, Exercitium, Disciplina. In natura consideratur, vt facile audita percipiat, & percepta firmiter retineat. In exercitio, vt labore & sedulitate naturalem sensum excolat. Indisciplina, vt laudabiliter viuent, mores cum scientia componat. *Hug. l 3. didasc.*

Tria sunt, quæ præcipue studiis legentium obesse solent: Negligentia, Imprudentia, Fortuna. Negligentia est, quando ea quæ discenda sunt, vel prorsus prætermittimus, vel minus studiose discimus. Imprudentia est quando congruum ordinem in his, quæ discimus, non seruamus. Fortuna est, in euentu casuum, siue naturaliter contingente: quando vel paupertate, vel infirmitate, vel naturali tarditate, siue etiam doctorum raritate, a proposito nostro retrahimur. In his autem tribus de primo, id est, negligentia lector admonendus est, de secundo vero, id est, prudentia instruendus, de tertio, id est, fortuna iuuandus. *ibid. lib. 1.*

Noli contemnere minima, quia paulatim defluxit, qui minima contemnit. Si primo alphabetum discere contempsisses, nunc inter Grammaticos tantum nomen non haberes. Scio quosdam esse, qui statim philosophari volunt: quorum scientia formæ asini similis est, noli huiusmodi imitari. Paruis imbutus, tentabis grandia tutus. *lib. 6.*

Sapiens ille vir Græciæ Domesthenes cum expletis 107. annis se mori cernerer, dixisse fertur, se dolere, quod egrederetur de vita, quando sapere cœpisset. Plato octuagesimo anno scribens, mortuus est. Socrates nonagesimum octauum in docendi & scribendi labore compleuit. Refert Homerus, quod de lingua Nestoris iam vetuli & pene decrepiti dulcior melle oratio fluxerit. *libro tertio.*

Prudens lector vel auditor omnes libenter audit, omnia legit, non scripturam, non personam, non doctrinam spernit, ab omnibus indifferenter quod sibi deesse videt, quærit, non quantum sciat: sed quantum ignoret, et considerat. *ibid.*

Studium est assidua ac sagax retractatio cogitationis aliquid inuolutum explicare nitens, vel scrutans penetrare occultum. *ibidem.*

Meditatio est frequens cogitatio, modum & causam & rationem vniuscuiusque rei inuestigans. *ibid.*

Studium, est animæ assidua & vehemens applicatio ad aliquid agendum, cum summa voluntate occupati. *ibid.*

¶ Poeticæ Sententiæ.

Tibul. 1. 8.

At tu, dum primis floret tibi temporis ætas,
Vtere, non tardo labitur illa pede.

Claud. 4. Honor.

Interea Musis animus dum mollior instes,
Et quæ mox imitere legas, nec desinat vnum
Tecum Græcia loqui, tecum Romana vetustas.

Hor. 1. epist. 2.

Si non
Intendes animum studiis, & rebus honestis:
Inuidia, vel amore vigil torquebere.

Ouid. 1. Trist. 1.

Quot frutices syluæ, quot flauus Thybris arenas,
Mollia quot Martis gramina campus habet:
Tot mala pertulimus: quorum medicina quies est,
Nulla, nisi in studio est, Pieridumque mora.

Ouid. 1. Pont. 6.

Scilicet est cupiendus studiorum quisque suorum,
Tempus & assuetæ ponere in arte manus.
Saucius ense fuit at pugnam gladiator, & idem
Immemor antiqui vulneris arma capit.
Nil sibi cum pelagi dicit fore naufragia vitæ,
Et ducit remos, quæ modo nauis aqua.

Auson. Epig. 44.

Emptis quod libris tibi bibliotheca referta est,
Doctum & Grammaticum te Philomuse putas.
Hoc genere & chordas, & plectra, & barbita quondam
Hoc die mercator, cras citharœdus eris.

Ouid. 4. Pont. 2.

Da veniam fasso, studiis quod frena remisi,
Ducitur & digitis littera rara meis.
Imperius ille sacer, qui vatum pectora mouit,
Qui prius in nobis esse solebat, abest.

Pers. 1.

At te nocturnis iuuat impallescere chartis:
Cultor enim iuuenum purgatas inseris aures.

¶ Philosophicæ Sententiæ.

Quia pauci studia non honorant, simul & naturali ingenio est, & radicatum pectoribus humanis, vt qui non intelligunt non miretur artifices. *Sido. lib. 5. epist.*

Studia te clarum & nobilem efficient, sine studio nominis, Singula (inquit Epicurus,) tangeris, nomen tuum meæ faciunt, quam omnia ista quæ colis, & propter quæ studiis ingeniorum crescit dignatio, nec ipsis tantum imputatur, sed quicquid illorum memoriæ adhæsit, excipit. *epist.*

Studio me dabo, omnia alia negligenda sunt: vt inquimus, cui nullum tempus satis magnum est: etiamsi spatium ad longissimos ætatis terminos vita perducatur, refertum occupationibus. *epist. 23.*

Omne quidem tempus idoneum est studio saluti, nec inter illa non student, propter quæ studendum est. *ibid.*

Studia etiam saluti corporis prosunt. In remedium enim honesta solaria, & quicquid animum erexerit, etiam deest. Cogito quam multi corpora exercent: ingenia quantus ad spectaculum lusorum vel luctatorum fit quanta sit mentis bonæ solicitudo, quam imbecilli quorum lacertos humerosque mirantur. *Epist. 80.*

Otium sine literis, mors est, & viui hominis sepultura ingenium, & studio fatigatum, non sine studio recreare scribere tantum, nec legere debemus: altera res vires, & exhauriet: de stylo dico, altera soluet ac dilatat hoc & illo commutandum est, & alterum altero temperandum vt quicquid lectione collectum est, stylus redigat in *epistol. 86.*

Apes debemus imitari, quæ vt vagantur & flores ad mellificandum idoneos carpunt: deinde quicquid attulere, dispositis fauos digerunt: Ita debemus quæcunque ex diuersa lectione gessimus separare, melius enim distincta seruantur: deinde tam facultatem ingenii in vnum saporem varia illa libamenta fundere, vt etiam si apparuerit vnde sumptum est, aliud tamen quam vnde sumptum est, appareat. *ibid.*

Quod in corpore nostro videmus operari naturam, & quæ accepimus, quamdiu in sua qualitate perdurant, & innatant stomacho, oneri sunt: at cum ex eo quod erant mutata sunt, tunc demum in vires & sanguinem transeunt. Idem quibus aluntur ingenia, præstemus, vt quæcunque hausimus non patiamur integra esse: ne aliena sint, coquamus illa: quin in memoriam non ibunt, non in ingenium: Dedimus. Vnum quidem fiet ex multis, hæc faciat amalgama omnia quibus est aditus, abscondat, ipsum tamen ostendat efficit. *ibid.*

Quicquid facies, redi à corpore ad animum: illum noctibus exerce, labore modico colitur ille, hanc curiosum non frigus, non æstus impediet, nec senectus quidem: nunte iubeo semper imminere libro aut pugillaribus, dimittere quod interullum animo: ita tamen vt tuta resolutur, intur. *epist. 15.*

…ilosophi prodesse, si pauca sapientiæ præcepta teneas, sed illa in …ctum ac in vsu tibi sint, quam si multa quidem didiceris, & illa …non habeas. *lib.1. de benef.*

…efert quam multa sciat luctator, si scit quantum victoriæ …Sic in studio multa delectant, pauca vincunt, licet nescias, …Oceanum offendat, & reuocet, quid sit, quod gemino …rum separet: parum tamen iungat, vtrum vnus concu…gatur in duos, an toties concubuerit, cui pariter natis fata …cubuit transire, quæ nec licet scire, prodest: quicquid e…uerit, beatiores beatosque facturum est, aut in aperto, aut in pro…situm. *ibidem.*

…ingenuis nutriri, & immorari oportet, si velis aliquid tra…re in animo fideliter federat. *epist.1.*

…in peregrinatione agentibus hoc euenit, vt multa hospi…tum, nullas amicitias: idem accidit his, qui nullius ingenio …iter explicant, sed omnia cursim & properanter transeunt. …ntibus, qui statim sumptus emittitur. Nihil ita sanita…sicut remediorum crebra mutatio. Non conualescit …sæpe transfertur. Nihil ita vtile est, quod in transitu …modo (inquis) hunc librum euoluere volo, modo illum, …stomachi est, multa degustare, quæ vbi varia sunt & di…nantur, non alunt. Quum igitur multa percurreris, vnum …quod illa die concoquas. *ibidem.*

…scholasticus otium est, sed negotiosum, & quod animum …honesta sollicitum. *in epist.*

…& diuitiis pariter vacare non potes, nec animam illam …habitare sapientia, quam videt infectam desideriis, & cu…ralibus inuolutam. *epist.17.*

…vacare animo, aut pauper sis, aut pauperi similis. Multis …philosophandum obstitere diuitiæ, paupertas autem expe…cura. *ibidem*

…bus quidem prodest subinde animum relaxare: excitatur …uo vigor, & omnis tristitia, quæ continuatione studii perti…dicitur: feriarum hilaritate discutietur. Studia enim leni…delectant, contracta & propius admota fastidio sunt. *Sen.*

…dam vnicum doloris leuamentum est. *Plin. Iunior. l.8.*

…a vita, sic in studiis pulcherrimum & humanissimum existi…ritatem comitatemque miscere, ne illa in tristitiam, hæc in …dam procedat. *ibid.*

…est innatus in nobis cognitionis amor, & scientiæ, vt ne…tare possit, quin ad eas res hominum natura nullo emolu…mentorum rapiatur. Videmus ne vt pueri, ne verberibus qui…contemplandis rebus perquirendisque deterreantur, aut pul…sent, & aliquid se scire gaudeant, vt aliis narrare gestiant? …eo, qui ingenuis studiis atque artibus ita delectantur, vt nec …dinis, nec rei familiaris habeant rationem: omniaque per…a cognitione & scientia captos, & cum maximis curis, & cum …compensatione eam, quam ex discendo capiant voluptatem. *de Fin.*

…ta quædam, vel potius innata cupiditas scientiæ: natique …ad congregationem, ad societatem, ad communitatemque …humanii. *4. de Fin.*

…mes trahimur & ducimur ad cognitionis, & scientiæ cupidi…, in qua excellere pulchrum putamus: labi autem & errare, …& decipi, & malum, & turpe ducimus. *2. Offic.*

…Cum sumus necessariis negotiis, curisque vacui: tum auemus …quid videre, audire, discere: cognitionemque rerum aut occul…tarum aut admirabilium ad bene beateque viuendum necessariam …putamus. *1. Offic.*

…in ipsis rebus quæ discuntur & cognoscuntur, inuitamenta in…sunt, quibus ad discendum, cognoscendumque mouemur. *5. Tusc.*

…Optimus & grauissimus quisque confitetur se multa ignorare, & …sibi etiam esse discenda. *2. Tusc.*

…Omnia scire cuiusmodi sint cupere, curiosum est: duci vero ma…rum rerum contemplatione, summorum virorum est putandum. *de Fin.*

…Qualia sunt publica ciuitatum studia, talis est etiam priuatorum …*Dionys. Hal. l.5.*

…In magna copia rerum, aliud alii natura iter ostendit. *Sallust. de …rat. Catil.*

…Multis militia, quidam exercendo agros tolerarunt vitam. Nihil …quam expetitur, nisi cuius fructus ante prouiderit. *Tacitus …ab. li.*

…Fieri non potest, vt qui rebus nullius pretii operam diligentem …ponit, possit magnis & præclaris vllis negotiis vacare. Cum enim …sunt cogitationis ista conferatur, necesse est vt ea negligat, quæ …extra sunt admiratione digna. *Ælia Var. hist. l.2.c.27.*

…Natura infirmitatis humanæ tardiora sunt remedia quàm mala: …ut corpora lente augescunt, cito extinguuntur, sic ingenia studia…rum opprelleris facilius quam reuocaueris. Subit quippe etiam ipsi…us dulcedo: & inuisa primo desidia, postremo amatur. *Tacitus in vita Agric.*

Magnos profecto & longe honestissimos optimorum studiorum fructus, illi ante alios in hac vita cœpisse existimantur, qui omnes ingenii facultates in id maxime opus sanctissimo fine proposito contulerunt, quo & prodesse bonis mortalibus ingenuo labore possent, & sui memoriam præclaro literarum testimonio posteris commendare niterentur. Quando in hac vita, quam in natura incertis breuis ævi angustiis humano generi præscripsit, nihil beatius esse potest quam nominis famam immortalibus inuicti animi monumentis ad non incertam spem sempiternæ laudis extendisse. *P. Iouius præfat. in libro histor.*

Cum peregrinos quosdam diuites Romæ forte vidisset Cæsar, canum & simiarum catulos in gremiis circumferre, iisque sese oblectare, percontatus est: Ecquid apud ipsos mulieres liberos non parerent? Digna mehercle principe vox, qua erroris admonuit eos, qui à natura inditos nobis affectus, quibus ad amorem hominum incitamur, in bestias absumerent. Verum animo nostro non tantum discendi spectandique aliquid innata est cupiditas, (quam etiam canum etiam simiarumque catulis animaduertimus) sed præterea ratio etiam quæ eos reprehendat, qui ista cupiditate ad audiendas spectandasque res nullius prætii abutantur, iis neglectis quæ pulchræ sunt & conducibiles. Sensui quidem, cum ab obiecto quocunque afficiatur, atque moueatur, forsitan necesse sit omne id quod oculis offertur, siue id inutile sit siue vtile apprehendere: intellectus autem ea est natura, vt quæ velit possit contemplari, & ab iis quæ non probat, sese nullo negotio auertere. Ergo ad contemplandum ea sunt deligenda, quorum consideratione mens ipsa quoque alatur. Vt enim oculis commodus est color floridus & elegans, qui dum simul ipsum etiam visum exsuscitat atque alit: ita intelligentia iis rebus considerandis adhibenda est, quæ cum delectatione simul ipsum etiam ad suum bonum appetendum prouocent, nimirum ad virtutis actiones, quæ dum cognoscuntur vna æmulationem quandam ac studium imitandi in animis excitant. In cæteris sane rebus non semper admirationem eius quod factum est, cupiditas idem efficiendi comitatur: & quidem plerunque contra fit, vt cum opus laudemus, opificem contemnamus. Verbi gratia, vnguentis & purpura delectamur: at vnguentarios & tinctores pro illiberalibus ac sordidis hominibus ducimus, Quapropter recte Antisthenes cum Ismeniam egregium tibicinem audiret prædicari, Atqui homo est prauus, inquit: alioquin enim tantum in hac arte non præstaret, Philippus filio suo, quod suauiter & artificiose quodam in loco cecinisset fidibus, Non te, inquit, pudet, tam belle citharam pulsare? Regi enim satis est tantum otii sibi sumere vt alios canentes audiat: multumque tribuit Musis, si spectatorem aliis se horum certaminum præbeat. Qui vero ipsi in rebus vilibus elaborant, eo ipso testatum faciunt, te non magnam præclararum rerum curam gerere. Neque vero quisquam bonæ indolis adolescens, viso Olympio Ioue, Phidias fieri cupiit, neque visa ea quæ est Argis Iunone Polycletus, & verum virtutis actiones eo modo afficiunt contemplantem, vt confestim & miretur eas, & autorem imitari cupiat, *Plut. in Pericle.*

¶ Similitvdines.

Plinij. Luscinijs tantum est canendi studium, vt certantes emoriantur, spiritu citius deficiente quam cantu: Ita nonnulli literarum immodico amore valetudinem extinguunt, & dum a nullis vinci volunt eruditione, pereunt in ipso conatu. *Lib.10.c.29.*

Roterodami. Notatus Protogenes, alioqui summus in pictura artifex, quod nesciret manum tollere de tabula: Ita quidam scriptores immodica diligentia peccant, quibus nihil vnquam satis emendatum videtur. *in Similib.*

Vt feris alius aliunde victus: sic hominibus aliis aliunde viuendi ratio: alius philosophatur, alius militat. *Plut.*

Vt Androgyni sic vtrosque imitantur, vt neutrum sint, nec mares, nec fœminæ: Ita quidam dum & theologi volunt esse & rhetores, à neutris agnoscuntur. *Erasm.*

Vt à Scribus mollissima vellera, & ab iisdem durissimum ferrum mittitur: Sic à quibusdam diuersa proficiscuntur. *Idem.*

Crocodilus anceps animal nunc in terris agit, nunc in aquis: in terra ponit oua, in aqua prædatur, & insidiatur: Ita quidam simul & aulici sunt & Ecclesiastici, & vtrobique pestilentes.

seth, v. 26. 27. Adonias, 1. *Reg.* 2. 15. Populus Israel, 3. 28. Dan. *Dan.* 2. 37. II. Fauore & amore eos prosequi. *Exempla*: Iacob. *Gen.* 27. v. 7. 10. Mulier Thecuitis, 2. *Sam.* 14. v. 4. 5 & c. v. 22. Ethai, 15. 21. Chusai, v. 31. 32. 33. 33. Berzellai, 19. v. 31. 32. Esaias. 2. *Reg.* 19. 6. & 29. 7. Mardochæus, *Esth.* 2. v. 21. 22. Daniel. 6. 21. Præstare legibus, & mandatis eorum pietati & honestati consentaneis debitam obedientiam. *Exempla*: Rubenitæ & Gaditæ, *Ios.* 2. v. 16. 17 & 21. & 1. 2. 24 Isai, 16. v. 18. 18. serui Dauidis, 2. *Sam.* 15 v. 13. 14. Banaias, 1. *Reg.* 2. 25. Nuntius Asa, 15: 22. Milites Iehu, 2. *Reg.* 10. 25. IV. Conferre sumptus ad gubernationem necessarios, tributum, vectigal, census, decimas, & similia pro diuersa politiarum ratione, 1. *Sam.* 8. v. 11. & c. *Matt.* 22. 21. *Rom.* 13. 7. V. Æquo animo accipere eorum sententiam, & iustas pœnas, propter violatas leges. *Exempla*. Semei, 2. *Sam.* 19. v. 10. Mephiboseth, v. 27. 28. VI. Timere eos, & leuiora quædam errata iis condonare, ac tolerare eorum iniurias, & sibi temperare ab eorum cæde. *Exempla*: Israel, *Ios.* 4. 14. populus Saulis, 1. *Sam.* 11. 7. Dauid. 24. v. 9. 10. 11 & 26. 6. Gentes. 1. *Paral.* 14. 17 VII. Petere à Magistratu auxilium & defensionem. *Exempla*: Mulier Thecuitis, 2. *Sam* 14. 4. Mulier quædam, 2. *Reg.* 26. Sunamitis, 8. 3. VIII. Externis gestibus suam erga Magistratum declarare reuerentiam. *Exempla* Iacob, *Gen.* 28. 4. 47. 7. Fratres Ioseph, 59. v. 18. Nathan & Bethseba submisso in terram vultu adorant Dauidem, 1. *Reg.* 2. v. 23 31. IX. Imitari pietatem & cæteras virtutes bonorum gubernatorum *Exempla*: Iosaphat. *Ios.* 24. 31. Subditi Iosiæ, 2. *Paral.* 34. 33. *Eccl.* 10. 2. X. Orare pro Magistratu, & felicissima quæque ei precari: *Exempla*. Subditi Saulis, 1. *Sam.* 10. v. 24. Bananias, 1. *Reg.* 1. v. 47. Subditi Salomonis, v 30. Subditi Ioas, 2. *Reg.* 11. 12. Chaldæi, *Ier.* 29. v. 7. Satrapæ Regis. *Dan.* 3. *vers.* 9. Regina Balthasar, 5. *vers.* 10. Satrapæ Darii, 6. *vers.* 6. Daniel, *vers. Baruc.* 1. v. 11. 1. *Tim.* 2. *ver.* 1. 2.

¶ Sententiae Historicae.

Aduersum fortuita subditi solent aspectu principis refoueri. *Tacit. Ann. li.* 15.

Non ii quos necessitas seruire cogit, sed quos obtemperare sua quenque voluntas adegit, sunt in agendo patiendoque à suspicione omni assentationeq; vacui: nunquamque imperia detrectant, nisi violenter contumelioseq; sint habiti. *Herod. in Commodo.*

Subditi, quantum licet, principum sequuntur cupiditates: idque lex eis est & honor, quod principibus visum fuerit. *Nicoph. Greg. hist. lib.* 2.

Non animaduertit, nihil neque arma, neque multitudinem subditorum, sine eorundem beneuolentia conducere: quinimo hæc ipsa, si fides absit, tanto minus tuta esse, quanto sunt plura *Dion. lib.* 37.

Princeps qui dominatum prius amissum, armis inuadit, truculentior quam antea in subditos, tanquam aduersus defectores, & in tempore rebellaturos apparet. Illi autem, quamuis seruitio sueti, patientiam abrumpunt, armisq; principem circumueniunt, cui nec aliud subsidium est, quam pernicitas equorum, quibus seque & suos aufert. *Tacit. hist. Ann. lib.* 12.

Quomodo sterilitatem aut nimios imbres, & cætera naturæ mala, ita luxum vel auaritiam dominantium tolerare. Vitia erunt donec homines: sed neq; hæc continua & meliorum interuentu pensantur *Tacit. hist. lib.* 4.

Omnino præstat, Deoque gratius est, vt subditi pro legitimo Imperatore pugnent, quam cum seditioso ac ciuilis belli authore se coniungant. *Nicet. Isaac. Angel. lib.* 1.

Omnibus meliorem sortem desiderare permissum est: sed debet etiam vnusquisq; quod cuiq; dedit sors patienter tolerare: alioqui si cuius alterius imperio subiecto ad libertatem aspirare liceat, omnia dominatus atq; imperiorum iura peruerti atque confundi necesse est. *Fr. Guicciard. hist. l.* 2.

Vide Magistratus, Princeps, Rex.

Substantia.

¶ Definitio et Etymolog.

Substantia, Græce ὑπόστασις, εως, ἡ, dicitur. Est autem substantia, quæ proprie & principaliter & maxime subsistere dicitur: & quæ neque in subiecto est, neque de subiecto dicitur. *Secund. Aristl. li. Prædicam.*

Substantia est res habens quidditatem, cui debetur esse per se, & non in alio scilicet subiecto. *Secundum B. Thom. prima parte. q.* 3. *art.* 5.

¶ Sententiae Philosophicae.

Essentia est rei forma, cuius ratio definitio est, ac id essentia cuiusque dicitur. *Metaph. l.* 4. *c.* 8. *T.* 15.

Essentiam materiei expertem rationem appello. *Metaph. l.* 6. *c.* 7. *T.* 23.

Quod quidque est, id est eius essentia. *Metaph. l.* 4. *c.* 7. *T.*

Vt hoc verbum est, omnibus conuenit, non tamen eodem modo, sed huic primum & maxime: illis vero secundo loco: licet quid esse, & plane & omnino categoriæ essentiæ conueniat ex parte cæteris *ibid. T.* 4.

Substantia, quæ & proprie & primum, & maxime appellatur, est quæ nec in subiecto vllo dicitur, nec in subiecto vllo inest, vt quidam homo, quidam equus. Secundo autem loco substantiæ dicuntur species eæ, in quibus quæ primæ nominantur, continentq; rerum formarum genera. *in Categor. ca.* 5. *de substantia.*

Sublatis primis naturis atq; substantiis, nihil locis reliquis esse omnibus. Porro secundarum substantiarum species magis substantia est, quam genus: quoniam ad primam naturam propius accedit, *ibid.*

Primæ substantiæ, quia cæteris subiectæ sunt, reliqua omnia de iis dicuntur, aut in eis sunt: idcirco maxime substantiæ nominantur. *ibid.*

Essentia dicitur esse simplicia corpora, vt terra, vtrumque horum & si qua sunt generis eiusdem: & vno nomine corpora & his constant animalia, & dæmonia, eorumque partes. Itemq; omnia ex eo essentiæ vocantur: quod non de subiecto dicantur, sed de eis cætera. *Metaph. l* 2. 4. *c.* 8. *T* 15.

Duobus modis essentia dicitur, tum id quod posterius dicitur, quod quidem iam de alio nõ dicitur: tum id quod primum est, nec separari ac seiungi potest: qualis est cuiusq; res cuiusque species *ibid.*

Tres sunt essentiæ: Materia, quæ hoc aliquid esse non videtur: quæ enim tactu vnum sunt, non copulatione tamen sunt, atque subiectum: Natura, quæ & hoc aliquid est & ad quam ortu peruenitur: tertia quæ ex his constat. Eadem est in rebus singulis, vt Socrates, vt Callias, *Metaph.* 3. *T.* 14.

Fit vt species magis quam genus nomen obtineat substantiæ: vero species nulla earum, quæ genera non sunt, magis substantia est, *in Categor. c.* 5. *de Substant.*

Iure post primas essentias, species sola ac genera essentiæ nominantur. Hæc enim sola eorum quæ dicuntur, quæ substantiæ, explicant atq; declarant. *ibid.*

Quoniam cæteris omnibus primæ substantiæ subiectæ sunt, eaq; reliqua de eis omnia dicuntur, vel insunt in ipsis: earum causam principales dicuntur. *ibid.*

Hoc omni substantiæ commune est, non inesse in subiecto.

Hoc essentiis ipsis & differentiis tributum est, vt de omnibus dicuntur, *συνωνύμως* dicuntur. Omnes enim quæ eis tribuuntur cendi rationes, aut de individuis, aut de formis dicuntur.

Hoc substantiæ est proprium maxime, vna eademque numero, vim habere accipiendi contraria: ita vt cæterorum, quæ non sint substantiæ, nihil quisquam afferre possit, vnum idemque manens contraria possit accipere. *Ibid. Substant.*

Naturæ ac essentiæ hoc proprium est, vim habere contraria immutatione sui, cum vnum & idem manens. *Ibidem.*

Hæc sunt quæ substantiam, & id quod vnum est maxime sequuntur, significare hoc aliquid & vnam quandam naturam. *l.* 1. *de repreh. Soph. c.* 6.

Essentia dicitur, si minus pluribus modis, at certe quam maxime. Nam & rei natura, & quod vniuersale est, & genus cuiusque essentia videtur esse, & quarum horum id quod subiicitur autem siue subiectum est id, in quo cætera ipsum vero in alio iam non dicitur. *Metaphys. li.* 5. *T.* 7.

Id quod primum subiicitur, essentia videtur esse maxime: quodammodo materia dicitur: alia vero forma: tertium quod his constat. *ibid.*

Essentiæ tres sunt: vna quæ sensibus subiicitur: eaque mutari est, alia interit, quam omnes esse concedunt: quo in genere quæ stirpibus nituntur, & animalia. Æterna vero in quibus necessario habenda sunt, siue vnum, siue multa sint. Astra immobilis: hanc quidem separari seiungique posse dicunt: partim in duas diuidunt: partim naturam vnam esse finitam cies, resq; Mathematicorum: partim ex his Mathematicam modo. Ac illæ quidem quoniam mouetur, Physicæ propriæ in quibus versetur: hæc autem alii Philosophiæ, si nullum mune principium est. Essentia vero quæ sub sensum cadit bilis. *Metaphys. lib.* λ. *cap.* 1. *T.* 5 & 6.

Absurdum est, aut potius fieri non potest, vt quod essentiæ principium efficiatur, eamque antecedat tim cum Categoriæ omnes ea posteriores sint. *Metaph.* 13. *ca.* 1.

Ex essentiæ ratione cætera esse dicuntur, tum id quod præditum est, tum id quod quantitate, cæteraq; omnia quæ do dicuntur. Omnia enim essentiæ rationem in se continent. *raph. l.* 8. *c.* 1. *T.* 1.

ck naturæ videntur esse corpora maxime, eaque natu-
rae enim cæterorum sunt principia. *lib. 2. de Animo, cap. 1.*

rae sint omnia, essentia est. *lib. 2. de Animo, c. 4. T. 27.*
ae essentia est, & ratione, & cognitione, & tempore, & natu-
ae enim cægoriarum nihil secundi potest, hæc sola potest.
lib. 5. c. 1. T. 4.
ulum corporibus inesse clarissime videtur. Itaque & ani-
ta ex quæ oriuntur è terra, eorumque partes, essentias, ac
ae dicimus, naturaliaque corpora: vt ignem, aquam, ter-
nam quodque eiusdem generis, quæque vel horum partes
ae dicitur sint vt partibus, aut nonnullis, aut omnibus: veluti
ae dicitur sint vt partibus, aut nonnullis, aut omnibus: veluti
& cum parces stellæ, luna & sol. *Metaphysic. lib. ζ. 6. ca.*

rum est nec eorum quæ vniuersæ dicuntur, quicquam est-
ellis, nec essentiam vllam constare ex essentiis. *Metaph. li. 3.*
T. 10.

mino verum est, quod modo dicebamus, naturam essen-
llam æternam esse, quæ re ipsa & actione non sit: ele-
rum essentiæ materia sunt: nullius æternæ essentiæ ele-
rum ex quibus institis constet. *Metaph. li. 13. c. 2.*
rum ex quibus institis constet. *Metaph. li. 13. c. 2.*
differentiæ magis rem aliquam declarant, id essentia est
ciationem priuationem, id eius quod non est magis ratio-
ver ealor attributum est quoddam, & forma, frigus autem
lib. de Iræ. c. 3. T. 18.
Substantia quiddam hoc vel illud significat. Ac in primis
Substantia quiddam hoc vel illud significat. Ac in primis
ntiæ is non est id dubium, sed verum est eas hoc quidem
ve vel illud: præsertim cum indiuiduum, quodque vnum
est, declaretur illis & exprimatur: secundæ autem videntur
rum similiter figura appellationis, hoc quippiam significa-
dicitur homo vel animal: non tamen id verum est: sed qua-
ronias significant. *In categor. ca. 5. de Substant.*
ae & species cum substantia, qualitatem adsignificant: signi-
rum talem aliquam substantiam. *ibid.*
Substantiæ inest: vt ipsis nihil sit contrarium. *ibid.*
Substantiæ conuenit, vt nec elationem nec summissionem
ae possint. Quod non ita dictum velim, quasi substantia alia,
ngis nec minus substantiæ nomen obtineat: hoc enim
rum est sed hoc volo, nullam substantiam idipsum quod sua-
rum est sed hoc volo, nullam substantiam idipsum quod sua-
rum est, nec magis nec minus sibi vendicare. *ibid.*
rum nec magis nec minus essentia nominatur. *ibid.*
ae intelligi licet, proprium essentiæ antecedere semper opor-
rum essentiam, quæ re ipsa sit, & faciat: vt exempli causa ani-
rum animal gignitur: quale autem aliquid, aut quantum non est
rum, vis & potestate solum, antecedere. *Metaph. lib. ζ. 6. ca. 9.*

ntia quidem est, cuius ratio & definitio esse potest: ea scilicet
ae prærea est, siue sub sensum subiecta sit: siue animo & ratione
rum. *Metaph. lib. 11. c. 3. T. 9.*
ae horum quæ communia sunt hoc aliquid significat, sed qua-
rum essentia autem hoc aliquid declarat. *Metaphys. lib. β. 2. cap.*

Substantia, & omnia quæ hoc aliquid significant, aliud nihil sunt,
rum ipsum quod sunt. *lib. 1. de demonst. c. 4. T. 9.*

Sumptus.

¶ Apophthegmata.

Xerxes taxabat in hoc hominum insaniam, quod res pretiosis
ae minimo emerent, venderentque vilissimas plurimo. Statuam
rum tribus nummum millibus emi, quum farinæ chœnix
rum ceris veniret. At statua nihil opus ad vitam, sine farina vi-
rum licet. Conueniebat igitur farinam multo statuis esse cario-
Philosophus pretia rerum æstimabat vsu naturali, vulgus æ-
rum falsa persuasione. *Laer. li. 6.*

Aristocles celebratur ephemeris, ad hunc habens modum: Ponito
rum nimas decem, medico drachmam: adulatori talenta decem,
rum tanto sumum, scorto talentum, philosopho triobolum. No-
rum hominum stultitiam, qui in res honestas & cum primis ne-
rum minimum sumerent impendi, ad turpia prodigi. *Laer. lib.*

Carilla vel *Charilaus*, rogatus cur comam Lacedæmonii ge-
rent: quia ex omnibus, inquit, ornatibus hic est minime sum-
rum. *Brusen. lib. 5. c. 11. ex Plut.*

Agesilaus Thessalus statuarum artifex, demiranti cur in ædibus suis
rum tantum haberet rerum superuacanearum & inusitatarum?
rum Quia, inquit, superuacaneis felices sumus ac beati, non illis ne-
rum cessariis. Quum ea quæ sunt vitæ necessaria, sint suapte natura pre-
rum tia tamen quia quotidiana sunt, multisque communia, con-
rum temnantur. Cæterum, quanti sint pretii, declarat extrema necessitas:
quæ si incidat, quilibet libens omnes gemmas, aulæa & aurum suum
vno pane commutet. Cætera magis ad ostentationem pertinent, quæ
ad salutem. *Eras. l. 6. apoph.*

Herodes sophista viginti pueris eb virtutem compluribus in locis
statuas posuerat. Hac de re quum accusaretur à Quintiliis Græciæ
præfectis, quod superuacaneis impendiis indulgeret: Quid, inquit,
vobis incommodi est, si ego ludo de saxis meis? *Philost.*

Leotychidas quum cœnaret apud quendam, cerneretq; tectum
domus sumptuoso apparatu factum, ac lacunaribus ornatum, ro-
gauit hospitem, num ligna apud eos quadrata nascerentur? Luxu-
riam & superuacuum sumptum notans.

Heliogabalus emebat sibi pretia rerum, quæ mensæ apparaban-
tur, maiora quam essent: dicens conuiuio oreximquod magis illa
iuuant, quæ pluris emuntur, vt ait Satyricus. *Ælius Lampridius in*
eius vita.

¶ Adagia.

Hipparchi murus. Ἱππάρχειος τεῖχος.
Dicebatur res quæpiam quæ magnis constaret impensis.
Edax tumulus. ἀδηφάγος τάφος.
Dicuntur quod magnis constant impendiis. Lepide transferetur
ad hominem prodigum immodicisque impendiis Lysias.
In beato omnia beata. τοῦ μακαρίου πάντα μακάρια.
A diuitibus omnia magnifice fiunt, a tenuibus frugaliter: Sus
erit, si dicas ab homine docto omnia docte fieri, a pio pie, a rege re-
galiter.
Saliares dapes.
Pontificales dixit Horatius, ponens speciem pro genere. Opiparum
autem conuiuium ac magnificum, Saliare dicitur.

Supellex.

¶ Sententiæ Philosophicæ.

De Supellectili pretiosa. Dial. xxxlvi.

Franc. Petrarch.

Gavd.

IN ampla domo supellex exima est. R. Superuacuo in spatio pon-
dus inutile. Illa furibus latebras dabit, hæc prædam, vtraq; pericu-
lum tibi, alimentum incendio, atq; luuori. G. In domo speciosa
supellex copiosa est. R. Illa cum re loco moueris deferenda est. Hæc
si vti volueris, sæpissime transferenda est, & plus difficultatis allatu-
ra, quam voluptatis, & plus oneris quam honoris. G. Multa mihi va-
rii generis supellex domi est. R. Fuge bellum non cum furibus mo-
do, sed cum muribus, tineis, & aranearum rubigo, fumusque, & pul-
uis, & imber in vos dimicant. O diuites delicati, quibus armis hos
hostes arcebitis? G. Pretiosissima est suppellex. R. Non rei pretium,
sed contemptus diuitem facit. Alioquin quærendo cupiditas cre-
scit, & paupertas cupiendo. Ita fit vt nihil magis inopem faciat quam
auari opes, quarum si æstimatio exacta, veriq; iudicii sequax con-
temptus accesserit, ea demum veris diuitiis vera est via. Ego te quis-
tem dum varia miraberis non putabo, quamuis aurea, stellarique
gemmis ardentibus tectum omne supellectili operum refertumq;
tibi videam. G. Inuidiosa supellex, & præfulgida est. R. Pro captu o-
culorum, seu forsitan animorum, vere autem onerosa rerum collu-
uies ac turbida. Sed auaritia nihil vsquam iniquius, nihilque misse-
rius, cuius famem & quærenda excitant & quæsita non sapiuat, dum-
que sperata fulgebant, possessa sordescunt. Itaque sæpe diuitias dum
quæ suisse putaueris, sollicitudinem & nauseam quæ fuisti, hæ nunc
tibi caræ sarcinæ, si vel cariores aliæ se ostenderint, vel stupotem as-
siduitas dempserit, viles erunt. Esto autem caræ sint, & maneat stu-
por, nonne etiam error manet, isque difficilis, atq; perpetuus? Si
quidem quærendi studium vnum fuit, seruandi labor est multiplex,
nusquam deerit quod reuisas, quod numeres, quod complices, quod
excutias, quod absergas, quod oculos simul & mulceat, & offendat.
G. Supellex immensa est. R. O hominem! qui impedimentorum
suorum magnitudine delectetur.

¶ Apophthegmata.

Socratis. Quemadmodum equus non generosus iudicandus est,
qui instructus apparatu magnifico fuerit, sed qui ab ipsa natura ac
indole egregius est: Sic nec vir bonus expetiosa supellectili, sed
ex animo generoso iudicandus est. *Apud Stobæum serm. 1. De*
prudentia.

Musonius Quemadmodum equus paruo pretio emptus, & multis
vsibus seruiens, præferendus est illi qui magno constiterit, & ad pau-
ca vtilem operam præstet: Sic etiam supellex vilior, sed multis vsi-
bus commodior, maioris faciendaest, quam contraria. *Lib. De su-*
pellectili. Meminit Stob. serm. 83.

Superbia

Superbia.

¶ DEFINITIO: ET ETYMOLOG.

SVperbia, Græce, ὑπερηφανία, ας, ἡ, & ὑπερήφανος, ε, ὁ, superbus, & ὑπερηφανεύομαι, superbio dicitur. ἀλαζονεία, ἀγαυωπία, Heb. *Gha-on*: *Gheuth*, à verbo *Ghaah*, Gloriatus est, intumuit, superbuit. Hinc γαίω glorior, & γαιῶ, lacesso, irrideo per superbiam. est autem superbia peruersæ celsitudinis appetitus, *secund. Aug. de ciuitate Dei.*

Superbia est amor propriæ excellentiæ, *secund. Hugon. de sacramentis, & Isid. lib. Etymol.*

Superbia proprie est inordinatus appetitus excellentiæ, quæ debetur honor & reuerentia. Vel superbia proprie refertur ad subiectionis hominis ad Deum, secundum quod aliquis supra id, quod est sibi præfixum, secundum diuinam mensuram. *Ex B. Thom. prima Secund. q. 84. art. 2. & 3. & 4. q. 77. art. 5. cap.*

¶ DIVISIO.



¶ LOCI BIBLICI.

Superbi semper contentiosi *Prouer* 13. v. 10. fugiendi, 16. v. 19. de primendi & humiliandi, *Leuit.* 26. v. 19. 2. *Reg.* 19. v. 28. *Iob* 20. v. 6. 7 & 24. v. 24 & 40. v. 6. 7. 8. *Psal.* 18. v. 28 & 31 v. 18 & 75. 24 & 37. v. 33. 36 & 53. v. 20 & 59 & 13. 14 & 73. v. 18. 19. 20. 11 & 89. 11 & 147. 6. *Prou.* 11 2 & 15. 25 & 16. 18. & 29. 23. *Es.* 2. v. 11. 12 & 3. v. 16. 17 & 5. 15 & 7. 8 & 9. 9. 11 & 10. v. 12. 33 & 13. v 11 & 14. v. 11. 12. 14. 15 & 16. v. 6. 7 & 22. v. 19 & 23. 9 & 25. 12 & 26. 5 & 28. 1. 3 & 29. 4 & 37. 29 & 47. v. 7. *Ierem.* 13 v. 9 & 47. v. 17. 18 & 49. v. 15. 16 & 50. v. 12. 31. 32 & 51. v. 53. *Ezech.* 7. 24 & 21. 26 & 24. 21 & 28. v. 6. 7 & 29. v. 3. 4. 5 & 30. v 6 & 31. 10 & 32. v. 19 & 33. v 28. *Dan* 5. v. 20. 22. *Osee* 4. 7 & 5. 5 & 7. 10. *Amos* 8 10. *Abd.* 3. v. 4. *Nah* 2. 2. *Abac.* 2. v. 4. 5. *Sophon* 1. v. 3 & 2. 10 & 3. 11. *Zachar.* 9. v. 6 & 10. *Malach* 4. v. 1. *Matt* 23. v. 12. *Luc* 1. v. 51. 52. 15 & 16. 15 & 18. 14 *Iacob.* 4. v. 6. 1 *Petri* 5. v. 5. Superbus non credens Euangelio. 1. *Timoth.* 6. 4. superbi, delecti à Deo, *Esaiæ* 29. 20. non superbe de se sentiendū. *Philip.* 2. 3.

Superbia damnatur, *Num.* 15. v. 28. *Deut.* 8. v. 14 & 17. v. 13. 20. 2. *Sam.* 22 28 *Psalm.* 75. 5 & 100. v. 5 7 & 119. v. 21. *Proverb.* 6. 17 & 8. v. 13 & 14. 3 & 16. 5. & 21. v. 29 & 25. 6. *Osee.* 13. *Ver.* 6. *Abac.* 2. 5. *Matth.* 17. 3 *Luc.* 14. v. 8. *Rom.* 1. 30 & 11. v. 18 & 12. v. 16. 1 *Corinth* 4. 7 & 13. 5. 2. *Cor.* 12. 20. *Galat* 5. 25. *Phili.* 2. v. 3. 1. *Tim.* 3. v. 6. 2. *Tim.* 3. v. 2. 4. *Tit.* 1. 7. *Iac.* 4. 16. Superbia impios confundit, Abac. 2. 5.

¶ PATRVM SENTENTIAE.

Magna est miseria, superbus homo: sed maior misericordia, humilis Deus. *Aug. de catechizandis rudibus.*

Cætera vitia in male factis valent, sola superbia etiam in recte factis est cauenda. *de nat. & gratia.*

Audeo dicere, superbis vtile esse cadere in aliquod apertum & manifestum peccatum, vnde sibi displiceat, qui iam sibi placendo ceciderant. Salubrius enim Petrus displicuit, quando fleuit, quam sibi placuit, quando præsumpsit hoc dicit sacer Psalm imple facies eorum ignominia, &c. *Augustin. De Ciuitate Dei, lib. 14.*

Quoniam delicto alio, nisi superbiæ non est enim initium, quam apostatare à Deo: quod est initium superbiæ. Et vere iste immaculatus est, qui etiam hoc delicto caret, quod est vltimum redeuntibus ad Deum, quod recedentibus fuit. *in Psal. 19.*

Vitia quippe cætera in peccatis, superbia vero in rectis commenda est: ne illa, quæ laudabiliter facta sunt ipsius laudis cupiditate amittantur. *in epist. Dioscorum.*

Si vix toleratur diues superbus, pauperem superbum quis *ferm. 16.*

Vermis diuitiarum est superbia. Difficile est, vt non is qui diues est. Tolle superbiam, & diuitiæ non nocebunt.

Quid prodest dispergendo dare pauperibus, pauperem animam misera superbior efficitur diuitias contemnendo? rat possidendo? *Lib. de Sitacler.*

Humilitas homines sanctis angelis similes facit; & superbia angelis dæmones facit: & vt euidenter ostendam, ipsa est peccatorum initium & finis, & causa, quia non solum principium ipsa superbia, sed etiam nullum peccatum potuit, aut potest esse superbia. *in epist.*

Præcipe diuitibus huius seculi ante omnia non superbe sapere. Nihil est enim quod sic generent diuitiæ, quomodo superbia. mne pomum, omne granum, omne frumentum, omne habet vermem suum, & altus vermis malus alius pyralis in tritici. Vermis diuitiarum superbia, ergo præcipite diuitibus mundi non superbe sapere, excludit vitium, docet virtutem. *verb. Dom.*

Superbia & cupiditas in tantum est vnum malum, vt non sine cupiditate, nec sine superbia possit cupiditas inueniri. *ferm. 17. ad sororem.*

Superbia dicit: Ecce multis, imo pene omnibus renuntiabo, scientia, diuitiis, honoribus & cunctis, quæ carnalibus ritualibus suppetunt charismatibus. Cunctos ergo despiciam

superiorem attende. *Aug. lib. de conflictu vitiorum &*

nque iniquitas in malis operibus exercetur, vt fiant: bonis operibus inijdiatur, vt pereant. *Aug. in Reg.*

modis in animia hominis, vt de falsa humilitate magis n apertius superbiret: & nonnunquam delicit Deus eritis superbiam per carnis manifestam luxuriam. *Aug. sup.*

a ratione cœlestis, sublimium appetit mentes, & quasi rvolans ortus, appetit gloriam, & potestatem homi ere, quæ de gloria & puritate angelorum erupit, vt participes naturæ, faciat consortes ruinæ. *Hieronym. ad*

m superbum, quid tam ingratum videri potest, quam uit viuere voluntatem, à quo ipsum viuere acceperis: præcepta despicere, qui ideo aliquid imperat, vt causam nmerandi? *Hier. in epist.*

lla deformior est superbia, quæ sub quibusdam humilita- ent. Nescio enim quomodo turpia sunt vitia, quum vir- ocolatur. *Hier. in Marcum.*

ndo minus est in corruptionem cadere, quam cogitatio- liberata elatione peccare: sed quum minus turpis su- tur, minus vitatur. Luxuriam vero eo magis erubes- nes, quo simul omnes turpem nouerint, vnde fit plerum- mali post superbiam in luxuriam corruentes, ex aperto m cuiæ latentis erubescant, & tunc etiam maiora cor- um prostrati in minimis grauius confunduntur. *Greg. in*

uite latet superbia, & castitas innotescit, atque ideo tenta- ctus, circa finem vitæ perditur: quia cooperta superbia vi- m incorrecta retinetur. *ibid.*

orum mens semper est ad irrogandas contumelias valida, ndas infirma, ad obediendum pigra, ad lacessentes alios ra, ad ea, quæ facere debet & præualet ignaua: ad ea autem facere debet, nec præualet, parata, hoc in eo quod, sponte mittit, nullis exhortationibus flectitur. Ad hoc autem quod desiderat, quæritvt cogatur, quia dum metuit ex desiderio ere, optat vim in sua voluntate tolerare. *ibid.*

superbia eo ipso in imo latet, quo in alto se erigit, vt in- pposita cunctis sit, appetit supereſſe. *ibid.*

superbiæ ab ipsa radice secandum est, vt quum latenter ne vigilanter abscindatur, ne prouectu vigeat, nec vsu ro- *ibid.*

ui quippe cuncti mali & regina omnium vitiorum superbia scriptura attestante dicitur. Initium omnis peccati super- rem principalia vitia de superbiæ virulenta radice profe- bilecti manis gloria, inuidia, ira, tristitia, auaritia, ventris in- & luxuria. Nam quia his septem superbiæ vitiis nos captos tenuit, idcirco redemptor noster ad spiritualem liberationis ostrorum gratiæ venit. *ibid.*

que mali eo magis contra Deum superbiunt, quo ab eius lar contrà meritum ditantur: & qui prouocari bonis ad me- uerunt, donis peiores fiunt *ibid.*

ni esse porentibus solet superbia, & pene semper rebus aflu- elatio sociatur, quia & sæpe honoris abundantia duritiam ntis. *ibid.*

ntis, qui de terrena prius gloria superbiebat, postmodum de ste extollitur, nequaquam elatio corpus eius deserult, sed ad nfusta veniens: vt cognosci nesciat, vestem mutauit. *ibi-*

atuor sunt species, quibus omnis tumor arrogantium de- ritur, quam bonum aut à semetipsis habere se æstimant: aut um desuper credunt, & pro suis se hoc accepisse meritis pu- aut certe quum iactant se habere quod non habent: aut despe- ceris, singulariter videri habere appetant quod habent. *ibi-*

ue maior superbia, quam vt vnus homo toti congregationi iu- suum præferat, tanquam ipse solus habeat spiritum Dei? *ibi- m. in resur.*

gia superbia, & delictum maximum est, vti datis tanquam m. in acceptis beneficiis gloriam vsurpare beneficii. *De dili- Deo.*

mpliciter occupauit nos lepra superbiæ, in proprietate pos- ntum, in gloria vestium, in voluptate corporum, in ore quo- spiciter, similiter & in corde: in ore, quum in aduersis mur- mus, & in prosperis arroganter commendamus: in corde pro- oluntas, & proprium consilium. *Bernar. in serm. 3. in resur.*

perbia de superis cœlestibus ad ima præcipitat: humilitas ab ad alta leuat. Angelus in cœlo ad tartara corruit, homo in mū- cœlum ascendit. *In serm.*

rabs in oculo grandis, & grossa in mente superbia est: quæ qua- ipolentia sui vana non sanat, tumida non solidat, oculum men- ecitat, & veritatem obumbrat. *ibid.*

Rudes plerosque in ecclesia de ignobilibus nobiles, de paupe- ribus diuites factos subito intumescere, pristinæ obliuisci abiectio- nis, genus quoque suum erubescere, & infimos dedignari paren- tes. Videas & homines pernicioſos ad honores quoque ecclesiasti- cos peruolare. & mox sibi applaudere sanctitatem, ex vestium mu- tatione, non mentium: & dignos se æstimare dignitate, ad quam ambiendo peruenerunt, quodq; (non audeo dicere) adepti sunt nu- mis, attribuere meritis. *Idem super, Missus est. circa finem.*

Quosdam superbos diuitiæ rerum copia facit elatos, quorum non sunt opes in vitio, sed voluntas, nam crimen in rebus non est, sed in vsu agentis, & est elatio pauperum, quos non diuitiæ eleuant, sed voluntas sola in eis superbia est. *Isid. l. 1. de sum. bon.*

Superbus dictus est, qui supra vult videri, quam est: qui enim vult supergredi, superbus est *Lib. etymol.*

Omni vitio deterior est superbia, seu qui à summis personis as- sumitur, seu quod de opere iustitiæ & virtutis exoritur minusque culpa eius sentitur. Luxuria vero carnis ideo omnibus notabilis est, quoniam statim per se turpis est: & tamen pensante Deo superbia minor est. *Lib. 3. de sum. bon.*

Arrogantia est animi motus, quo quis mouetur ad iactandum se habere, quod non habet. *Lib etymol.*

Quid superbit terra & cinis? vt homo arrogantia subleuetur, ob litus quid erit, & quam fragili vasculo contineatur, & quibus ster- coribus immersus sit, & qualia semper purgamenta de sua carne pro- iiciat. *Orig. Hom. in Ezech.*

Iactantia est, fastu mentis id agente, maiora quam sunt de se pro- mittere. *Hugo.*

Superbia est elatio vitiosa, quæ inferiorem despiciens, superiori- bus & paribus satagit dominari. *Idem.*

Superbia in cœlo nata est, sed velut immemor qua via inde eccidit, illuc postea redire non potuit. *Hugo l. 1. de anima.*

Cætera vitia solas illas virtutes impetunt, quibus ipsa destruun- tur, vt luxuria pudicitiam, ira patientiam, sola vero superbia contrà cunctas animi virtutes se erigit, & quasi generalis & pestifer mor- bus omnes corrumpit: signa autem superbiæ hæc sunt, clamor in lo- cutione, amaritudo in silentio, dissolutio in hilaritate, furor in tri- stitia, honestas in imagine, inhonestas in actione, rancor in repre- hensione. *ibid. l. 2.*

Quatuor enim sunt, quæ trahunt elationis curruni: amor domi- nandi, amor propriæ laudis, contemptus & inobedientia. Rotæ ve- ro sunt, iactantia mentis & arrogantia, verbositas & leuitas: auriga in hoc curru est spiritus superbiæ: amatores mundi sunt, qui feru- ntur in hoc curru: infrænes sunt equi, volubiles rotæ, auriga peruer- sus, & qui portatur, infirmus. *Hug. de claust. anim. l. 1.*

Superbia de angelo diabolum fecit, & homini mortem intulit, & concessa beatitudine vacuauit, omnium malorum mater, scelerum fons, vena nequitiæ *Cass. sup. Psal. 18.*

Mansueti suscipiuntur in cœlum, superbi proiiciuntur in terram, vt permutatione vicaria vnde humilis leuatus est, ibi superbus corruat: & vnde Satanas elatus cecidit, fidelis homo subleuatus a- scendat. *in Psal. 147.*

Familiare est hominibus extolli, quum bene de se cognouerint æstimari. *in epist.*

Superbia turrim euertit, linguam confundit, prostrauit Goliath, suspendit Aman, interfecit Nichanorem, peremit Antiochum, Pha- raonem submersit, & Sennacherib interemit, sedes ducum superbo- rum destruxit Deus, & radices gentium superbarum arefecit. *Aug. de vtilitate conditionis humanæ.*

Omnis fere vitiosus diligit sibi similem, solus superbus odit ela- tum, vnde inter superbos semper sunt iurgia. *ibid.*

Heu, hominum vnde iste fastus, ista superbia? cuius ærumnosa necessitas, cuius vitam laboriosa deuoluit pœnalitas, cuius pœnali- tatem pœnalior mortis concludit necessitas? cui esse momentum, ita naufragium, mundus exilium, cui vita aut abest, aut spondet ab- sentiam, mors aut instat, aut minatur instantiam. *ibid.*

¶ Sententiae Poeticae.

Periander.

Μὴ ἐπ' ἄινον ἐπὶ δόξῃ.
Noli te extollere ob famam.

Cleobul.

Μὴ ὑπερφάνος γίνου.
Ne superbus sis vnquam.

Τὸν ἐλάττω μὴ ὑποκυβαλίσῃς.
Minorem ne despicias.

Palladas.

Βέλτιόν ἐστι τύχης πρὸς θυμούμενης ἀνίσχεσθαι,
Ἢ τῶν πλουτούντων τὴν ὑπερφάνειαν.
Melius est fortunam & prementem tolerare,
Quam diuitum superbiam.

Menander.

Ἀλαζονείας οὐδὲν ἐκφεύγει ὄνειδος.
Superbia nullius euitat pœnam.
Ὃς' εὐτυχεῖς μάλιστα, μὴ μέγα φρόνει.
Quando fortunatus es maxime, ne superbias;

Sopho-

Sophocles in Aiace.

Αλλ' ἄνδρα χρὴ κἂν σῶμα μὴ γίνηται μέγα,
Δοκεῖν πάσειν κἂν ἄπορ᾽ μικρᾶς κακοῦ.
Sed virum oportet, etsi corpus natura sortitus sit magnum,
Existimare posse cadere, etiam à paruo incommodo.

Plautus in Asinaria.

Non decet superbum hominem esse seruum.

Idem in Sticho.

Secundas fortunæ decent superbiæ.

Terentius comœdia 5.

Profecto hoc sic est, vt puto,
Omnibus nobis. vt res dant sese, ita magni atq; humiles sumus.

Euripides.

Βαρὺ τὸ φέρημ᾽ οἵοις ἀνθρώποις κακοῦ.
Grauis fastus ex improbi hominis opinione nascitur.

Idem in Glauco.

Οστις γὰρ ἀσῶν ὧν λέγουσιχειν πέφυκ᾽ ἀνὴρ
Φίλοις, τ᾽ ἄμικτος ἐσιν, ἠδὴ πᾶσιν πόλει.
Quicunq; ciuium vir arrogans fuerit,
Is nec amicis, nec tots ciuitati familiarem se præbet, ac affabilem.

Idem.

Quum videris in sublime quempiam elatum,
Splendidis gloriantem opibus, ac genere,
Superciliosq; supra sortem suam fastuosum.
Illius celerem disuinitus expecta breui vindictam.

Idem in Andromache.

Qui valde sunt inflati, superiorum sermones
Ægre ferunt ab inferioribus audire.

Demosthenes.

Θνητοὶ γεγῶτες, μὴ φρονεῖθ᾽ ὑπὲρ θεούς.
Mortales cum sitis, ne supra deos vos erexeritis.

Menander in Gubernatoribus.

Ω τρισάθλιοι ἅπαντες οἱ φυσῶντες ἐφ᾽ ἑαυτοῖς μέγα,
Οὗτοι γὰρ ἐκ τοσοῦτ᾽ ἀνθρώπου φύσιν.
O miserrimi terq; quaterq;
Omnes! qui de sese magnifice sentiunt inflati.
Ignorant enim illi hominis conditionem.

Πᾶς ὁ μὴ φρονῶν
Ἁλιᾶ ζοείκει καὶ ψάφοις ἁλίσκεται.
Omnis insipiens
Arrogantiæ & plausibus capitur.

Sophocles in Aiace flagellifero.

Video nos nihil aliud esse prater
Simulachra quædam, quot quot viuimus; aut umbram leuem.
His igitur cõsideratis, fastuosum.
Nullum vnquam dixeris in deos verbum.
Nil aliquo modo superbieris si quippiam
Aut polles manibus aut copia diuitiarum amplius.

Euripides in Alcmæone.

Ταχεῖα γὰρ χρὴ τοὺς κακοὺς πτερᾶν ὁτοῦ
Λίγειν, ἐς ὄγκον δ᾽ ἐκ ἀναβλέπειν τύχης.
Oportet eos, quibus aspirauit aura fortunæ sinistra, his similiter
Loqui, non fatum superioris vsurpare sortis.

Socrates Atheniensis Comicus.

Quamuis rex natus fueris, audi tamen vt mortalis,
Quid tum, quod procul expuis? multa abundas pituita,
Vestem elegantem fers: at hanc oiuicula prius habuit.
Aurum geris: hæc fortuna inconstans est potentia:
Opibus affluis: hæc diu est vnius temporis.
Superbis: hunc modo est stultitiæ iactantia, vel hinnitus.
At si temperantiam sectaris, diuinum donum est.
Est autem temperantia sit ipsum metiaris.

Menander in Empimpramene.

Ἐφ᾽ ᾧ φρονεῖς, μᾶλλον ἀπολεῖν τοῦτόσ᾽,
Τὸ δοκεῖν τιν᾽ εἰναι γὰρ ἄλλως μωρίας.
Quo tibi maxime places, id ipsum te pessundabit:
Nempe opinio, qua tibi aliquis esse videris: perdidit enim
alios etiam insignes.

Isidorus Philosophus & Orator.

Οταν τὸς πέφυκὰς τὸ ὀπίσω πειρᾶν βλέπειν,
Quum sis mortalis, operam da, vt quæ retro sunt, videas.

Menander in gubernatoribus.

Humilitas tua si qua grauitas accesserit, pulchra
Apud alios videbitur, o chare vir: sin tute feceris
Abiectum teipsum & prorsus nihil duxeris,
Domesticis contemptui & ludibrio apparebis.
Εὐδαίμων εἰωθὼν ὑπερφρονεῖν ποιεῖν.

Descriptio superbiæ elegans.

Culmen ad superos nitit, cœlo; propinquum
It grauis, & raro incessu vestigia profert.
Strimonia de more gruis, quæ semina? campis
Iacta legens, aqua tepido sub sidere libra:
Si vicina ferat gressum per rura viator,
Tela ferens, arcumque manu, caput arduat altum,
Clangit, & ingenti monet intermedia passu,
Paulatimque viam sustenso gutture carpit.
Quum bellator equus domini frenatus habenis
Ostentans pectus latum, cervice sub alta,
Conglomerat bibulo lentos in puluere gressus,
Nunc hac nunc illac oculos & colla torquens:
Spectari gaudet: Libycosque aquare leones
Virsbus, Albanosve canes, dum se putat ausus.
Colligit, & latis mistatur naribus Eurum.
Non secius hac rabies ventoso instatur vtre,
Cum graditur vibrans alternis motibus armos.
Ardua sublata circumfert lumina fronte,
Vanamque procerem mirat ur corporis umbram.
Et tacitus ardens curis, sublimia semper
Mente agitat, tumidoque sedet sub corde superbus.
Contemptrix inopum, vultu elata seuero:
Inflatoque rotans turgentia guttura verbo,
Ferre nequit iuga, maiorem indignata magistrum.
Impersa vsurpat regnique libidine seruet.
Inmansueta, ferox, miseris aduersa, minaxq;
Mstibus elatis contraria, nescia pacis,
Nescia amicitiæ, rixarum & litis origo,
Dura, ingrata, duplex animo, violenta, rebelli.
Improba: quid pietas, quid sit clementia nescit.
Perfida, fœdifragam dubio sub pectore mentem
Versat, ab excelso fugientia culmine semper
Saxa monet, laudum semper vesana libido.
Sollicitum pectus curis flammantibus vrget.
Nec vita ratio, nec opum, nec honoris in ossa
Sponte scelus præceps ruit implacabile manibus.

Ex Ecclesiast. cap. 10. quædam carminice vtilia.

Nam domino res est exosa superbia coeli,
Nec minus his quotquot terrea regna tenent.
Heu mihi quid iactas, quid puluis & umbra superbis?
Immundum in viuis dum datur esse luto.
Sæpe licet medicus quassata farciat herbis
Membra, velut fumi preterit umbra leuis.
Et qui rex nuper Tario fulgebat amictu,
Mox iacet mœsta vile cadauer humo.
Viperios nutrit defuncto corpore dentes,
Grataque fit pastu vermibus esca feris.
Prouenit ex prima scelerata superbia causa,
Diuina si quis de bonitate cadit.
A factore suo declinans perdida corda
Descisicit, verum deserit atque Deum.
Illaque cunctorum radix est prima malorum,
Ex illo vitium prouenit omne lacu.
Plenaque sunt cuius tumido præcordia fastu,
Multis damna dabit, maxima dira ferat.
Inde superborum turbam regnator Olympi
Priuauit, nullo passus honore frui.
Deiecit fastum, quibus ipse agnouit inesse,
Destruxit soliti nil nisi magna loqui.
Grandia spirantes summa de sede tyranni
Rex summus pœna præcipitauit atri:
Illorumque vices humili concessit habendas,
Submissis animo sceptra gerenda dedit.
Sic extirpauit gentes radicitus omnes,
Nulla quibus dominum noscere cura fuit.
Ipse suos humilis dextris insenit & illas
Crescere sub sit homo luxuriante nimis.
Euertit populos, & prorsus perdidit omnes,
A se compositos qui coluere Deos.
Ex domini nutu gens hæc exarsit alma,
Nomen & in terris non licet esse malum.
Non etenim ad fastum genus est mortale creatum,
Præcipuum nec opus trux decet ira Dei.
Humano cuncti exornantur semine nati,
Qui puro dominum corde timere solent.

Simon Nanquerius.

Quid iuuat o homines, tanto turgescere fastu?
Non certe heroes, semideique sumus.
Nostra ne è limo terra processit origo?
Solius ab æthereæ spiritus arce venit.
Nonne caro ex terra est, diuersis subdita fatis,
Ossa quoque ex illo cuncta creata loco?
Et fortes nerui rugosa pelle voluti?
Denique terrestris viscera totus homo es.
Concipitur fœda primorum sorde parentum,
Nascitur & nudus plorat & ortus humi.
O miser! interitus secreta mente reuolua.
Carne quid humana vilius esse potest?

Cum ueniant omni dulces ex arbore fructus.
Pluriima cum ualeant bruta liquore bono.
Cerne quid emittant nares: cunctiq; meatus
Corporis assiduo sorte fluente tua.
Despice quam fragilis. quam pauper, quamq; miſellus
Despice quam facilis non tibi nulla datur.
Vmus, tuta dies non tibi nulla datur.
Despice uel prorſus quid ſis, niſi putre cadauer.
Quod tandem minimis uermibus eſca datur.

Baptiſta Mantuanus in lib. de calamitatibus temporum ſic ſcribit.

Exulat horriſone rapidi Phlegetontis ab amne,
Ingenis alarum ſtridente ſuperbea ductu:
Stellam dixere, etenim ſuper æthera ſeſe
Tollit, & extenſo ſocios ſupereminet ore,
Omnia conuoluens cæca de ſede Barathri.
Crimina nigrantem poſt te trahit omnia pompam,
Quam ab ardenti ſitis oſſa anhelitus ore
Torquet, & obſcurus oriens à faucibus humor
Defluit Hippomanes, aconyta, canisq; virentem,
Tanaris ſpumam ſuperans, omnemque uenenis
Mortiferam rabiem: Stygis Lernina profundi:
Et ſuperum genius eſſe putat, ueterumq; Deorum
Ignem, & à magno ſe tactat Apolline natam:
Ardua frenis, unoquo oculo uelata, rotundi
Circuitus mediique ſedens in luminis orbe.
Diſceſſit ſtatus æqualibus undique centum,
Hic inſigne patris Phœbi, ardentis imago,
Difficilis uultu graditur geſtuq; maligno.
Innocuos miſeſq; animos irridet & odit,
Quam uidet æternis illuſtrem laudibus altum,
Per uirtutis iter ueri conſcendere honoris.

Mantuanus de calamitatibus.

Scilicet omne Deo contra nitente ſuperbum
Euaneſcit opus: ſicut cum ſurgit in auras
Fluctuantis aquæ fluctus, mox uertice preſſo
Decidit & ſpumas alto demergit in amne,
Atque humiles inter ſine nomine præterit undas.

Claud. 4. Honor.

Inquinat egregios adiuncta ſuperbia mores.

Claud. 2. Stil.

Quin ipſa ſuperbia longe
Diſceſſit, uitium rebus ſolenne ſecundis,
Virtutumq; ingrata comes.

Ouid. 6. Met.

Cum felix, quis enim neget hoc? felixque manebo:
Hic quoq; quis dubitet? tutam me copia fecit.
Maior ſum quam cui poſſit fortuna nocere.

Senec. Here fur. Act. 2.

Dominare timidus ſpiritus alios gere:
Sequitur ſuperbos uector à tergo Deus.

Ex Græcis comicis.

Οὐ ὑπερχέες μάλιστα, μὴ μέγα φρόνει.
Minus inſolesce, quo magis res proſperæ.
Καὶ θνητὸς ὢν τὰ σκήπτρα δίωκεν.
Etiam arrogantia effugit nemo ſua.

Anthologia Sacra Iacob. Billii.

Superbia ubique noxia.

Omne genus uitii proprio tantum ualet actu,
Et peccata ſuam quæq; gerunt ſpeciem.
Sola eſt innumeris armata ſuperbia telis,
Cui poſſunt ſires & bene geſta dare.

Superbiam atque inanem gloriam à probis operibus abeſſe debere.

Tu, Sodomæ quicunq; fuga damnata relinquens
Mœnia uirtutis culmina ſummatenes,
Ne tibi formoſa ſit res cum prole, caueto:
Namque ſua hinc genitos arcet ab æde Deus.
Quin etiam pulchra ſi mens tua prole parentem
Te faciat, fœtus prodere parce tuos,
Regis enim id Phariſi permanarit ad aures,
Nil iacis natos præcipitabit aquis.

De ſuperbia, quæ peccatorum omnium caput eſt.

Criminis eſt omnis caput, & certiſſima radix,
Faſtus: eo uicto, crimina cuncta ruunt.
Per faſtum primos paradiſi ſede parentes
Depulit aſtutus perfidus arte Satan.
Ergo Paleſtinæ acies ſi frangere curæ eſt,
Immani Goliath fac cadat enſe caput.
Namq; inimica phalanx, duce caſo, protinus armæ
Abiicit, & celeri tendit abire fuga.
Inuigere ſet tantum faſtus uirtutibus audet.
Cætera cum fugiant crimina cuncta procul.

Scilicet ut fructum penitus corrumpat earum,
Non ſecus ac Cereris munus auena ſolet.
Quam uere ſcriptura canit, rerum denique quenquam
Ordiri, cum iam culmina ſumma tenet?
Quandoquidem cum quis uitiorum cætera fregit
Agmina, tum faſtus prælia dira mouet.
Aduerſus humanam ſuperbiam.
Fine quid eſt noſtro, noſtro quid uilius ortu:
Gignimur è fluxis, uermibus eſca ſumus.
At media ô ſupreme parens: quam turgida uanus
Sint faſtu, quis nam commemorare queat?
Quæ tanta in mediis ſtruſque oblitio finis?
Siccine lethæa mens tenebratur aqua?
Vt tibi non ortus tumidum de pectore faſtum
Excutiat, mortis non meditata dies?

¶ Sententiae Philosophicae.

Παρὰ τῷ τύφῳ, καθὰ πρὸ πολλοῦ κηκῶ πλάσῃ, διεγραμμένους τὰς τῶν πραγμάτων εἰκόνας, ἰδεῖν ἔστιν. Id eſt.

Apud ſuperbum ceu apud malum figulum, aut ſtatuarium, peruerſas rerum imagines videre eſt. *Socrates.*

Ἡ δεισιδαιμονία, καθὰ πρὸς πατρὶ τῷ τύφῳ πείθεται.

Superſtitio ſuperbiæ tanquam parenti eſt morigera. *idem.*

Tantum abeſt, vllum illorum qui ſolida docti ſunt, quidquam de ſeſe glorioſius dicere, vt alio etiam dicente erubeſcant. Qui vero longius à vera, quam ſibi vendicant, doctrina abſunt, propter inſcitiam verba moleſtiſſima audienda de ſeipſis proferunt. *Demoſthenes.*

Φρονήσεις μὲν οὖν μηδὲ ποτὲ ἐπὶ σεαυτῷ μέγα ἀλλὰ μηδὲ καταφρονήσεις σεαυτοῦ.

Nunquam quidem de te ſuperbam opinionem concipies: neque contra nimium de te humiliter ſenties. *Phauorinus.*

Arrogantis nomen vſurpari mihi recte videtur in illis, quæ ſe ſimulant eſſe ditiores & fortiores, quam ſint: & ea ſe factores promittunt, quæ præſtare nequeunt, idque manifeſte facere videntur, accipiendi quippiam & lucrandi gratia. Cæterum ii, qui riſum moliuntur inter conuerſantes, neque ſuum ob quæſtum, neque auditorum iacturam, aut vllum aliud damnum, quo pacto illi non vrbani potius & faceti, quam arrogantes nominabuntur. *Xenophon.*

Vides eximia animalia vt fulminet Deus, neque ſuis opinionibus vti ſinat: exigua vero facile fert. Vides etiam vt in ædificia maxima ſemper, & celſiſſimas arbores cœleſtia tela ingruant. Solet enim Deus eminentia quæque caſtigare. Ideoque magnus exercitus ab exiguo quoque ſternitur, cum Deus inuidens aut metum ipſis iniecerit, aut tonitrua, vnde condignam ſe perditionem incidunt. Non ſinit enim Deus alium, præter ſe altum ſapere. *Herod. l. 1. Hiſtoriarum.*

Deorum indignatio omnibus ſuperbis imminet. *Dionyſ. Halic. lib. 2.*

Omnes qui ſuperbi ſunt, & qui ſupplicum preces cum contumelia repellunt, in deorum indignationem incurrere, & tandem in miſeras calamitates incidere animaduerti. *idem l. 8.*

Nonnunquam id obtigiſſe conſpeximus, vt qui potentia præſtarent, quique quondam hoſtes ſuos longe viribus apibuſque vincerent, momento temporis eo faſtigio deturbatos, in deteriorem longe conditionem ruiſſe, quitamen olim faſtu inſolentiaque fortunæ alios proterere ſolebant. *Diod. Sic. hiſt. l. 13.*

Paratam felicitatem ſpernentibus, numen iraſci conſueuit. *Proc. de bell. Vand l. 1.*

In repentinis calamitatibus homo ſuperbus non minus animo quam conſilio deſtituitur. *F. Guicciard. hiſt. l. 4.*

Ita præſenti rerum ſucceſſu tumebant Athenienſes, vt nihil ſibi iam amplius reſiſtere poſſe putarent. Et poſſibilia pariter atque impoſſibilia ſeu magno ſeu paruo apparatu ſe confecturos eſſe confiderent. Cauſa huius fiduciæ erat inſperatus in rebus pluribus ſucceſſus: is ineis ita ſpem confirmabat & augebat. *Thucyd. l. 4.*

Vides (*Artabani dictum*) vt prægrandia animalia fulmine Deus ferit, nec ſinit inſolefcere, parua vero ne vellicat quidem? Vides vt magna ſemper ædificia magnaſque arbores huiuſmodi fulminum tela percutiunt? Gaudet enim Deus eminentiſſima quæq; deprimere. Vnde & ingens exercitus ab exiguo profligatur, quoties Deus iis quibus infenſus eſt aut metum incutit, aut fulmen immittit. Propterea quidam ſecus ac ſua dignitas poſtulabat, in calamitatem inciderunt, quia Deus meminem alium quam ſeipſum ſinit magnifice de ſe ſentire. *Herod. l. 7.*

Qui frequenti ſucceſſu in bellis vtitur, hic infida ferocia inflatus, quæ ſunt cogitanda non cogitat. Multa enim male conſulta, hoſtibus inconſultius agentibus, proſpere euenerunt: & multo plura quæ bene conſulta videbantur, turpiter in contrarium ceciderunt: quia nemo tali opere rem exquirit, quali crudelitate deliberat: ſed cum fiducia certa de futuris ſentimus, cum timore autem in actione deficimus. *Thucyd. l. 1.*

Solet vsuuenire ciuitatibus, præsertim iis, quibus breui & inspe-
rato felicitas contigit, vt ad insolentiam conuertantur. *Idem, l.2.*

Etiam cum innoxia est superbia, molesta esse non desinit. *idem, eod. lib.*

Superbum supraque modum insolentissimum videtur & teme-
rarium de hostis supplicio ante victoriam, veluti præoccupata bel-
li victoria, decernere, *Diodor. Sic. hist. l.13.*

Multis exemplis compertum est, mortales quoscunque superbiæ
immanitas extra se modumque conditionis humanæ insolentes ra-
puerit, diis iuxta hominibusque summe inuisos esse, ac veluti per-
niciem quandam execrabiles haberi. *Idem lib.13.*

Ex re bene gesta superbia negligentiaque oritur. *Liuius, Decad. 2. lib.4.*

Superbiam, verborum præsertim, iracundi oderunt, prudentes
irrident: vtique, & si inferioris aduersus superiorem est, capitali
pœna nemo vnquam digniam iudicarit. *Idem, Decad.5. l.5.*

Ira atque superbia, mala inuicta. *Curt. l.3.*

Superbia commune nobilitatis malum. *Sall. de bell. Iugurt.*

Bellorum præmiis refarti, aut ditium familiarum hæredes faci-
le magnum animum induunt. *Tacit. Ann. l.11.*

Compertum habeo, humillimos, quoque, maxime vbi alta ac
cesserunt, superbia atque ambitione immodicos esse. Hinc Marius
patrum memoria, hinc Diocletianus nostra, communem habitum
supergressi sunt, dum animus potentiæ expers tanquam inedia re-
fecti, insatiabilis est. Nec mihi mirum videtur, Nobilitati pleros-
que superbiam dare, quæ gentis Patriciæ memor, molestiarum
quibus agitatur remedio, animoque paululum pluris habet. *Aurel. Vict. de Cæsarib.*

Superbia est opulentiæ comes. *P. Iou. hist. l.1.*

Fit sæpenumero superbia atque æmulatione, communi vitio
ducum, vt plerique in ipsis consiliis ea maxime nolint, quæ alios
summis etiam rationibus velle cognouerint: vtroque aspera &
duriora iubeant, ne aliena consilia sequi videantur. *Idem, lib.15.*

Qui non statuit felicitati modum, nec cohibet efferentem se
